image
not
available

ΦΩΤΙΟΥ
ΜΥΡΙΟΒΙΒΛΟΝ
Η ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ.

PHOTII MYRIOBIBLON, SIVE BIBLIOTHECA

LIBRORVM QVOS PHOTIVS PATRIARCHA CONSTANTINOPOlitanus legit & censuit.

Græcè edidit DAVID HOESCHELIVS Augustanus, & notis illustrauit.

Latinè verò reddidit & scholijs auxit

ANDREAS SCHOTTVS ANTVERPIANVS.

Opus insigne, è quo Theologi, Medici, Philosophi, Historici, Oratores, & Philologi vberrimum fructum & iucundissimum capere possunt.



COLONIAE

OLIVA PAVLI STEPHANI.

M. D. C X I.

Col. neap.

Cat. inscr.

NOBILITATE GENERIS ET MORVM INTEGRITATE CONSPICUO viro Dom. Domino, Danieli de Slachmulder Mildeburgensi amico plurimum obseruando

S. G. S. P. D.

QVAM *accuratè authorum ineas æstimationem, vir obseruande, Græcorum præsertim, qui tamen à paucis adiri & penitius hac ætate linguarum studia segnius excolente cognosci possunt, docuit me tecum inita familiaritas. Inter hosce* Photium illum Constantinopolitanum Patriarcham percelebrem, *honoratissimum locum obtinere & tuo præconio & publico testimonio intellexi. Is namque in suo Myriobiblo, quicquid apud Theologos sublime, in historiis iucundum, apud oratores graue, inter Grammaticos eruditum fuit, collegit iustus heres Græcarum literarum, & ad posteros transmisit, sine hac operâ plurimis autoribus in solidum carituros. Itaque cùm primæ editionis exemplaria in Gallia nostra perquàm rara essent aut nulla, tuum aliorúmque consilium secutus, statui vtilissimum scriptorem iterum Iuris publici facere, ita tamen vt in gratiam vtriusque linguæ studiosorum versionem Latinam eruditissimi viri Andreæ Schotti è regione opponerem Græco contextui, qui curante doctissimo Hæschelio prodiit, vtriusque etiam viri de re literaria optimè meriti notis suo loco bona fide adscriptis, vt in nostra editione arctius iungerentur, qui licet laboris in Photio adornando socij, fuerant in priori editione seiuncti. Quorum patrocinio cùm stet Photius noster, pars esset iniuriæ, si de hoc nominatissimo scriptore dicere aliquid amplius instituerem, quando mea sit tantùm τάξις, qui curaui vt quàm emendatè per operarum incuriam & festinationem fieri potest typis nonnihil elegantibus in lucem denuò prodiret. Quicquid autem opellæ, quicquid curæ à me impensum, hoc tibi dicatum volui, vt fateretur operis inscriptio cui operis edendi adscribendum esset consilium, ac insuper haberes meæ erga te venerationis aliquod monumentum, de cætero patrocinaturus amico, si institutum magis secutus quàm assecutus in minus æquos Censores incidat. Tu interim vale & fælix viue. Aureliæ Allobrogum Kalendis Maij Anno à Christo nato M. D. C XI.*

NOBILISS. ET
AMPLISS. VIRIS
QVIRINO RECH-
LINGERO,

MARCO VELSERO,
AVG. VINDEL. II. VIRIS
PRÆFECT.

VII. VIRVMQVE COLLE-
gio, Dominis ac Patronis Pl.
obseruandis, S. P.

PHOTIVS ILLE, OMNIVM ERVDITORVM
Tanto petitus ambitu, tanto datus,
tandem è tenebris erutus exit. Etsi enim ea sunt nostra tempora, quibus non iniuria dubites, plus ne commodi an incommodi Respubl. litteraria sibi habeat polliceri; propterea quod alibi bella, alibi eruditæ doctrinæ con-temptus atque odium, ruinam aliquam minari videantur: tamen quum ab annis haud ita multis, præter expectationem, diuersis è locis, & qui-dem nonnullis parum pacatis & tranquillis, complures, notæ optimæ, veterum auctorum libri in lucem prodierint, atque etiam nunc cotidiè proferantur; animum nequaquam despondendum dixerim. Verum id quidem est, seculum illud aureum, quod aiunt, fuisse ἡγεμονικὸν alterum, ...υμικὸν quibus & sapientiæ & fortitudinis laude homines inprimis excel-luerunt: sed neque hoc tempore, quod ἐπιθυμητικὸν indigitant, sapien-tum virorum exempla, virtutéque heroica præditorum, desunt: ἀρχαῖαι δ' ...ρεταὶ (vt Lyrici verbis vtar) ἀμφέρονται, ἀλλασσόμεναι γενεαῖς ἀνδρῶν, σθένος. Nimi-rum omnibus seculis aliqui diuinitus excitantur, qui disciplinas liberales propagatum eunt, quæ solæ genus hominum saluum atque incolume conseruant. Quo feliciorem hanc ætatem nostram iudico, qua cum alij scriptores antiqui reuixerunt, tum inter cæteros ille ipse (quem dixi) in omni genere doctrinarum præstantissimus scriptor PHOTIVS. Cui vt à lumine nomen, ita luce tandiu carendum fuisse, demiror; auctori, cuius è Myriobiblo Theologi, Medici, Historici, Oratores, philologi denique uberrimum fructum & iucundissimum capere possunt. Id quod eulo-gia docent, quæ huic Operi nunc primùm à nobis edito præponenda cu-rauimus. Nam Eclogas, cum censuris, non ex iis duntaxat libris, qui sunt in manibus ferè omnium, PHOTIVS attulit: sed longè plura ex illorum

monumentis

monumẽtis ἀποσπασμάτια, qui vel tẽporum iniuria prorſus amiſſi, vel quorundam βιβλιοτάφων inuidiâ non niſi blattis expoſiti ſunt. Neque ex ſacris tantùm, ſed & exteris Scriptoribus. Tam enim horum prodeſt lectio, iudicium ſi adhibeatur, quàm Moyſi non obfuit Ægyptiorum, Danieli Chaldæorum, D. Paulo Græcorum diſciplinas cognouiſſe, Iſraëlitis denique vaſa ex Ægypto in Palæſtinam ſecum tranſtuliſſe. Ideô ſumma hîc fide, qui delectus haberi, vnde plus minúſve expectari poſſit, Photius oſtendit. Hoc Opus varia & multiplici tam rerum quàm verborum refertum ſupellectile, viri Nobiliſſimi, cur A. V. conſecratum velim, multæ cauſæ ſunt. In hac enim vrbe illi renaſci, characteris elegantiâ exornari, è veſtra illuſtri Bibliotheca vulnera quædam ſanari, acceſſiones denique fieri, contigit. In hac Muſæ & Gratiæ domicilium nactæ creduntur, quod ij gubernacula Reipublicæ teneant, qui ab ineunte ætate literis omnibus dediti hoc genus laborum & probant, & eos adiuuare geſtiunt, qui omnem in eodem operam ponunt. In hac, veſtro auſpicio, recentibus iiſque peruenuſtis typis alia atque alia vtriuſque linguæ πονήματα, breui temporis ſpacio, excuſa ſunt. In hac denique nunquam defuerunt viri, quorum auctoritate Codd. m.ſ. & impreſſorum Theſaurus augeretur atque ornaretur. Inter quos huic quoque Photiano Operi locum decernere A. V. méque patrocinio, quo hactenus, clementer complecti vt dignetur, oro etiam atque etiam. Benè valete, viri ampliſſimi, publicè & priuatim incolumes, ac perpetuò florentes.

Auguſtæ Vind. XII. Kal. April. A. M. DCI.

A. V. O.

DAVID HOESCHELIVS
Auguſtanus.

NOBILISSIMO

MARCO VELSERO CÆSARIS CONSILIARIO, REIPVB. AVGVSTANÆ II. Viro Præfecto.

AND. SCHOTTUS ANTVERP.
De Societate Iesu, lib. Mer. DD.

SI MAGNVM illud militantis in terris Ecclesiæ columen B. Hieronymum Presbyterum non piguit, MARCE Duumvir, catalogum Ecclesiasticorum texere scriptorum, ex Eusebio Cæsariensi, ac scriptis cuiusque, cur pudere me debeat, aut pœnitere laboris immensi, tædiiq; constanter absorpti in PHOTIANÆ BIBLIOTHECÆ interpretatione, quam tibi volens dedico consecróque, nondum equidem animaduertere possum. Ille iam inde ab initio nascentis Ecclesiæ telam orsus, altiúsque à capite arcessens, sacrorum Ecclesiæ scriptorum seriem ad sua vsque tempora perduxit; vt legitima & pura à spuriis, & à palea triticum posteri segregarent. Hunc dein gloriosum, publicéq; vtilem laborem, variarum gentium auctores continenter pertexendum rati, de suæ quisque gentis scriptoribus catalogos conscripsit. In Iberia quidem Isidorus atque Ildefonsus sanctissimi viri: in Gallia Gennadius Massiliensis, & Honorius Augustodunensis: in Belgio nostro Sigebertus Gemblacensis: in Germaniáque nuper Trithemius Abbas, excussis omnibus omnium Bibliothecarum angulis, id præstiterunt. in Græcia verò primis illis, vt ætate, sic & eruditione fortasse æqualis PHOTIVS, hanc cùm sacrorum, tum externorum Bibliothecam concinnauit librorum, quos à se lectos, Tarasij fratris rogatu recensuit, dum in Syria Constantinopolitani Imperatoris Orator versaretur, ídque prius, (vt ex opere quisque mecum iudicabit) quam aulicâ ambitione corruptus, præcipitauit. Verum hoc vtilior quàm reliquorum in Occidente post Hieronymum PHOTII hic labor exstitit, vt maius etiam longè quàm ceterorum simul omnium volumen excreuit, quod non recenseat modò veterum, qui in manus inciderunt scripta, sed & eclogas inde permultas, seu excerpta, totidem verbis, enumeratione sola minimè contentus, transcripserit: fortè quod animo prouideret, mentéque præsagiret, fore vt temporum iniuria plerique, vt accidit, interciderent funditúsque perirent, quorum certè ne nomina quidem, nedum ingenij monumenta, absque PHOTIO esset, nostram ad ætatem peruenissent. Quod opus seu thesaurum verius, pridem exoptatum, ac diu multúmque frustra inuestigatum, cum Tarracone Procli Chrestomathia Latinè à me redditâ, velut ex vngue leonem, æstimare cœpissem, nactus tandem Romæ sum. Describendum enim arbitratu meo permisit, quem honoris causa libenter nomino, Illustriss. Ascanius Columna, purpuratorum patrum ornamentum. Post verò cum id diligenter ad

variorum

variorum exemplarium fidem comparatum, typographus Auguſtanus elegantibus typis euulgaſſet, efflagitarunt pænè conuitio familiares, quibus multum & vellem & deberem, vt Latina donare ciuitate promptuarium eruditionis, quo ad plures emanaret vtilitas, pro virili contenderem. Ceſſi ergo amicorum precibus victus, & periculoſæ plenum opus aleæ aggreſſus, ad exitum tandem, Deo vires animúmque ſuppeditante, conſtanter adduxi. Quid ſim aſſequutus, ſequutus certè, tuum vir doctiſſime lectoríſque non imperiti iudicium eſto. Num quid amplius? Etiam. Patrocinium adhæc laboris planè Herculei, more inſtitutóque maiorum, abs te potiſſimum iuſtis de cauſis imploro. Quod enim Græcè apud vos PHOTIVS lumen primum aſpexerit, Latinam quoque interpretationem ſubiungendam ius fáſque cenſui; tum quod Auguſtanæ Bibliothecæ nomen commune inuitarit: quæ Bibliotheca Vindelicorum, ciuitatis Germaniæ verè Auguſtæ, cùm alios alia ad ſpectandam vrbis ciuiúmque elegantiam moueant, me potiſſimum, ob librorum calamo in membranis exaratorum & copiam, & vetuſtatem, in ſui admirationem rapuit detinuítque. Ad quam quidem ornandam Reſp. veſtra catalogum exemplarium quæ poſſideret, per Europam diſſeminaſſe non contenta, doctos etiam homines inuſitata & prorſus ſingulari humanitate inuitat, quorum ipſos libros inuicem conferendo, ac veluti gladiatorum paria committendo, in hominum lucem aſpectúmq; commodo publico producant. Quod vtinam exemplum dynaſtæ ac Reges ſequuti, in iiſdem pedem veſtigiis ponerent, ac libros SS. Patrum ineditos cognoſci atque euulgari ſinerent; næ plures longè Græcarum litterarum vſum interpretando reuocarent, nec amplius veluti muta tacerent, quæ in denſis hodie tenebris, tineas paſcendo, deliteſcunt. Sed id optare citius quàm ſperare liceat; niſi ſi VELSERORVM ſimiles exoriantur, qui concordiſſimi fratres (vos enim bona venia appello Antoni, Matthæe, ac Paule) rem litterariam longè latéque prouehitis, diſciplinarum pomœria profertis, doctiſq; hominibus doctiſſimi ipſi opem re conſilióque ferre non ceſſatis: vt iam vbique gentium non ſit *Phœbo gratior vlla,*

Quam quæ VELSERI *præſcripſit pagina nomen.*

Te te igitur MARCE quæſo obteſtórque, vt quam cœpiſti beneuolentia, noſtra complecti ne graueris; exſtétque apud poſtéros pace tua, meæ in te obſeruantiæ memoríſque animi hoc qualecunque monumentum; quod locum, ſi videbitur, in Bibliotheca veſtra, ex qua cum tot aliis Græcè typis prodiit, Latinè quoque reperiat. Si quis autem ex his vigiliis fructus ad alios legendo perueniet, quod ſtudium quidem certè, ad interpretationem locis obſcuris facem ſcholiis allucendo, tibi amice magne, grata poſteritas acceptum referat. Soles enim ἀκλείστους θύρας παρέχειν σοφοῖς αἰδέσθαι, quod de ſe apud Philoſtratum Veſpaſianus Aug. profitetur, cùm ſis ipſe ſpirans quædam Bibliotheca. Suſcipe itaque aduerſus obtrectatorum calumnias, operis vigiliarúmque noſtrarum libens volénſque tutelam. Sic tibi illuceſcant, DEVM venerans precor, ineuntis anni CIↃ. IↃCVI. Calendæ feliciter. ANTVERPIÆ.

ΜΑΞΙΜΟΣ Ο ΜΑΡΓΟΥΝΙΟΣ, ΤΑΠΕΙΝΟΣ

ΚΥΘΗΡΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ, ΤΟΙΣ ΤΩΝ

λόγων ἐρασταῖς, ἐν τοῖς καλοῖς ἐπιδόσιν.

ΑΛΛΟΙ μὲν ἄλλους τῶν περὶ τὴν σοφίαν περιττῶν θαυμάζουσι, καὶ ἣν ἕκαστος ἔχει ἐπιτηδειότητος καὶ δυνάμεως, ταύτῃ πλέκουσι τούτων ἑκάστου καὶ τὰ ἐγκώμια, εἴτε τὴν ἐν λόγοις ἐπαίρουσι δεινότητα, εἴτε τὸ αἰθέριον καὶ κεκομψευμένον τῆς φράσεως, εἴτε τὸ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ἐμβριθές τε καὶ ὅλως ἐξηκριβωμένον, ἐμοὶ δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις παντὸς ἄξιος ἐγκωμίου καὶ μάλα ὁ σοφώτατος ἐκεῖνος καὶ ἱερὸς πολλάκις ἔδοξε Φώτιος. οὐ μόνον ὅτι τοὺς τῆς ἱερᾶς ἐκκλησίας ἐμπιστευθεὶς οἴακας, τὸ τοῦ Χριστοῦ λογικὸν ποίμνιον εἰς νομὰς εἰσῆγέ τε καὶ ἐξῆγε σωτηριώδεις, εὐσεβείᾳ τε τῇ πάνυ διαπρέπων, καὶ βίου κατακαλλυνόμενος ὀρθότητι· ἀλλ' ὅτι καὶ πᾶσαν μετελθὼν παιδείαν, πάντας τοὺς ἐπ' αὐτῷ πολλῷ τῷ μέσῳ ὑπερηκόντισε. μαρτυροῦσιν αὐτῷ τὸ πολὺ τῆς σοφίας οἱ πανηγυρικοὶ τῶν λόγων, οἷς τηλικαύτην ἐνέθηκε τὴν χάριν καὶ τὴν γλυκύτητα, ὡς δεινὸν τίθεσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας τὴν ὁποσουοῦν ἀπὸ τούτων ἀπαλλαγήν. οὕτω τὰς τῶν ἀκουόντων καταθέλγει ψυχὰς ταῖς τῶν οἰκείων σειρήνων μουσικαῖς ἐπῳδαῖς, καὶ παρὰ τῶν πίστεων ἐφελκυστικῷ τὸ τῆς πειθοῦς αὐτοῖς ἐγ[illegible]ᾶσθαι καταναγκάζει θέλγητρον. τοιαῦται καὶ αἱ θαυμασταὶ τούτου πρὸς διαφόρους ἐπιστολαί. τὸ δὲ πρὸς τὰς τῶν ἀποριῶν λύσεις ἕτοιμον, ἄλλως τε καὶ ὅσαι ἐπὶ τὴν ἱερὰν τείνουσι φιλοσοφίαν, καὶ τὰ τῆς θείας γραφῆς, ἐν οἷς μάλιστα μυστικώτερόν τι ἐναποκέκρυπται, ἀγχίνουν τε καὶ διεγηγερμένον, τίς τοῖς τῶν Ἀμφιλοχίων αὐτῷ πεποιημένων συγγράμμασιν ἐντυχὼν, οὐκ ἂν εἰκότως θαυμάσειεν; ἀλλὰ γὰρ καὶ τὴν περὶ τὴν ἱστορίαν ἀκρίβειαν, καὶ τὸ τῆς σοφίας ποικίλον, καὶ τὸ περὶ τὴν κρίσιν τῶν τοῖς ἄλλοις συντεθειμένων ἐντρεχὲς τι ἅμα καὶ εὐκρινέστατον, ἡ μυρίας αὕτη βίβλος, τοῖς τοῦτ' αὖ ἐθέλουσι καταμαθεῖν, ἐπιδείξει τρανότατα: πολλὴν μὲν τοῖς περὶ τοὺς λόγους καὶ τὴν ἔξω φιλοσοφίαν καταγινομένοις τὴν ὠφέλειαν προξενοῦσα· τοσαύτην δὲ καὶ τοῖς τῆς ἱερᾶς ἀντεχομένοις θρησκείας χορηγοῦσα τὴν λυσιτέλειαν, ὡς παμφορόν τινα οἷον ταύτην εἶναι χώραν, ποικίλοις μὲν κομῶσαν τοῖς καρποῖς, καὶ τοῖς ἄνθεσιν, οὐχ ἧττον δὲ τῇ γεύσει τῶν δρεπομένων τὴν αἴσθησιν κορεννῦσαν, ἢ τῇ ὄψει καὶ τῇ ὀσμῇ καθηδύνουσάν τι καὶ κατατέρπουσαν. ταύτην οὖν φιλοφρόνως δεξάμενοι, πολλὰς τῷ σοφωτάτῳ Ἐσχελίῳ τὰς χάριτας ἔχοιτε, τοῦτο καὶ μόνον ἀεὶ διὰ μελέτης ἔχοντι, ὅπως χρήσιμόν τι καὶ τῷ κοινῷ τῶν λογίων ἐπωφελὲς ἐκδίδωται καὶ μάλιστα. ἔρρωσθε ἐν Χριστῷ σωτῆρι, κατὰ τὸ ͵αχʹʹ ἔτος τὸ σωτήριον, Ἰουλλίου τρίτῃ φθίνοντος.

ERVDI-

ERVDITORVM ALIQVOT DE PHOTIO, P. C. IVDICIA.

ZONARAS ANNALIVM Tomo III.

Προχειρίζεται δὲ πατριάρχην τὸν Φώτιον, ἄνδρα τῶν ἐπισήμων πρωτοασηκρήτης τότε τυγχάνοντα, καὶ ἐν λόγοις ὀνομαστότατον. *In eius locum suffecit Photium, virum insignem, primarium à secretis, & eruditionis nomine celeberrimum.*

CEDRENVS.

Ο Βάρδας Φώτιον, ἄνδρα ἐπὶ σοφίᾳ γνώριμον, πρωτοασηκρῆτιν τηνικαῦτα ὑπάρχοντα, προχειρίζεται πατριάρχην. *Bardas ergo Photium, celebrem sapientia virum, & secretariorum eo tempore principem, patriarcham creat.*

FRANCISCVS TVRRIANVS PROOEMIO in Apostolicas Constitutiones Clementis Romani.

Photius Constantinopolitanus in Bibliotheca sua, sic enim appellat volumen ingens de libris à se lectis, &c.

Photius incredibilis lectionis & acris iudicij auctor.

Eruditissimus & incredibili lectione auctor, &c. In eo præsertim opere quod Bibliothecam de libris à se lectis nominauit, in quo tam accurate, tam acri ingenio, tam considerate, tam docte, tam distincte, tam libere de tanta multitudine & varietate librorum iudicium facit, vt nihil animaduersione dignum prætermisisse videatur.

Quam sit autem graue in hoc iudicio & quanta auctoritatis Photij testimonium, intelligere licet & existimare &c. Tum inprimis ex bibliotheca, sic enim inscripsit, vt paulo ante dixi, ingens volumen de libris omnis generis à se lectis, in quo ita ferè cuiusque argumentum, & genus styli ac doctrinæ discernit & notat, vt qui summas illas legat, totos libros & ingenia auctorum nosse sibi videatur. Quis igitur nostræ ætatis se cum Photio conferre audeat, siue ingenium eius spectemus, siue πολυμαθίας & πολυπειρίας.

EX LITERIS IOANNIS LIVINEII AD D. H.

Photij scriptum vrgeri, puto vehementer è re litteraria esse. Est enim varium, & omnibus ingeniis ac studiis valde seruiens. Deinde quanti æstimas, scire nos saltem quot bonorum scriptorum in omni genere doctrinæ, qui viro illi φιλολογωτάτῳ visi lectique, naufragium fecerimus.

EX LITERIS IOS. SCALIGERI ad eundem.

Vtinam, mi Hæscheli, in Photij editione exornanda te iuuare possem. Librum quidem totum in duos tomos distinctum, manu Henrici Stephani scriptum olim legi, Opus varium, ex cuius editione incertum, maior ne redundatura sit in te gloria, an in alios vtilitas. Certè tam egregium scriptum non alio editore dignum erat, quàm te, qui tot bonorum auctorum editione & eruditionem tuam & propensum in literas animum testari volueris. Neque ego, neque Vulcanius noster te iuuare in hoc possumus, qui nulla exemplaria eius libri habemus. Sed si habes, vt dicis, duo, puto te omnibus aliis æquo animo carere posse.

EX LITERIS ISAACI CASAVBONI ad eundem.

AIN tu autem? esse te in eo vt Photij Bibliothecam edas? ô munus verè munificum! ô te liberalem! facile est ex iis quæ sunt edita de illius libris tanquam ex vnguibus leonem æstimare.

ISAACVS CASAVBONVS DAVIDI HOESCHELIO S. P. D.

PHOTIVM tuum quanta poteram diligentia inter aulicos strepitus, auidissimè certè percurri. Ostendi etiam munus tuum doctis magnisque viris: quorum in hac regia vrbe numerus haud quaquam pœnitendus. Omnes tibi & præstantissimo Velsero gratias agere immortales, quorum auctoritate & industria vtilissimum scriptorem proximo autumno se habituros sperant. Principem inter huius ordinis viros locum obtinet Præses Thuanus: quem ego virum diuinitus datum censeo seculo isti in exemplum pietatis, integritatis, probitatis, & vt vno verbo dicam πάσης ἀρετῆς καὶ καλλονῆς ψυχῆς. Sunt & multi alij quà in aula, quà in senatu Parisiensi λάμποντας ἀστέρας ὡς vestri studiosissimi, & purioris literaturæ amantissimi. Omnes hi Photium vestrum cupidissimè expectant, eximiè autem Franciscus Pithœus, de quo nuper scripseram, esse in eius manibus Photij exemplar, collaturum me tuum codicem cum illo: & exceptas inde γραφὰς διαφόρους isthuc missurum. neque ab illo neque à me insuper habita ea cura, sed paucorum foliorum comparatione didicimus, nihil aut parum omnino auxilij ad ornandam tuam editionem à Pithœi libro esse expectandum. Quare aliud censeo agamus. Equidem si domi in Museo meo quæ sunt à te missa legissem, aut otij plusculum habuissem ad id negotium, plura & meliora in eo Scriptore obseruassem & tecum communicassem. Sed crede mihi seriò affirmanti, nihil occupatius, nihil à studiis alienius ea vita, quam in hac aula hactenus viximus. Vt scires tamen etiam in summis hisce occupationibus Photium tuum nobis esse lectum, paucula quædam illeuimus huic chartæ, quæ tum nobis in mentem venerunt. Nam grauius aliquid frustra nunc à me expectaueris. Vale vir doctissime, & me constanter ama. Lutetiæ Parisiorum V. Kalend. Iunias cIↄ Iↄ c.

EX NOTIS ANDREÆ SCHOTTI, ad Chrestomathiam Procli.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ, *lectum est, vel* ΑΝΕΓΝΩΣΘΗΣΑΝ, *lecta sunt. Sic de singulis à se cum iudicio lectis libris* PHOTIVS *Patriarcha Constantinopolitanus* ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ τῶν ἀνεγνωσμένων αὐτῷ βιβλίων *loquitur, vt oculato testi fides habeatur. Nec enim ex aliorum sermone, vel obiter, & tanquam per transennam inspecto Opere, vt ferè hoc seculo, de toto Opere iudicium sibi ferendum existimabat, sed à capite ad calcem perlecto, liberè iudicat censor & Criticus grauissimus, summi & ingenij & iudicij, de scriptoribus ducentis amplius & septuaginta, philologis, Poëtis, Historicis, Oratoribus, Philosophis & Theologis: qui maximam partem, temporum ne iniuria, an maiorum incuria, perierunt. & quidem de styli charactere, Scriptorum numero, & titulis, quæ* γνήσια, *quæ* ψευδεπίγραφα, *quid laude, & imitatione, quid contra vituperatione dignum in singulis deprehendisset, sine fuco & odio, more maiorum, pronunciat. Denique qua quisque tempestate floruerit, cæteráque, longum esset enim ire per singula, audacter dijudicat.*

I. LIPSIVS

I. LIPSIVS MARCO VELSERO S. M. D.

SENECAM nostrum à te acceptum, & verè acceptum, id est gratum fuisse, gaudeo. An non esset, Scriptor optimus viro optimo? Quod ais desiderare quosdam reliqua: pauca sunt, & hodie mos obtinet reliquatores esse, imò conturbatores. Detur venia, aut certè mora aliqua, valetudini: & fortasse altera editio dabit. Sunt & in illis libris, quæ volenti haud peribunt. At tu de elogio debere profiteris. Et sic loqueris? iudicio, dicere debebas: & ideò nihil debere. Mihi crede, vt si iuratus in Senatu sententiam dicerem, sic dixi. Amo te iamdudum mi Velsere. sed affectus illam animi lucem non obtenebrat. Sed heus, est quod communi litteratorum nomine commendemus, vel petamus. Andreæ Schotti, magni amici nostri, PHOTIVS, Latinus iamdiu apud vos est, & quando ipse lucem, nos eum videbimus? Certè inter paucos ille Scriptor meretur: qui solus tot clarissimorum ingeniorum monumenta à fato eripuit: toto dico fato, & saltem nomina & scriptorum velut membra seruauit. Quàm multos ille legit, ex iis elegit, &, vt sic loquar, defloràuit, quos nosse nobis aliter non esset? E sacris, profanis, tractatoribus, historicis, oratoribus, poetis, & nihil est in Græcâ omni litteraturâ, aut vt verius dicam, librariâ, quod ille vir non libarit. Pulcherrimus mos in mensa legendi, vel audiendi: sed iste pulchrior vtiliórque, annotandi, censendi, excerpendi. PHOTIVS fecit, & qui ad nos peruenerunt, solus. Dauid Hæschelius vester, & vestris etiam auspiciis, Græcum primitus, & variè atque industriè castigatum, dedit: sed nosti quò ventum sit ignauiâ æui, pauci hæc legunt aut capiunt, & nisi Latina addantur, pæne dicam non dedisse. Ergo A. Schottus, vir bono publico natus, allaborauit, & Latinum totum dedit, & tibi commisit. ecce iure te flagitamus. fac quod soles & natus es, rem publicam vel priuatæ tuæ damno iuua. Mi Velsere, da hanc operam, etsi quàm trepidis & pænè desperatis Europæ rebus! Pannonia, & iam Illyricum finitimum, solicitos nos habent:

Quò pondus istud verget? vbi ponet minas?

Vbicunque, stemus, & in Honesto firmi, omnem Fati vim excipiamus, imò vincamus, id est, feramus. Vale. Louanij, postridie Natalis Dominici, anno M DC VI.

IANI GRVTERI IC.
ELEGIA.

QValiter Arginos proceres per caerula Nerei
Regna loquax tulerat Pallados ante ratis:
Haud secus arguto chartae commiserat alueo
Doctorum capitum Phoebus omne genus.
Non vti Phryxaeum Scythicis averteret oris
Vellus, & Absyrti caede notaret agros,
Non vti mille malas cum Colchide duceret artes,
Decepta Hypsipyles turpiter ante fide:
Sed quò tot Phoebi mystas vtrinsque fouebat
Hellados angulo quos prius ora sua,
Orbe suo faceret toto, totumque repente
Oris honorarent nectareo imbre sui,
Nectareo imbre, merè quasi qui pasceret aures,
Nec tristem sineret cordibus esse sitim:
Nectareo imbre senis cui Cygni cederet oda,
Linguaque Sirenum, Calliopésque melos.
Iamque quidem plures Argo illa secunda per annos
Fecerat ad Indos Thetyos error vias,
Nec mundi fuerat pars ferme habitabilis, olim
Saepius aduentus quin recrearat ope:
Quum tandem dolor, ah! scopulis impegit acutis,
Naufragiumque subit tota canora cohors!
Haud tamen admisit heu tua, Phoebe, culpa vel error,
Hoc ita Fatorum neuerat ante colus.
Quippe gubernator dum clauo sedulus haeret,
Contentemque mouet curua carina mari,
Hanc subito Liuor noctémque hyemémque crearat,
Liuor adoratis artibus vsque grauis.
His se dederat comitem Saturnia lampas,
Stellaque Martis, Gradiuigenaeque iubar.
Quumque minus tela Palmurì perdere possent
Merte, trabem penitus implicuere vadis.
Haeret parte sui limo defossa petroso,
Parte natat medio iam resoluta freto.
Nil igitur reliquum, nisi post ter mille labores,
Esurie miseris deficere atque situ.
Et per multa quidem frigenti saucia rupe
Triste Phoebi Lesa perculeratis onus,
Vmbrarumque modo solum super ossa vobis
Forma erat, exanimi vix bene tecta cute:
Quum tot Apollo sacerdotum miseratus iniquas
Aerumnas mira quaesijt artis opem.
Adsciscit siquidem decima cum Pallade Musis,
Fratréque Mercurio, proléque Cypri tua:
Absit, ait, Diuis ludibria longius atris
Debeat Heroum iam pretiosa manus:
Praecipuè nostris non tantum antistita Sacris
Assidua, nostrum sed quoque proximo opus.
Et quid! Caucasea si tandem caute Prometheus
Soluitur, astrorum publicus ille reus,
Quae ratio est, vt perpetuis obnoxia poenis
Illa cohors, nullo crimine turpis, agat?
Certè lex nisi nos Iouialis supera terris
Arceat, immano dura sed aequa gregi,
Haud deeris tantis nostrae desint vel Camoena,
Non Arcas, magni natúve tota patris.
Sanxit Amor sese post (neque enim vlla Diones
Iussa ligant, etsi sint Iouis ipsa, genus)
Quin imo quamuis me tellus hactenus, inquit,
Ob scelerum caruit prodigia e chaos,
Stat tamen egregiis iam nunc succurrere coram
Tot, quibus in ultas sors furiosa viris.
Dixit, & abiectis teliis puerilibus, aufert
Palladiamque hastam, cum galeáque peplum.
Mercurio virgam tollit, virgaque colubros,
Illud & incuruae corpus inane lyrae.
Pegasides donant vittas, sua barbita Phoebus,
Pythoniisque trucis tela cruenta nece.
Cunctaque vt in currum coniecit Oloribus actum,
Fratrum par aeuo, par specie, agmen adit.

Iisque suis pharetras suadet viduare sagittis,
Nectaris vt fierent ambrosiaeque penus.
Nec mora, germanis comitantibus, ocyus illa
Syrtis arenosae lurida dorsa petit.
Ante tamen rapit Haeschelium socium que laboris
Collocat in rhedae parte priore suae:
Haeschelium, lateri propior quo nemo Mineruae,
Gratior aut Phoebi Pieridumve cliens.
Iámque propinquabant sabulo squalentibus aruis,
Quum vidit Gnydias pallida turba faces.
Admirata que tot Diuorum insignia, nil prae
Laetitiae potuit sertilitate loqui.
Pro verbis pansaque manus, nutusque fuere
Verticis, éque oculis profluus imber aquae.
Tum Charitum praegnis alumnus, pellite luctum,
Grandibus à Diuis sit quoque cura, cohors.
Exilus lux ista modum, confidite, ponet,
Et simul in canam desilit ales humum.
Desiliunt vnà fratres, nectárque propinant
Parcius exuccis, ambrosiaeque dapem.
Haeschelius vero lessos disiungit Olores,
Curtusque in bibulo littore cessat onus.
Vtque legit nanus disiectò prioris in vnum
Membra, gemitque vsus iis superesse parum:
Imò si cessat, ait, iam curta putrísque Cupido
Materies: istos nam vehi nostra manet.
Tantum desit, eam lorica vt adambiat, omnes
Quo maris emaneant adsilientis aquae.
Cum dicto tollit Corytos ordine fratrum,
Déque ipsis capitum vincula lenta trahit.
Alternoque pedum correctos pondere, cinctus
Hi poterunt, inquit, suppeditare nouos.
Costarumque vicem supplebit quilibet arcus,
Protinus & malum Virginis hasta dabit.
Remus erit Phoebi grauior grauis que sagitta,
Virga Atlantiada prouida, clauus erit.
Musarum vittas quidnam vetat esse rudentes,
Velorumque loco Pallados ire peplum?
Nam nostros syndon oculos quae nuper obibat
Rimosos laternae farciet illa sinus.
Fluctus & vt forsan decumanior ingruat, ipsum
Cassis Athenae iterum quae pelago addat, adest.
Auxilium praestabit idem Cyllenia fornix,
Sique opus est, Phoebi Sardonychata chelys.
Verum olim, nam nunc planè modulamine dulci
Germanorum habiles adiuuet ipsa manus.
Dum paribus spumant, inquam, freta versa lacertis,
Ars nouet Orpheos Haeschelianae modos.
Namque ego quo dignè valeam superesse gubernis,
Adfixa huic lateri Phoebi a cura dabit.
Ventus & vt restet, Zephyro pro qualibet anguis
Mercurij duplex, noster eritque Cygnus.
Multiplicique repente ciebunt sibila lingua,
Sibila vel tragicos docta fugare notos.
Dum loquitur, Veneris iam nauem caetera pubes
Aptarat, puppi ventus & aequus erat.
Ergo intrate viri, clamat, intrate metallo
Effictum verè de meliore genus.
Vtque pedum lento teretum molimine tandem
Intrauit vacuos Graia caterua foros,
Ordine multiiugo transtris assuefcit Amorum
Grex merus, ac crebro verbere findit aquas.
Succinit Haeschelij Cycnorum natio neruis,
Praescripto tonsas & docet ire melo.
Littora dant plausum, dant plausum liquida tempe,
Promouet & coeptum ventus & aestus opus.
Solum Liuor hians, Liuorisque asseclae creber
Tale iter humenti luminis orbe vident.
Sustollántque illud vel tempestate secunda,
Vel variae inducant plurima frena morae.

Ni tot

N[illegible] dextro tendere [illegible] urbis [illegible]
Si [illegible] caelo quos [illegible] D[illegible].
[illegible] quam [illegible] propri[illegible]
H[illegible] pretio [illegible] inter apros.
H[illegible] patrono,
[illegible] vigeat [illegible]
[illegible] datur [illegible] hereide [illegible],
N[illegible] tenuit [illegible] vadum,
[illegible] & [illegible] dedecorate,
[illegible] non [illegible]
[illegible] Delphinae R O D E C E R I S apta
[illegible] chelys,
Et ba[illegible] rite [illegible],
Nam [illegible] clementi sui.
Or [illegible] par
Pro quo [illegible] queat.
[illegible] aer,
[illegible] adest.
[illegible] Pegasus
[illegible] apex,
[illegible]
[illegible]
[illegible] vere, [illegible] que,
[illegible] erit.
[illegible] superavit A[illegible]
[illegible] aeternu.
Praeter & [illegible] honores,
No[illegible] fores,
Nomen, [illegible] dextro quod [illegible] gentes
Aequora [illegible] que [illegible]:
Non [illegible] aditis
[illegible] ore [illegible].
Sed quid in una sedet cunctis sententia, possint
Portubus haud [illegible] portem?
An sat sit pelagi vixere [illegible] undis?
An satis [illegible] vices?
S[illegible] Oceani [illegible] stare
Ventorum, [illegible] que cupit.
Certè [illegible] heros,
Certè illo [illegible] ferant.
A[illegible] & illo
V[illegible] animo que maximus.
Et meritò nam [illegible] velut [illegible] clara
V[illegible] caeca lumina nocte Pharus,
Cordaque nautarum recreat, prohibetque deinceps
Naufragum trepida currere [illegible] salum:
Sic quoque Vindelicae pellacia clarior urbis
M[illegible] caelo [illegible] facit:
Magna [illegible] quaeque [illegible] tempore sese
[illegible]
Haud tamen [illegible] tantum [illegible] fecerat, olim
N[illegible]
[illegible] annos
[illegible] & sex [illegible]
Quantum quod [illegible] producat [illegible] paratos
Sive sagi dextrè munia sive togae:
Quid [illegible] Minervali [illegible] una
In[illegible] undique decus.
Nam [illegible] celebrare Senatum,
Cui [illegible] latus,
Cuius & ore [illegible] lingua suadela, cerebro
H[illegible] Themis [illegible] agit?
S[illegible]
Non tam [illegible]
Sed [illegible] Augustum templum venerabile, Reges
Sed [illegible] Curia quidquid habet.
Te te praecipue [illegible] V E L S E R E Duumvir,
O[illegible] lux,
Totius ast orbis quaecunque vigentibus alis
Fac[illegible] & [illegible] opima soror.
Non quod [illegible] que potens, & dives censu,
Non [illegible] quod [illegible] choro,
Sed [illegible] quod [illegible] ingenuas [illegible] artes,
H[illegible]
Sed mage quod [illegible] genus omne vetustas
[illegible] Latium Graecia [illegible]:
Sed mage quod columen vatum culmenque vocari
Non [illegible] sed [illegible] esse putas.
Macte [illegible] M A R C E [illegible] V E L S E R E, per orbem
Ob quos [illegible] tui.
Sintque alibi, [illegible] sanguinis alta,
S[illegible] modo.
Sint qui praecellant numero [illegible] clientum,
Atque [illegible] quorum [illegible] habetur hera,
Dummodo [illegible] cunctos,
Ingen[illegible] palam [illegible] premas,
Qualiter aut rosa [illegible] germen
Qualiter aut adamas [illegible] mole.
Haec verè tua sint, tua sint haec, Fortunarum,
V E L S E R E, unde nihil arroget illa sibi:
Unde nihil laudis communicet ille vel iste,
Unde nihil possit demere ista Dies,
Non si [illegible] Oceanusque eat omnis in unum,
Mavortisque [illegible] furor, [illegible].

GEORGII REMII IC.

Ἑσχήλιος φῶς Φωτίῳ φέρει σοφῷ,
σοφῷ φέρει Ἑσχηλίῳ φῶς Φώτιος.
μέγα θαῦμα. καὶ γὰρ τῶνδ' ἀμοιβὴν ἥλιος
Φοίβης οὐδ' ἀδελφῆς ποτ' οὐ μὴ δέξεται.

EIVSDEM.

MILLE (mirum) mille solus, tot tot auctores sacros
Cum prophanis, quos vorasset blatta edax, vel invida
Atra nox lethes tenebris involutos horridis,
Aut dies abolesset ipsa longior, nobis, libros
Eruditos et venustos, pol labore maximo
Iste conservavit unus (sit medulla) P H O T I V S.
Et prope occidisset ipsius, ni vetasses sedulo
Noster H O E S C H E L I, tuamque Photio admovisses manum.
Mille, mille ergo salutem, dico, debent Photio.
Civicam imponunt coronam nunc Scriptores sacri hinc
Principi, solvuntque iure debita huic soteria.
At tibi, H O E S C H E L I, salutem, & mille gratas gratias
Vindici suo & patrono debet unus P H O T I V S.

CONRADI RITTERSHVSII IC.

Φῶτα φέρων πρὸς φῶς τῷ φωτὶ παρώνυμος ἡμῖν
αἰῶν' ἄσβεστον φῶς ἔχει Ἑσχέλιος.

EIVSDEM.

GRÆCIÆ opes quantæ fuerint, sacra atque profana,
Si nescis, PHOTII panditur hoc opere:
Quod mersum longis ignoratúmque tenebris
Felici studio promitur HOESCHELII.
Sed desiderium an maius, maior ne voluptas
Ingeneretur ab hoc, dicere difficile est.
Librorum ô deflenda ingens iactura bonorum!
Gaudia mille tamen MYRIOBIBLON habet.
Gratia sit, vir amice, tibi infinita, quod ista
Sic desideriis gaudia mixta paris.

EIVSDEM.

PRætulerat Lumen qui multis PHOTIVS olim
Obrutus æternis penè fuit tenebris:
Ac prope discrimen subiit quoque nominis, absque
HOESCHELII cura si foret assidua.
At non passus hic est, vt BIBLIOTHECA lateret,
Quæ dare doctrinæ lumina tanta queat.
Felix HOESCHELIVS! Felix quoque PHOTIVS! ille
Isti quod lumen fenerat, hoc recipit.

THOMÆ SEGETI SCOTI.

VEterum librorum restitutor HOESCHELI,
Quem iam ruentis fulcitasse Græciæ
Videtur Orbis conditor tibicinem.
Quid laude primum prosequar? fidem tuam, an
Humanitatem? an litteras? an omnia hæc?
Facerem, sed ista corbulonem postulat
Robustiorem sarcina: & iam cognita
Sunt illa ab vsque nostro ad alterum polum.
Quid ergo? cuncta prosequar silentio?
Non non. vt altera interim taceam, tamen
Humanitatem non queo præteruehi,
Nisi omnium mortalium sacerrimus,
Quot aut fuêre aut sunt, velim censerier.
Quàm sæpe nostra verba, vultus (vtraque
Benigna) & ille summus ardor, vt mihi
Libri paterent vestra quos tenet penus,
Menti recurrunt, sic ament me Gratiæ,
Tam sæpe mentis angor, esse nil mihi
Humanitatem qui tuam repensitem.
Sed hoc vtcunque cesserit mihi malè:
Tamen Camœnæ prædicabunt omnibus,
Quanti obligentur, quámque multum, si minus
Quanti obligantur id queunt exsoluere.

EIVSDEM.

SAtis mereri visus, Hœscheli, bonis
Euindicato PHOTIO;
Tibi haud vidêre publica satis rei
Fecisse, ni iam MAXIMVM
Dares in oras luminis. nec hic quidem
Sessurus. O pium caput!
Græcia corollas nectat & flores tibi,
Spargátque thura altaribus,
Nempe alteri Æsculapio, qui mortuam
Ab inferis resuscitas.

IN PHOTIANÆ BIBLIOTHECÆ Interpretationem, à R. P. Andrea SCHOTTO de Societate IESV Latinè editam.

ΣΚΟΤΤΟΣ ἀπὸ σκοτίοιο φερώνυμός ἐστιν ὀμίχλης
ΦΩΤΙΟΣ ὡς λαμπρ[illegible] φωτὸς ἔχει.
[illegible] ἐπεὶ καὶ ΣΚΟΤΤΟΣ ἀπήγαγεν ἀχλύος αἰνῆς
Φωτικὰ λαμπρ[illegible]ων γράμματα φωτὶ νέῳ.
(Τοῖσι παλαιγενέων σφρηγίσατο ΦΩΤΙΟΣ ἀνδρῶν
Μνήματα, πινυτοῖς στίγμασιν ἀμφαδίοις)
Εἰ θέμις ἀτρεκέεσσι πανατρεκὲς οὔνομα θεῖναι,
Ὅς ποτε ΣΚΟΤΤΟΣ ἔην, ΦΩΤΙΟΣ ἄλλος ἔοι.

IDEM LATINE.

SCHOTTVS *ab obscura ducit caligine nomen*
PHOTIVS *veclari Luminis omen habet.*
Cum tamen hunc SCHOTTVS *tenebrosis eximat vmbris,*
Lumine cum lustret PHOTICA *scripta nouo:*
(Scripta quibus censor veterum monumenta virorum
PHOTIVS *obsignat liberiore nota)*
Vera licet veris si ponere nomina rebus
Qui modò SCHOTTVS *erat,* PHOTIVS *alter erit.*

Feder. Iamotius Med.

FRANC. SCHOTTVS IVRE-consultus ac Senator Antuerp.

PHOTI *scripta, priùs qui cæco carcere clausus,*
Horridus, inuisus, nocte latebat iners,
Eduxti quoniam dias in luminis oras,
Frater amande, animi dimidiúmque mei,
Gratulor & lætor, prisco dehinc more parentum
Grates grata velit soluere posteritas.
Lux Tenebræ hic fausto conspirant omine, lucens
Namque obscura prius BIBLIOTHECA *patet.*
Lux micat è tenebris en mutua: noxque vicissim
Lumen, & atra dies à iubare accipiunt.
Fallor? an aspicient pulsa caligine ocelli
Lucem, mente Deum iustitiæque iubar?
PHOTI *munus erit tot lecta volumina Graium,*
SCHOTTI *erit hæc Latio reddita posse legi.*

Ioannes Bochius S. P. Q. Antuerpiensi à Secretis.

N*Il nisi nomen habens à lumine, luminis expers*
PHOTIVS, *& tenebris obrutus atque situ,*

Squallebat, tineásque diu pascebat inertes
Abditus, & patriis sedibus exulerat.
Aspectúque carens hominum, procul orbe latebat
Hesperio, clausus carcere, lucis inops:
At SCHOTVS *obscuris nomen qui ducit ab vmbris*
(Mira cano tenui carmine, vera tamen)
Eruit in densa positam caligine lucem:
Sic reparant tenebræ lumina, nóxque diem.
Oedipodioniæ redeunt ænigmata Sphingis,
Nec sua nostra minus secula monstra ferunt.
Quisquis at vmbrarum sub nomine clara tuetur,
Quæ SCHOTVS *illustri lumina mente tegit,*
Insignísque viri raras examinat artes,
Quas stupet & Latium, Græcia tota stupet:
Non mirum est illam radios emittere, dicet,
Lampada, lumen habet PHOTIVS *vnde suum.*
Nec rutilas præferre faces mirabitur vmbram,
Quæ lucem hanc aliis pluribus antè tulit.
Saluete, ó tenebræ, fulgenti luce coruscæ,
Sit satis hoc vestri muneris esse decus:
PHOTIVS *in medium quod purior exeat orbem,*
Lux è nube, redux carcere, nocte iubar.

Maximilianus Vriendius Senatui Gandauensi à Secretis.

R*Es mira, at vera est, non claro lumine* SCHOTTVM
Clarorem à nebulis spargere posse suis.
Lucis & expertem decus & iubar addere luci,
Scriptáque tot veterum detenebrare patrum.
Mentior! at vetus-ille-nouus modò PHOTIVS, *olim*
Clarus, at inde æuo nubilus atque situ.
Qui patriâ de nocte nouas modo lucis in oras
Emicat, Ausoniæ illustris honore togæ:
Ille suo solus dignam pro vindice causam
Dicet, & accepti luminis vsque memor,
Vni plus SCHOTTO *debere fatebitur, ipsi*
Quam sibi, quam soli, quam patrióque solo.

HIEREMIAS PIERSSENÆVS
Iure-Consultus.

Q*Vis credat* CÆCAS *progignere posse* TENEBRAS
LVMINA, *Phœbeis lucidiora oculis?*
Non ego, non PHYSICA *quisquam de gente Sacerdos,*
Vlláque non SOPHIÆ *docta magisteria.*
Hoc nisi iam nobis iussisset credere SCHOTTVS,
PHOTIVS & CÆCIS LVCIDVS A TENEBRIS.
Qui nunc SCHOTTI *opera (antè nitentia nubilus ora, &*
Multis dente æui saucia vulneribus)
Integrior patrio prodit redimitus amictu

Nec

Nec minus Ausonia clarior in tunica.
Non secus ac noctu nigrâ cum veste videmus
Obnuptum Solem, vel pluuiis nebulis,
Veste tenebrarum scissâ, & sudo æthere, tela
Eiicere hesterna lucidiora die.
Quare dum roseo fulgebit Lucifer ore,
Et veniet fuscum nox adoperta caput,
PHOTI *ab illustri radiabit* LVMINE SCHOTTVS,
ET SCHOTTI CÆCIS PHOTIVS A TENEBRIS.

Κ' ἄλλο.

ITe pij manes, & PHOTI *nobile lumen*
Iudicij, quâ Sol porgit vtramque facem.
SCHOTTVS *te Hesperiis,* SCHOTTVS *te sacrat Eois,*
SCHOTTVS *& Eois gratus & Hesperiis.*
Cuncta videns nimirum hæc mundo scita dabat MENS
Stare loco mundi prima elementa iubens,
Vt cæco lux alma Chao viduata serenet
Omnia, tum lucem nox inimica premat:
Inque vicem noctis noua lux superenatet æquor,
Et niteat veteri grata patente magis.
In veterum molem scriptorum PHOTIVS *olim*
Indiderat lucem, iudicij radio:
At radium excipiens texit longinqua vetustas:
SCHOTTVS *ab ingenio rettulit ecce diem.*
Nunc tandem portis mundi bipatentibus infer,
Damnatum tenebris nobile PHOTII *opus.*
PHOTIVS *ingenti potuit clarere nitela:*
Sed mage præsidij lumine SCHOTTE *tui.*
Ite pij manes SCHOTTO *duce, & auspice* SCHOTTO,
Semiadaperta prius, nunc adaperta via est.

Κ' ἄλλο.

NOmen habes, SCOTE, *à tenebris, à lumine nomen*
PHOTIVS: *ille librum, conficis ipse notas.*
Vmbra fit interpres lucis, quis crederet vnquam?
Hoc lucem est tenebris gignere, nocte diem.
Quas non discutiet tua lux, ô SCOTE, *tenebras,*
Si lucem illustrat nominis vmbra tui!

Κ' ἄλλο.

DVm tua præclaros auctores scripta recensent,
Hos inter SCOTTO *debuit esse locus.*
Quid facias, docte ô PHOTI, *cum tempora nostra*
Sint procul à vestris dissita temporibus?
Ne dubita: SCOTTVS, *quo nunc interprete prodis,*
Quot celebras homines, tot subit ipse locos.
Si te, SCOTTE, *potes transacta in secula ferre,*
An taceant nomen secla futura tuum?

AND. SCHOTTI SOCIETAT. IESV.

IN PHOTII BIBLIOTHECAM

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

QVi ſibi ſcriptores antiquos interpretandi partes olim ſumpſerunt, vt qui Platonem atque Ariſtotelem Philoſophorum principes illuſtrandos Græci cenſuerunt, Alexander Aphrodiſæus Themiſtius, Simplicius, Proclus, Olympiodorus, Ammonius, & Philoponus, ij fere præfari ſolent copioſè, de auctore, ſcripto, argumento, modo, ac methodo, ordine, & tempore; tum de ſeipſis, ſuáque opera, & ita re flagitante, interdum de cauſis ſuſcepti operis diſſerunt. Idem mihi more inſtitutóque maiorum in præſens, etſi ὕστερον, non vt illi πρότερον adferam, viſum eſt faciundum. Equidem non ignorabam, ſimulatque arduam hanc PHOTIANÆ BIBLIOTHECÆ Latine interpretandæ prouinciam efflagitantibus amicis ſuſcepi, fore pleroſque qui id mihi vitio verterent, parumque me dignum exiſtimarent, cæſa inter & porrecta, quod aiunt, alienis in veſtigiis pedem ponere. Quorum autem in reprehenſionem noſter hic labor incurret, ij ferè duorum generum ſunt. Alij enim me reprehendent; plures PHOTIVM infeſti damnabunt: vtriſque, ſi potero, faciam ſatis. certe ſi id non conſequar, dabo pro virili operam, vt a legendo minimè deterreantur. Principio itaque de me, paucis tamen, & ſine fuco ac modeſtè: mox de PHOTIO videbimus. Inaudieram pridem, vnum & item alterum in Iberia Græcarum literarum peritiſſimum, PHOTII Bibliothecam è Græco in Latinum ſermonem commodo publico conuertere cœpiſſe, ſed cœpiſſe tantum, ac vix dimidia operis parte ſuperſediſſe, ſiue Græci exemplaris mendis deterritos, ſeu laboris ſtigi in tanta voluminis, cum mole, tum varietate, ſeu denique vtraque de cauſa ceſſiſſe. Romæ quoque tertium perfeciſſe quidem narrabant, ſed ad edendum adduci non potuiſſe. Græcum itaque codicem magno ære nactus, conſtantiam à DEO precatus, vrgendum opus aſſiduè ad extremum, ſi qua hinc ad alios vtilitas rediret, exiſtimaui. Neque me fugiebat, ex quo interiores haſce literas tractaui, quam difficile ſit bonum agere interpretem, alienique ſenſus metaphraſten, vt niſi par ſis in vtriuſque orationis facultate, iuſtam reprehenſionem non effugias: quóque maior hac in re de bonis Græcis Latina bona efficientium raritas, eo difficilior prouincia doctis hominibus, qui eam ipſi plerumque refugiunt, cenſeatur, vt ad hanc diem vſquequaque qui ſatisfecerint, vix ſingulos ſingulæ ætates tuliſſe videantur: cum decem amplius Ariſtotelis Ethica Nicomachia, totidémque Rhetorica, noſtrâ parentúmque memoria interpretari ſint conati, quod in ſingulis qui anteceſſiſſent poſteriores aliquid deſiderarent. Quid ni igitur poſterorum de me iudicium reformidem? Elaboraui equidem, quoad eius fieri potuit, vt non ſenſa modò verbis comprehenſa ſequerer (num aſſequutúſne ſim alij ſtatuent) & non tam verba numerarem, quam ſenſum ex fide bona appenderem, ſed etiam, vt res ipſas, fontéſque auctorum a PHOTIO lectorum ſtudioſè inueſtigarem. Verum cum eorum plerique temporum iniuria interciderint, eò moleſtior interdum labor interpretandi exſtitit, vt hariolandum nonnunquam fuerit, dum, qui adhuc latent ſcriptores PHOTII opera in apertum proferantur, quod vt cœptum nuper, ita futurum amplius doctorum hominum inueſtigatione non diffido. Diuerſorum item ſcriptorum tanta varietas, quanta eſt in omni *Philologia, Oratoria, Historia cum ſacra, tum profana, in Philoſophia, arte medica, ac denique ſcientiarum regina Theologia*, nego-

tium

tium quoque facessiuit, quod Deo benè iuuante tandem superauimus. Auxit & rei difficultatem in singulis auctoribus χάσμα: idque Hermogenis potissimum de Ideis methodo: quæ vt Aristotelea ac Tulliana longè subtilior est, ita admiratores quidem plurimos sed imitatores paucos hodie repperit. Præter Dionysium enim Halicarnasseum in Rhetoricis, & Vlpianum Græcum Demosthenis explanatorem, quotus enim quisque hoc seculo tractat? Trapezuntij olim talem Rhetoricam cum stupore vidit Italia: duos fortasse Germania numerarit Sturmium & Erythræum: Gallia Iulium Scaligerum libris de Poëtica: Hispania vnum literis cognitum laudare potest Pet. Ioannem Nunnesium Rhetorem ac Philosophum, editis Rhetoricorum libris III. Hermogenis quidem præceptionibus, & Aphthonij ac Theonis, sed Tullianis exemplis. Sunt autem Hermogenis Idearum genera septem Σαφήνεια, Μέγεθος, Κάλλος, Γοργότης, Ἦθος, Ἀλήθεια, Δεινότης. deinde Σαφήνειαν diuidit in καθαρότητα, καὶ εὐκρίνειαν: tandem τὸ μέγεθος in sex alias formas partitur: in σεμνότητα, Τραχύτητα, Λαμπρότητα, Σφοδρότητα, Ἀκμὴν καὶ Περιβολήν: post *moratam orationem* quatuor metitur dicendi formis: τῇ Ἀφελείᾳ, Γλυκύτητι, Δριμύτητι, καὶ Ἐπιεικείᾳ: Dici etiam vix potest quantum hic tædij absorbendum, cum quot quantisque mendorum monstris conflictandum fuerit, vix vt amplius herculem fabulosum illum Heroa in Augeæ stabulo perpurgando laborasse existimem.

Ad stylum quod attinet, qui in Photio pro re nata varius exsistit, equidem sic temperaui, vt terso castóque sermone Latino, hoc est Romanè, si possem, dicerem, sententiásque mentis perspicuè repræsentarem. Nam vel Tullij vmbram, ob dicendi perspicuitatem iuxta ac suauitatem, libens amplector, præ horrido illo, huius æui atque obscuro, quale Heracliti σκοτεινοῦ fuit, orationis genere. Scholia rei illustrandæ ad oram καὶ ταῦτα λεγόμενα identidem apposui, sumpto subsidio a memoria lectionéque scriptorum veterum: & in Critico hoc genere similia inuicem componendo, digitum ad fontem, quod aiunt, intendere potius, quam transcribere pretium operæ duxi. Interdum tamen longiora paulo Scholia adhibui, cum aut antilogo opus fuit, neque erant refellendi, qui in alia omnia discedunt, aut plura eiusdem auctoris attulimus, vt eorum ex parte laborem minuerem, qui vel Ecclesiasticos Annales magno Ecclesiæ commodo moliuntur, vel auctores ipsos longe quam antea auctiores melioréque dabunt. Cum autem Enumeratio ac Censura Photio esset principio duntaxat proposita. post, quasi metanœa ductus, eidem placuit Excerpta atque adeo opuscula describere, & in tomum alterum conijcere, mentis augurio, quantum conijcio, fore vt pleraque scripta temporum longinquitate fatiscerent, aut funditus perirent. Nec fefellit augurium. Plerique enim auctores qua hominum incuria, qua vetustatis omnia vastantis iniuria, interciderunt. Quamobrem in Excerpta illa longiora pauciores notas in extremo opere apponendas curaui, vt in Plutarchi, Aristidis, Memnonis, & Agatharchidæ ἀποσπάσματα: quorum interpretes eruditos, vt non contempsi, sic & illorum obseruationes admisi. In Ctesiæ Persicis atque Indicis, ne sis nescius, diuersam interpretationem adhibui & illustraui ab ea, quæ in extremo Herodoto Typographorum σπουδαίᾳ operà circumfertur. Et verò curis secundis, posterorúmque industriæ aliquid hic fuit relinquendum. Nam quod verè togatorum ait doctissimus M. Varro in lege Mœnia: *Etenim bona segete neque nullum est spicum nequam, neque in mala non aliquod bonum; itaque nemo est reprehensus* (inquit vi. de lingua Latina) *qui e segete ad spicilegium reliquit stipulam*. Si quid autem hic peccatum, homo enim sum, ne modicæ to

Offendant maculæ, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cauit natura.

Quæso quoque rogóque doctiores, quibus hæc non elaboraui, vt meliora proferant: quod tantum abest vt laturus sim molestè, vt gratiam sim etiam habiturus maximam: nósque doceant; maledictis modò & calumnijs abstineant, studijs φιλαπεχθήμασι nedum Christiano homine indignis. Valeant verò qui tantum sibi falsæ laudis arrogant, quantum de alijs per nefas detrahunt. Illis ego vetus illud accinam: Ἰδοὺ Ῥόδος, ἰδοὺ καὶ τὸ πήδημα.

Habes de interpretatione: venio ad alterum, grauius tamen ac difficilius ad profligandum quæstionis caput, de Photio Constantinopolitano, eiusque scriptis, vt hanc BIBLIOTHECAM erroris labe vacare demonstrem. Ac primum de moribus videamus, hinc de ingenij monumentis, quæ paucis demptis, ad hanc diem in tenebris nimis diu delituerunt, nunc illustris iuxta ac docti Duumuiri *Marci Velseri* auspicijs vtraque lingua exeunt, non leui prouentu fructúque, vt spero & opto, bona-

rum artium ac disciplinarum, quo pauciores hoc seculo, cetera felicium ingeniorum feraci, interiores litteras, Græcas præsertim, pertractant. Auctores eius vitæ recensendæ laudamus, ne quid falso commenti videamur, de Græcis antiquis, ac penè æqualibus; Zonaram, Glycam, Manassem, Nicetam, Curopalatam, quique hunc magnam partem transscripsit Cedrenum, Metrophanis item & Styliani epistolas, acta denique Synodi octauæ legitimæ. Exstaret Nicephori Callisti liber Annalium Ecclesiast. tertius & vicesimus, quo de PHOTIO, eiusdem æui rebus gestis disertè pertractarat, non admodum laboraremus, sed extremi illi libri temporum calamitatem, ceteris saluis, minimè effugerunt: nisi fortè in Græciæ, quæ libertatem suam, studiorúmque ardorem pridem decoxit, angulo aliquo, puluere, situ, ac squalore obsiti, vt alia plurima veterum scripta, delitescant. Ab Ignatio igitur Patriarcha narrationis initium paulò altius repetamus.

Nicephori Augusti, eius qui Irenem Augustam imperio expulit, ex filia Eutropia atque Michaële Imperatore cognomento Rangabe, nepos fuit Ignatius. Hunc in minori ætate, & Theophylactum fratrem maiorem natu, virilibus exsecuit quo facto, repetendi imperij, quamuis paterni atque auiti, spe penitus arcebantur: præterea Ignatium Monachi ritu tondendum curauit. Timeat enim Tyrannidis vis non minus quam metuatur necesse est, nec minus sit ipsa sollicita quam subditi. Omnino rebus commutatis, imperióque ad Theophilum Michaëlis Trauli filium deuoluto, Theodora Theophili vxor, cum viro defuncto imperium pro Michaële filio Porphyrogeneta procuraret, famâ quæ de Ignatij virtutibus celebris erat, permota, & alioqui pro muliebri ingenio nobilissimi viri calamitatem miserata, nulla ipsius culpa, aliena tantum prauitate contractam. Methodio Constantinopolitano Patriarcha vita functo, Ignatium salutis anno IↃCCCXLVII. magna bonorum omnium gratulatione, substituendum curauit. Initia ac media læta fuerunt, par spei fructus. Secuta est maior Porphyrogenetæ ætas, qua sui compos, vitiis mancipatus, matre Theodora rerum procuratione amotâ, Bardæ séque & imperium regendum permisit, nulla famę cura, prauo homini perditus iuuenis: sed in reliqua nequitia eam tamen laudem meruit, quod litterarum professores stipendio de publico designato, Constantinopoli erudiendæ iuuentuti constituit, Leone scholis præfecto, magni nominis ea tempestate Philosopho. Ceterum Bardam Cæsarem creatum, & acceptam potestatem non publica salute, sed scelerum licentia definientem, vsque eo, vt vxore repudiata cum nuru sua stupri consuetudinem haberet, piorum cœtu Ignatius anathematis ignominia notatum expulit, ac veluti Baptistes alter Herodem increpauit. Magnus sanè vir, sed meliore seculo dignus. Perculit ea seueritas impotentem hominis animum, vt quem revereri, atque vt medicum amare debuerat, Synodo facta Episcopatu spoliatum in Mytilenem insulam relegarit. Substituitur per nefas PHOTIVS ὡς ἐν παρασκηνῶν Zonarę, vsitata sequiori seculo voce, à Commentariis & Senator vrbanus anno Christi IↃCCCLIX. hoc est, post vndecimum Patriarchatus Ignatij, de foro repente in Ecclesiæ præfecturam translatus. Raptim omnia & perturbatè sunt facta, neque quid legibus sanctum est considerant, ira & ambitione pessimis consultoribus agitati. Nicolaus Rom. Pont. eo nomine primus, rei gestæ nuncio commotus, Episcopos duos Rodoaldum & Zachariam Constantinopolim mittit cum potestate sacrarum imaginum hostes (quę pestis latè in Oriente grassabatur) nouis edictis coërcendi, atque in Ignatij caussa eius legati, vt cognitione instituta, visa modo exploratáque in re præsenti renuntiarent. Adiungit litteras ad Augustum sigillatim, quę exstant, in PHOTIVM grauissimas: contra fas ęquúmque, atque omnia vetustatis exempla in Ecclesię præfecturam irrupisse, ex profano repente Christi Pastorem gregis prodiisse, vero pręsertim Pastore superstite. Legati fraude inducti, studióve principibus gratificandi, Ignatium iure damnatum videri pręuaricando pręnunciant. Nicolaus quidem atroci nuncio famáque percussus pręuaricationis factum legatorum accusauit. Omnino ea temeritate pronuntiandi magis Ignatij caussa confirmari visa est, prorsus vt Barda Cæsare deinceps, & Michaële Augusto insidiis Basilij Macedonis sublatis, Hadrianus II. Pont. Rom. Nicolai defuncti vestigiis incedens, Synodo Constantinopoli habita CII. Episcoporum, anno salutis IↃCCCXXVIII. (quæ inter generales octaua germana est, Gręcéque ac Latinè studio Matthęi Raderi nostrę Societatis presbyteri, post Anastasij Bibliothecarij versionem, lucem nuper aspexit) PHOTIO amoto, Ignatius vt restitueretur perfecerit. Pontifex sanè magni animi neque minoris consilij, qui exactā senem ętate, rebus quamuis gerendis inutilem, maluit Ecclesię gubernaculis

restitui, quam concedere, ne quo ac dãnato exẽplo disciplinæ labefactandæ aditus relinqueretur. Etsi Nectarius, Tarasius, PHOTII patruus, eiusque successor Nicephorus, & in Occidente Ambrosius è laicis repente Episcopi sint creati. Hæc ille præstitit. Ignatij verò subsecuta morte, noua Constantinopoli Synodus λῃστρικὴ PHOTIVM restituit anno IↃCCCLXXVII. Episcoporum CCCLXXXIII. in pristinum locum, initio consensu Rom. Pont. Ioannis VIII. vti eius Synodi sessio prima declarat, his verbis: *Quod Dominus noster Apostolicus admittit Dominum* PHOTIVM *in Patriarcham, testatur Pontificalis stola à summo Pont. Domino nostro Ioãne ad eum missa: quam propterea direxit, vt omnes intelligant, & certò sciant, Dominũ* PHOTIVM *recipi a summo Pontifice in Patriarcham. Cumque hoc dixisset, dedit* PHOTIO *pontificalem stolam, humerale indumentum, penulã, & sandalia.* Hæc Synodus: argumento conciliatæ initio cũ Ioanne Pontifice gratiæ: qui cum eo nomine, vt parũ virilis, audiret malè, re maturè cognitâ, in ambonem publicum progressus, PHOTIVM, veteri anathemate repetito, diris iterum deuouit. Quare Ecclesiam ille præposterè, primum quidem occupatam, diu tenere non potuit. A Leone Augusto cognomento Philosopho, qui patri Basilio successit loco motus, in Armeniarum monasterium anno IↃCCCLXXXVI. ad vitæ exitum (sic arbitror) siue à Catholicis coactus, seu sponte, incertum, secessit. Santabareni amicitia in primis fraudi illi damnóque fuit, venefici ac præstigiatoris, multáque scelera alia in ficta sanctitatis specie tegentis. Sic Augustus putabat: alij in his ipse Augusti pater, in sanctissimis Monachis numerare soliti erant. Sic sunt hominum iudicia cum temporibus alternantia. Tametsi aliæ causę affictæ sunt, vt iure pelli videretur, illa exstitit verissima: pœnis scelerum agentibus diuina vindicta, atque malè occupati honoris conscientia dedêre præcipitem, Stephano Augusti fratre in eius locum subrogato. Is controuersiæ inter Romanos & Constantinopolitanos Pontifices, nobilis cum primis atque diuturnæ, exitus fuit. Is PHOTII Pseudopatriarchæ casus. Adhuc, breui tamen vitæ Photianę scenam seu Tragœdiam verius vtcunque exhibui, qui bis Patriarchatum per nefas, repugnante Pont. Max. pulso Ignatio, inuasit, bis quoque abdicare coactus: priuatus tandem & inglorius secedens periit. Nunc elogium eius, permistis tamen virtuti vitiis, è Niceta Paphlagone in vita B. Ignatij patriarchæ apponam: Ἦν γὰρ οὗτος ὁ Φώτιος οὐ τῶν ἀγεννῶν τε καὶ ἀνωνύμων, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐγενῶν κατὰ σάρκα καὶ περιφανῶν, σοφίᾳ τε κοσμικῇ, καὶ συνέσει τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ στρεφομένων εὐδοκιμώτατος πάντων ἐνομίζετο. Γραμματικῆς μὲν γὰρ καὶ ποιήσεως, ῥητορικῆς τε καὶ φιλοσοφίας, ναὶ δὴ καὶ ἰατρικῆς, καὶ πάσης, ὀλίγου δεῖν, ἐπιστήμης τῶν θύραθεν. Τοσοῦτον αὐτῷ τὸ περιὸν, ὡς μὴ μόνον σχεδὸν φαίνεσθαι τῶν κατὰ τὴν αὐτοῦ γενεὰν πάντων διενεγκεῖν, ἤδη δὲ καὶ πρὸς τοὺς παλαιοὺς αὐτὸν διαμιλλᾶσθαι. Πάντα γὰρ συνέτρεχεν ἐπ' αὐτῷ, ἡ ἐπιτηδειότης τῆς φύσεως, ἡ σπουδὴ, ὁ πλοῦτος, δι' ὃν καὶ βίβλος ἐπ' αὐτὸν ἔρρει πᾶσα. πλέον δὲ πάντων, ὁ τῆς δόξης ἔρως, δι' ὃν αὐτῷ καὶ νύκτες ἄϋπνοι περὶ τὴν ἀνάγνωσιν ἐμμελῶς πεφυλαχότι. *Erat* PHOTIVS *homo minime obscurus aut ignobilis, sed claris & illustribus ortundus natalibus, rerúmque ciuilium & politicarum vsu prudentiáque & sapientia clarissimus: Grammatica quoque litteratura & carminis pangendi, dicendique laude, quin & Philosophia & Medicina, atque omnium propè liberalium disciplinarum externarum studio, cognitionéque tantopere floruit, vt aeui sui facile princeps haberetur: imò & cum veteribus iam posset componi. Omnia quippe confluxerant in illum; aptitudo quædam, & naturæ vis & felicitas, opes, quibus sibi librorum omnium maximam copiam comparabat: & quod præ cunctis, gloriæ laudísque cupido, qua flagrans, totas noctes, vt lectioni assiduè vacaret, insomnes ducebat.* Idémque Nicetas graphicè eum viuisque coloribus depingit. Ex quo, scriptisque Græcorum omnium, ampliss. Cæsar Card. Baronius, sacrę pater historiæ tomo Annalium Ecclesiast. X. sua est mutuatus. Equidem non sum adeo demens, mentísque inops, vt PHOTII vitia defendenda aut flagitia excusanda suscipiam. Iam enim iudicatus est. Grauis certè ira odiúmque atque ambitio, hominem cetera seculi sui doctissimum, egerunt tandem pręcipitem. Hinc illæ lacrymę. aula nimirum, quę multis hodiéque mentem eripit, & infatuat, PHOTIVM quoque excœcauit, vt non iniuria vetus poëta, nescio quis, aula exire, qui pius esse volet, suadeat.

Illud mihi in pręsentia de BIBLIOTHECA, quę in manibus est, pace piorum pręfari testaríque liceat, scriptam à PHOTIO videri, imò effici, dum Cęsaris Legatum in Assyria agens, nondum patriarchatus dignitatem per nefas ambiit. Argumenta sunt: principiò de sacrarum imaginum cultu passim illum Catholico ritu & sentire & pręd icare, vt in Euagrio Codice XXIX. in Synodo Sidetana Cod. LII. in Clemente Alexandrino Cod. CX. in Lucio Charino Cod. CXIV. in Pierio Cod. CXIX. in Procopio Gazeo Cod. CLX. Deinde, quod summos Rom. Ecclesię Pontifices, sanctósque oc-

cidentis patres B. Leonem, Irenæum, Ambrosium, Augustinum, ceteros, hoc in o-
pere honorificè semper appellet. Tertio quod initio septem enumeret Synodos,
singularique, tractatu, tomo primo Conciliorum, octauam autem veram, qua resti-
tutus in Patriarchium Ignatius Hadriani II. auctoritate, ac ne alteram quidem Ἀν-
τιφωνὴν, cui ipse flagitiosè præfuit, damnatáque, vt diximus, est & explosa, nusquam hic
nominet; citatur tamen, etsi præpostere à Ioanne Zonara, Theodoro Balsamone, &
Gratiano in Decretis c. 7. q. 1. c. Hoc nequaquam 45. Iactaret haud dubiè prædica-
rétque, vt suo plerumque perire sorex indicio consueuit, ac tegere odij flammam
præcordiis hærentem quin euomeret nequisset. Quidam tamen homines eruditi,
quibus vt assentirer nondum mihi imperare potui, secessus opportunitate, cum ite-
rum abdicare Patriarchatu coactus esset, inuitatum, ad scribendum accessisse arbi-
trantur, quo solatio literarum animum curis grauem sustentaret, molestiásque om-
nes in librorum lectione & suauitate deponeret. Mihi verò, salua amicitia, verior
sententia prior videatur. Tantum de scriptionis tempore: Illud modò τῷ περιέργῳ ad-
nciam, centesimo amplius anno post Ignatij PHOTIIQVE æuum, in eadem Byzan-
tina sede resedisse *Iohannem Xiphilinum* Trapezuntium, montis Olympi Mona-
chum, annis XI. mens. VII. cuius exstent Augustorum vitæ è Dione Cassio: qui Dion
ea in parte epitomes operâ mutilatus intercidit, quemadmodum & T. Liuius mul-
to maximam partem abbreuiatoris culpa, vt Iustini compendio Pompeium Tro-
gum à stirpe amisimus. Post etiam Theodosio, cui Maximi cognomentum Nicetes
tribuit, Patriarcheium tenente, Eustathius Thessalonicensis Episc. cum Manuele
C P. Imperatore contentionem super Deo Mahometi habuit; cuius & in Homerum
poetarú propè Deum, & Dionysij Afri περιήγησιν explicationes vberes, & multiplici
doctrina refertas hodiéque legimus, non autem PHOTIVS, vt ætate prior. Poëtas
cetero quin., quos hoc in opere non attigit haud prætermisset, nisi quod fabulosas
narrationes, quæ ad historiam pertinere videantur, delibauit. Redeo à diuerticulo
domum. Demus scelestissimum mortalium PHOTIVM exstitisse, turbasse Orientis
Ecclesiam, ad defectionémque in προεδρίας contentionem Græcos primum sollici-
tasse, quandoquidem verò nullum in hoc opere eius criminis vestigium appareat,
contrà plurima occurrant, quæ scriptorum nemo ne attigit quidem, nedum pertra-
ctauit, quæ, obsecro, inuidia sit repudiare omnino, ac reiicere, & ne digito quidem
tangere velle, cum acerrimos fidei Christianæ perduelles Porphyrium, Lucianum,
Eunapium, & Zosimum legamus. Hic verò Ecclesiæ orthodoxæ capitum Rom.
Pontificum encomia reperies, Beatorum cœlestini, Leonis, ac Gregorij: vt & Lati-
norum patres Ambrosios, Augustinos, alios, laudari diximus. Hæreses, sectatorésque
passim, vt dicis deuotos execrandósque, fugiendos PHOTIVS monet: Eunomios
inquam, Nouatianos, Basilium Cilicem, Philostorgium Arianum, ipsúmque adeo
scelesti Arij caput.

Offenditur quoque non nemo titulo BIBLIOTHECÆ, in speciem arrogantiore.
Neque enim volumen vnum Bibliothecam, vt nec mortalium vnum collegium ef-
ficere de plano pronunciat. Reprehendat alius ΜΥΡΙΟΒΙΒΛΟΝ, inscribi, ac ve-
luti in limine quod aiunt impingat. At meminerit, vt *sexcentos* Romanè, sic & Græ-
cè mille pro infinitis dicis gratia adhiberi. Priori verò respondeo, si veterum exem-
pla requirat (recentium enim Bibliothecarum pleni sunt omnes omnium plutei,
plena pulpita) Apollodori Atheniensis se PHOTIVS ac Diodori Siculi auctoritate,
qui & sic inscribunt, tueatur. Ceterum iustius titulum hunc foribus appendit quod,
cum fabulosas Deorum hominúmque narrationes venditent, hic sacros iuxta ac
profanos scriptores homo Christianus, iucunda quadam vicissitudine tædium om-
ne leuante, partim recenseat sigillatim, iudiciúmque ferat, partim excerpta accura-
tè exhibeat librorum, qui temporibus interciderunt: βιβλιοθήκην iure indigitando,
quod Ægypti reges librorum optimorum cumulum ΨΥΧΗΣ ΙΑΤΡΕΙΟΝ *animi
medicinas*, teste Diodoro, nominarint, & Asinius Pollio apud Plinium Romæ Bi-
bliothecam dedicando, ingenia hominum rem publicam fecerit. Hoc autem in
genere titulorum sudatum antiquitus, vt, quod in mercibus vinóque solet, edera ap-
pensa labor commendaretur. Tironis Tullij vigiliæ, quæq; exstant prudentum in
iure responsa, pandectæ, inscripti. Omnigenam historiam, copiæq; cornu Phauori-
nus, Hesychius Illustris atque Aelianus sua nuncupant. Cestum seu à Deæ baltheo,
siue a pugilum armis. Iulius Africanus & Celsus, in quem styli acumen Origenes
strinxit, scripta nominarunt, qui & Origenes Stromata scripserat, vt Stromatea Cle-
mens Alexandrinus ab argumento varie picto, stragulisque belluati operis, quibus

Themiſtocles hominis ſermonem comparare ſolitus. B.Cyrillus Alexandr. & ipſe Glaphyra ſuum in Pentateuchum, & alterum περὶ ὁμοουσίου commentarium librorum quatuordecim theſaurum nominauit (quales eſſe libros omnes Domitius Piſo ante exoptarat) Vt & nouem Muſarum nominibus Herodotus & Cephalion apud hunc ipſum PHOTIVM ſcripta diſtinxerunt. Taceo prudens ſunt enim propè innumerabiles, reliquos, qui titulis operi additis mira varietate luſerunt, tantúmque ſibi indulgendum rati, quantum ſua quiſque miraretur ac prædicaret. Neque libris modo Bibliothecæ titulus datus, ſed hoc amplius, & hominibus, vt Dionyſium Longinum Rhetorem Eunapius Sardianus *ἔμψυχον βιβλιοθήκην ſpirantem Bibliothecam viuúmque adeo Muſæum* appellare non dubitat.

Verum de veterum Græcorum Romanorúmque Bibliothecis non deſcribo, ſcrinia compilans, otióque abutens, quæ nuper Belgij ocellus Lipſius noſter diſertè ad Nobiliſſ. virum Carolum Croium diſſeruit: analecta duntaxat corollarij vice damus.

Miſſis itaque Paullo Æmilio, L.Corn.Sulla & L. Lucullo librorum ſeruandorum (vt generoſos maximè homines decuit, ſempérque decebit) ſtudioſis. T.Pomponius Atticus elegans & ipſe Romanos inter & ſplendidus Bibliothecam inſtruens hermathenis, aliiſque ſtatuis atque imaginibus ornauit. Quin & de imaginibus in Bibliothecis collocari ſolitis, paucis eſt verſibus commentatus. Ad quem & animo fratris loco coniunctiſſimus M.Tullius: *Libros*, inquit, *tuos conſerua, & noli deſperare eos meos facere poſſe: quod ſi aſſequor, ſupero Craſſum diuitiis, atque omnium vicos & prata contemno.* Quid prætereo Aſinij Pollionis illam è Dalmatarum manubiis publicatam Romæ Bibliothecam. Cæſarum quoque à C. Iulio inchoatam, perfectámque ab Auguſto Octauiam ac Palatinam ſileo, Traiani præterea Vlpiam. Hadrianus enim Imp. Pompeiano & Commodo Coſſ. cum inſignes & plurimas ædes Athenis Atticis feciſſet, & agonem inſtituiſſet, ſi faſtis Caſſiodori fides, Bibliothecam miri operis extruxit. Iuliani adhæc τοῦ παραβάτου cetera eruditi, in libris colligendis ſtudium extitit. Teſtis ipſe locuples Epiſt.ad Ecdicium Ægypti præfectum: Ἄλλοι μὲν ἵππων, ἄλλοι δὲ ὀρνέων, ἄλλοι θηρίων ἐρῶσιν· ἐμοὶ δὲ βιβλίων κτήσεως ἐκ παιδαρίου δεινὸς ἐντέτηκε πόθος. *Quidam equis, alij auibus, nonnulli feris voluptatem capiunt: ego iam inde à puero librorum cupiditate flagraui.* Huius Auguſti Bibliothecam viciſſim Iouianus, hortante coniuge, & adiutante Theophilo Eunucho, ringentibus interim Antiochenis, vt auctor eſt Suidas, cremauit. Externa quid commemorem, Aegyptios, & Attalicos reges colligendis libris magnificos? notum Ptolemæum Philadelphum ſeptingentorum millium librorum cumulum contuliſſe, qui cumulus Alexandrino, pro dolor, tumultu conflagrauit. Ecquis adeo in literis hoſpes, qui LXX. Interpretum ſacras literas ex Hebræo eiuſdem iuſſu vertentium hiſtoriam ignoret? Tacitus tamen ſine flagitio præterire non poſſum, quantum ſtudij in conquirendis libris regio atque heroico animo idem Ptolemæus poſuerit, vt eſt à Galeno Medicorum principe lib.1.de natura hominis, rurſúmque lib.3. Epidem. Hippocratis memoriæ proditum, Athenienſibus nimirum, frumenti inopia annonæque caritate laborantibus, non priùs frumentum conceſſiſſe (quod eſſet Aegyptus Græciæ, vt Sicilia Italiæ fertilitate ſuá horreum) quam Tragicorum principum Aeſchyli, Sophoclis, atque Euripidis deſcribendorum copiam feciſſent. In qua quidem re eâ fide verſatum, vt præter vectigalium immunitatem, xv. talenta iiſdem pignori dederit, quam quidem pecuniam poſt libens volénſque dono miſit, & exempla deſcripta remiſit. Nam de Ariſtotelis Peripateticæ ſcholæ principis ac Theophraſti Bibliotheca à Neleo Coriſci F. coëmta, & hæredibus, ne ab Attalicis regibus auferretur, humi defoſſa, quia nuper in parallelis diſſeruimus, verbum non addam. Clearchi quoque Heracleæ Ponticæ primi Tyranni, eius qui Platonis & Iſocratis auditor extitit, Bibliotheca a Memnone apud hunc ipſum PHOTIVM mirè prædicatur, cuius laudis adorea ceteros omnes Tyrannos longo poſt ſe reliquerit interuallo. Sed vnde digreſſi paululum, eò redeamus. Tumultuarium quidem opus, ne quid taciturnitate præuaricari videar, PHOTIANAM hanc BIBLIOTHECAM extitiſſe hæc indicant: eadem ſæpe repetita, hiatus interdum, atque hiulca loca, neglectus ſtylus, reiecta denique in alteram operis partem, librorum, quos iam recenſuerat, excerpta longiora. Ad oram quoque nonnulla collocata: &, quod mireris, eoſdem libellos κατὰ πόδας pæne repetitos, vt Dionyſij Aegei Dictyaca, Hieroclis & Himerij aliorúmque non pauca, prorſus vt credam PHOTIVM memoria ſuâ iuuanda potius, quàm vt ceteris promiſcuè prodeſſet, hoc opus conſarcinaſſe, aut certè poſtremam manum

non adiecisse, limâ nitidiori opere futuro. Aulicis nimirum negotiis, atque ambitione transuersim raptum, mentem aliò, alio aures distinuisse.

Hactenus de PHOTII vita, & BIBLIOTHECA lectorum librorum: restat, vt cetera eius scripta in vulgus edita, quo vel in hoste virtutem mireremur, recenseam. Scripsit *in B. Pauli epistolas Commentarium:* vnde pleraque hausta in Catenam suam Oecumenius transtulit, vt non contemnendum Theologum agnoscas: quo gratior doctis hominibus (qui eo se adiutos in Paulo explanando fatentur ingenuè) labor hic exsistat, quo difficiliores in iis epistolis nodos occurrere B. Petrus Apostolatus Collega pronunciauit. Exstant & PHOTII opera (*Canones, inquam, Conciliorum, Constitutionumque et ciuiles Leges sacrosanctæ*) in volumen vnum corpúsque collata, distinctáque capitibus, quod & *Nomocanona* nominauit opus spissum & variæ multæque lectionis, visiturque Græcè in Germaniæ Bibliothecis quod Theodorus Balsamon illustrandum censuit, verteruntque Latinè Gentianus Heruetus homo Gallus, itémque Belga Henricus Agylæus. Qualem inter Latinos diligentiam Burchardus Vormatiensis, Iuo Carnotensis, ac Gratianus Monachus imitati sunt longo interuallo, haud minore operæpretio. Edidit & septem Oecumenicorum conciliorum acta, visunturque principio conciliorum tomis digestorum, quæ Græcè in Belgicis Bibliothecis calamo exarata asseruantur. Epistolæ eius in Augustana Bibliotheca habentur. Encyclicam ad Patriarchales Orientis sedes, siue eius est, seu Sisinnij, vt quidam putant, Apostolica sedes, vt & prædatoriam eius Synodum, merito damnat. Exstat item epistola ad Michaelem Bulgarorum principem, à Franc. Turriano Societatis nostræ eruta, Latinéque reddita, vt & *sex dissertationes de diuinitate, & incarnatione,* leguntúrque tomo V. lectionum Antiq. Henrici Canisij Iureconsulti clariss. Huc accedunt & eiusdem PHOTII *Tractatus de voluntatibus in Christo*, quæ dicuntur γραμμικὰ διλήμματα eodem Turriano interprete. Sed iam vela contrahamus, & PHOTIVM scriptores varios variè recensentem audiamus, linguis animisque fauete.

Facultas R. P. Prouincialis Societatis IESV, per superiorem Germaniam.

HANC *Photianæ Bibliothecæ ex Græco versionem, interprete P. Andrea Schotto, Societatis nostræ Sacerdote, ab aliquot Patribus Græcarum litterarum peritis visam & probatam, ego* GEORGIVS ROSETTIVS, *Societatis* IESV *per Germaniam superiorem Prouincialis, potestate mihi ab admodum R.P.N. Generali* CLAVDIO AQVAVIVA *concessa, typis mandari permitto: cui rei hoc testimonio manu mea subscripto, & sigillo munito, fidem facere volui. Augustæ, Calendis Septembris. Anno MDCV.*

Georgius Rosetthius.

NOTÆ

INDEX AVCTORVM BIBLIOTHECÆ PHOTIANÆ, ALPHABETI SERIE ET CODICVM NVMERO EX ORA interiore asscripto.

A.

B.

C.

libri

AVCTO-

AVCTORVM PHOTIANAE BIBLIOTHECÆ SERIES CLASSIBVS, ET ALPHABETO DISTINCTA. NVMERVS

est Paginarum Contextus Latini ex interiore margine.

S. SCRI-

S. SCRIPTVRAE LOCA,

QVÆ A VARIIS THEOLOGIS IN HAC PHOTII BIBLIOTHECA

explanantur, appositis paginarum Gr. exemplaris numeris qui in margine sunt interiore.

ΑΠΟΓΡΑΦΗ

ΑΠΟΓΡΑΦΗ ΚΑΙ ΣΥΝΑΡΙΘΜΗΣΙΣ

τῶν ἀνεγνωσμένων ἡμῖν βιβλίων, ὧν εἰς κεφαλαιώδη διάγνωσιν ὁ ἠγαπημένος ἡμῶν ἀδελφὸς Ταράσιος ἐξῃτήσατο. ἔστι δὲ ταῦτα εἴκοσι δέοντα ἑνὸς ἐπὶ τριακόσια.

BIBLIOTHECA, SEV DESCRIPTIO ATque enumeratio, lectorum a Photio codicum.

Quorum per summa saltem capita, cognitionem quæsiuit, charissimus illi frater TARASIVS. Sunt ij viginti & vno demptis, trecenti.

ANDREA SCHOTTO ANTVERP. *de Societate* IESV *interprete*.

ΦΩΤΙΟΣ ΗΓΑΠΗΜΕΝΩ ἀδελφῷ Ταρασίῳ ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΕΠΕΙΔΗ τῷ τε κοινῷ τῆς πρεσβείας, καὶ τῇ βασιλείῳ ψήφῳ, πρεσβεύειν ἡμᾶς ἐπ' Ἀσσυρίους αἱρεθέντας ᾔτησας τὰς ὑποθέσεις ἐκείνων τῶν βιβλίων, οἷς μὴ παρέτυχες ἀναγινωσκομένοις, γραφῆναί σοι, ἀδελφῶν φίλτατέ μοι Ταράσιε· ἵν' ἔχοις ἅμα μὲν τῆς διαζεύξεως, ἣν βαρέως φέρεις, παραμύθιον· ἅμα δὲ καὶ ὧν οὔπω εἰς ἅπαξ ἡμῖν ἀνέγνως, εἰ καὶ διατυπωτικήν τινα καὶ κοινοτέραν τὴν ἐπίγνωσιν (ταῦτα δέ ἐστι πεντεκαιδέκατον μέρει τῶν τριακοσίων ἑνὸς ἐνὶ χρῇ πλείστων ἀπολείπει. τὰ τοσαῦτα γὰρ, οἶμαι, τῆς σῆς ἐκτὸς οὔσης παρουσίας, ἀναγνωσθῆναι συνέπεσεν) ὀψὲ μὲν ἴσως τῷ σῷ διαπύρῳ πόθῳ καὶ τῆς θερμῆς αἰτήσεως· θᾶττον δὲ ἢ ὅσα ἄν τις ἄλλος ἐλπίσειε, τυχόντες ὑπογραφέως, ὅσας αὐτῶν ἡ μνήμη διέσωζε, τῷ σῷ ὥσπερ ἀποδιδόμενοι πόθῳ καὶ τῇ ἀξιώσει, ἐκδεδώκαμεν. ἧ τάξει δὲ ταξέως αἱ ὑποθέσεις ὑπολείψονται, ὡς ἂν ἑκάστην αὐτῶν ἡ μνήμη προεβάλετο. οὐ χαλεπὸν δὲ καὶ, εἴ τις ἕλοιτο, ἰδίᾳ μὲν τούτων ὅσα τῆς ἱστορίας ἐστὶν, ἰδίᾳ δὲ ὅσα πρὸς ἄλλον καὶ ἄλλον σκοπὸν

* αἰαρ [illegible] εἶδος [illegible] ἀλλὰ [illegible]

[illegible] πιμίας. μᾶλλον [illegible] νομίζων ἀξι-

δὲ καὶ τὸ ποικίλον [illegible] ἐν πολλοῖς καὶ πολλάκις

ἀρυό [illegible] καὶ χόρος [illegible] οἶδε πάλιν εἰς [illegible]

εἰ δέ σοι ποτὲ καθ' αὐτὰ * γυμναζομένῳ τὰ τεύχη, καὶ ἐπιλοπονουμένῳ, τινὰ ὑποθέσεων ἐλλιπέστερον, ἢ οὐκ εἰς τὸ ἀκριβὲς δεῖξωσιν ἀπομνημονευθεῖσαι, μηδὲν θαυμάσῃς. μίαν μὲν γὰρ ἑκάστην βίβλον * ἀναλεγόμενον, τὴν ὑπόθεσιν συλλαβεῖν, καὶ μνήμῃ καὶ γραφῇ παραδοῦναι, [illegible] ἔργον ἐπὶ τοῦ βουλομένου· ὁμοῦ δὲ πλειόνων, καὶ * τότε χρόνου μέσου διαρρυέντος, εἰς ἀνάμνησιν μετὰ τοῦ * ἀκριβοῦς ἐφικέσθαι, οὐκ οἶμαι ῥᾴδιον εἶ). ἡμῖν δὲ

PHOTIVS, DILECTO FRATRI SVO TARASIO, in Domino salutem.

CVm primum ab vniuerso Senatu, ipsoque adeo Imperatoris suffragio, legatus in Assyriam delectus sum, eorum tibi codicum petiuisti argumenta describi, amantissime frater, quorum recitationi non interfuisses. Cupiebas enim habere tu, cum huius molestæ adeo tibi disiunctionis nostræ solatium aliquod, tum leuiter saltem effictam ac generalem cognitionem eorum voluminum, quæ nondum apud nos præsentes audientéque legisses, ea sunt in vniuersum, vno duntaxat supra decimam quintam partem dempto, trecenta, tot enim, nisi fallor, te absente legi contigit. Librarium igitur nacti, tuoque voto ac desiderio quasi debitum soluentes, edimus aliquando, quotquot horum argumentorum memoria nostra conseruarat. Serius id quidem forsitan, quam ardens illud tuum desiderium flagransque cupiditas postulabat. attamen citius quàm aliorum quisquam sperare poterat. Hoc autem ordine singulis sibi argumenta succedent, quo eadem hæc memoriæ præoccuparit. Præsertim, cum difficile haudquaquam sit (si quis ita malit) seorsum omnia quæ ad Historiam faciunt, & rursus quæ ad alium atque alium [illegible] referuntur,

* * * * *

Quod si quæ [illegible] tibi, dum ipsemet studiosius tractabis volumina, breuior videbitur, aut minus accurata quorundam argumentorum hic esse facta mentio, ne id mireris velim; Nam vnum aliquem librum singulatim legenti, argumentum eius animo complecti, illúdq; memoria ac litteris mandare, ... ei opus est, qui id modo velit, at complura simul, idq; post temporis aliquod interuallum, accuratè meminisse, hoc ego non adeo arbitror esse facile. Iam verò

Marginal notes: P. Gr. 891. — * ἱστορίας. — * γλω... al. quam [illegible] — * ἀναλεγόμενον M. M. — * al. τότε — * al. ἀκριβοῦς — M ss. CCLXXIX. Quod autem 280. notata reperiuntur, [illegible] Græcè appareat.

THEODOR.

quæcunq; in lectis illis libris obuia sunt, & neque tuas forsitan, ob insitam iis facilitatem, fugerunt curas, his ne nosquidem tantum studij quantum cæteris adhibuimus: Sed eorum maior accuratio de industria est prætermissa. An autem aliud quidpiam non inutile una cum his argumentis supra tuam petitionē accedat, id tu melius intelliges. Vtilia sane tibi hæc modo edita futura sunt, cum summatim eorum tibi memoriam refricent, quæ tute per te legendo percurristi: tum vt citius reperias, si quid in ijs quæras; quin etiam, vt facilius adsequaris ea, quæ forte nondum intelligentia perceperis.

καὶ * ὅσων ἐπιπολάζει τῶν ἀναγνωσμάτων, καὶ οὐδὲ τὰς σὰς διὰ τὸ προχειρὸν ἴσως διαπεφευγότα μελέτας, ἧττον ἐν τούτοις ἢ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίας ἐδεήθημεν φροντίδος. ἀλλὰ κατὰ τὸ * ἑκούσιον τὸ ἀκριβὲς αὐτῶν ὑπερεωράθη. εἰ δέ τι καὶ ἄλλο χρειῶδες, καὶ τῆς σῆς αἰτήσεως ἐπὶ πλεῖον τῷ ἀποτελέσματι συντείνει, αὐτὸς μᾶλλον ἐν συνήσεις. χρήσιμα δ' οὖν σοι ταῦτα τὰ ἐκδιδόμενα εἰς τὴν κεφαλαιώδη τε μνήμην καὶ ἀνάμνησιν τῶν εἰς κατὰ σεαυτὸν ἀναλεξαμένων * ἐπῆλθες, καὶ εἰς ἑτοιμότερον ἄγειν τὴν ἐν αὐτοῖς ἐπιζητουμένων εὕρεσιν, καὶ μέντοι καὶ εἰς ῥᾳοτέραν τὴν τῶν οὔπω τὴν ἀνάγνωσιν τῆς συνέσεως ἐπελθόντων.

*al. ἄσοι

*al. ἀνάγ.

*ἐπῆλθες M. N.

I. Cod.

THEODORVS PRESBYTER
De Scriptis S. Dionysii Areopagitæ.

LECTVS EST THEODORI PRESBYTERI *liber*, quo docet germanum esse S. DIONYSII *opus*. Soluuntur autem quatuor potissimum argumenta. *Primum* quidem: Si germanus est, cur SS. Patrum nemo, qui post secuti sunt, ex eo libro sententias aut testimonia citarit? *Alterum* vero; quomodo Eusebius Pamphili, SS. Patrum scripta enumerans, huius nullam fecerit mentionem. *Tertium*; quomodo Traditionum earum, quę in Ecclesia per incrementa, & diuturni temporis spatia creuerunt, liber hic sigillatim texat narrationē. Magnus enim Dionysius, vt ex Actis patet, Apostolorum æqualis fuit; hic vero liber earū maxime Traditionum descriptionem continet, quæ postea sensim in Ecclesia inualuerunt. Non igitur verisimile videri ait, imò falso confictum, quæ longo post tempore à morte magni Dionysij in Ecclesia orta sint, atque excreuerint, ea Dionysium describenda suscepisse. *Quartum*; cur epistolam B. IGNATII hic liber citat? Dionysius enim, [vt diximus] Apostolorum temporibus floruit: Ignatius verò Traiano Aug. imperante, martyrii certamen certauit, & paulo ante mortem eam epistolam, quam hic liber citat, cōscripsit. Quatuor his igitur argumentis controuersia dissoluere studet Theodorus, efficitque pro virili legitimum illum esse magni Dionysij partum.

Act. 17.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ,
ὅτι γνησία ἡ τοῦ ἁγίου Διονυσίου βίβλος.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Θεοδώρου πρεσβυτέρου, ὅτι γνησία ἡ τοῦ ἁγίου Διονυσίου βίβλος. διαλύεται δὲ ἐν τῷ λόγῳ ἐνστάσεις τέσσαρας· μία μὲν, ὅτι εἰ ὄντως γνησία, πῶς οὐκ ἐμνημόνευσαν τῶν ἐν αὐτῇ ῥητῶν ἢ καὶ χρήσεων τινὲς τῶν μεταγενεστέρων πατέρων; δευτέρα, ὅτι Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἀναγραφὴν ποιούμενος τῶν συγγεγραμμένων τοῖς μακαρίοις πατράσι καὶ βιβλίων, οὐδεμίαν ταύτης μνήμην ἐποιήσατο· τρίτη, ὅτι πῶς τὰς κατὰ περίοδον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου αὐξηθείσας παραδόσεις, ἡ βίβλος αὕτη λεπτομερῶς ἐξηγουμένη ἀνατίθεται; ὁ μὲν γὰρ μέγας Διονύσιος σύγχρονος ἦν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν πράξεων, τοῖς ἀποστόλοις· ἡ δὲ βίβλος διεξέρχεται, τὰ πλεῖστα τῶν κατὰ θεσμοθεσίαν [καὶ] ἐν ὑστέρῳ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐξηθεισῶν παραδόσεων ἔχει ἀναγραφήν. ἀπίθανον οὖν, φησὶ, μᾶλλον δὲ κακόπλαστον, τὰ μετὰ πολὺν χρόνον τῇ πλάτει τῆς μεγάλης Διονυσίου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐξηθέντα, Διονύσιον ὑπολαμβάνειν ἀναγράψαι. τετάρτη δὲ, πῶς μέμνηται τῆς τοῦ θεοφόρου Ἰγνατίου ἐπιστολῆς ἡ βίβλος; ὁ μὲν γὰρ Διονύσιος τοῖς τῶν ἀποστόλων ἐνήκμασε χρόνοις· Ἰγνάτιος δὲ ἐπὶ Τραϊανοῦ τὸν διὰ μαρτυρίου ἤθλησεν ἀγῶνα * ὃς καὶ πρὸ βραχὺ τῆς τελευτῆς ταύτην ἐπιστολὴν, ἧς ἡ βίβλος μνημονεύει, γράφει. ταύτας οὖν τὰς τέσσαρας ἀπορίας διαλύσαι ἐπαγωνισάμενος, βεβαιοῖ [τό γε ἐπ' αὐτῷ] γνησίαν εἶναι τὴν τοῦ μεγάλου Διονυσίου βίβλον.

d. Theodorus Presbyter de S. Dionysio.

Dionysius Areopagita. Act. 17.

Ignatius.

*al. [illegible] i. Corinth.

SCHOLION

EXTARET vtinam Theodorus iste, De legitimis B. DIONYSII Areopagitæ libris, aut quam vellem inde ea saltem excerpta Photius, vt nobis minus fortasse necessaria, repræsentasset. Quoniam vero nostra tempestatis sectarij eadem reciprocando iterant, ac veluti ab inferis reuocant, quatuor hisce argumentis breuiter respondebo. Copiosius alij, vt ad Hilduinus, Caroli Magni æqualis, Areopagitica Matthæus Galenus, & ad Pachymera paraphrasim Godofr. Tilmannus, denique Tomo II. Annalium Ecclesiasticorum ad annum Christi CIX. Illustr. D. Cæsar Card. Baronius, sanè de omni sacra antiquitate, atque adeò militante in terris Ecclesia, Dei sponsa, optimè meritus. Primò igitur a SS. Patribus nunquam aduocari B. DIONYSIVM inficiamur. Laudat enim sic frequenter B. Cyrillus Alexandrinus, Origenes, Damascenus, Agatho & Gregorius I. Pontifices, aliique. Nam & Maximus Martyr, Michael Syngelus, & Georgius Pachymeres non modo defendunt à calumniis, sed & scholiis eruditis illustrant. Adde quod infra quoque in non recenti opere, sancti scriptoribus annumeratus legatur, Cod. CCXXXI. II. Eusebij Pamphili silentium suspectum merito esse debet, quod Arianismo infectus ille eius scripta recensere idcirco cauit, quia vel vno S. DIONYSIO Arij causam iugulari posse videret. III. Cæremonias verò, ritúsque Ecclesiæ iam inde ab Apostolorum temporibus exortas, ac veluti per manus traditas in Ecclesiam promanasse, atque in hæc vsque tempora apud pios homines perdurasse, nemo negabit, nisi qui ab Ecclesia Catholica Romana desciscentes in Nouatorum castra transfugerunt: docetque copiose Franc. Turrianus noster, itémque Baronius Card. Tomo I. Annalium, de Essenis agens. IV. Quod vero B. Ignatij Martyris epistolam citet, qui Traiano imperante Martyr obiit, nemini mirum videbitur, qui ex eodem illo Baronio B. DIONYSIVM ad ea vsque tempora peruenisse, certo cognorit. Sed nos de his omnibus copiosius libro de scriptis SS. Patrum in dubium reuocatis, ac vindicatis.

II.

ADRIANI *Isagoge S. Scripturæ.*

LECTA est ADRIANI *introductio in S. Scripturam.* Vtilis liber iis, qui ad eam primum aggrediuntur.

ΑΔΡΙΑΝΟΥ Εἰσαγωγὴ τῆς γραφῆς.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Ἀδριανοῦ εἰσαγωγὴ τῆς γραφῆς, χρήσιμος τοῖς εἰσαγομένοις ἡ βίβλος.

β. Adriani Isagoge S. Scripturæ.

NON-

Hanc Graecè nuper repertam Augustae Vindelicorum, editámque video cum Vitis XII. Prophetarum minorum.

NONNOSI SCHOL. III.

ΝΟΝΝΟΣΟΥ ἹΣΤΟΡΙ͂Α.

Νοννόσ. ἱστ.

ἈΝΕΓΝΩΣΘΗ Νοννόσου ἱστορία: ἐν ᾗ διαλαμβάνεται πρεσβεία αὐτοῦ πρός τε Αἰθίοπας καὶ * Ἀμερίτας καὶ Σαρακηνούς, τὰ ἰσχυρότερα τῶν τότε ἐθνῶν, ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἄλλα ἀνατολικὰ ἔθνη. Ἰουστινιανὸς δὲ τηνικαῦτα τῆς ῥωμαϊκῆς περιεῖπε πολιτείας: φύλαρχος δὲ τῶν Σαρακηνῶν ἐχρημάτιζε Καϊσός, ἀπόγονος Ἀρέθα, καὶ αὐτοῦ φυλάρχου γεγενημένου, πρὸς ὃν ὁ * Νοννόσου πάππος ἐπρεσβεύσατο, παρὰ Ἀναστασίου τότε βασιλεύοντος ἀποσταλείς, καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην ἐσπείσατο. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ Νοννόσου, Ἀβράμης δὲ ἦν αὐτῷ ὄνομα, πρὸς Ἀλαμούνδαρον φύλαρχον Σαρακηνῶν ἐπρεσβεύσατο, καὶ δύο στρατηγοὺς Ῥωμαίων, Τιμόστρατον καὶ Ἰωάννην (νόμῳ πολέμου συλληφθέντας) ἀνεσώσατο. Ἰουστίνῳ δὲ τῷ βασιλεῖ ἡ τῶν στρατηγῶν διηκονεῖτο * ἀνάρρυσις. ὁ μέντοι Καϊσός, πρὸς ὃν * ἐστέλλετο Νόννοσος, δύο φυλῶν ἡγεῖτο, τῶν παρὰ τοῖς Σαρακηνοῖς ἐπισημοτάτων, Χινδηνῶν καὶ Μααδηνῶν. πρὸς τοῦτον δὲ τὸν Καϊσὸν καὶ ὁ Νοννόσου πατήρ, πρὶν ἢ Νόννοσον πρεσβεύειν αἱρεθῆναι, Ἰουστινιανοῦ πέμποντος, ἀπέσταλτο, καὶ εἰρηνικὰς ἔθεντο σπονδάς· ὥστε καὶ τὸν υἱὸν Καϊσοῦ (Μαυίας δὲ ἐκαλεῖτο) ὅμηρα λαβεῖν, καὶ πρὸς Ἰουστινιανὸν εἰς Βυζάντιον ἀποκομίσαι. μεθ' ὃν χρόνον ἐπρεσβεύσατο Νόννοσος ἐπὶ δυσὶ τούτοις. Καϊσόν, εἰ δυνατόν, πρὸς βασιλέα ἀναγαγεῖν: καὶ πρὸς τὸν τῶν Αὐξουμιτῶν ἀφικέσθαι βασιλέα [Ἐλεσβαᾶς δὲ τότε ἐκράτει τοῦ ἔθνους·] καὶ πρὸς τούτοις, καὶ εἰς τοὺς Ἀμερίτας παραγενέσθαι. ἡ δὲ Αὔξουμις πόλις ἐστὶ μεγίστη, καὶ οἷον μητρόπολις τῆς ὅλης Αἰθιοπίας· κεῖται δὲ μεσημβρινωτέρα καὶ ἀνατολικωτέρα τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς. ὁ δὲ Νόννοσος πολλὰς μὲν ἐπιβουλὰς ἐθνῶν ὑποστάς, πολλὰς δὲ θηρίων χαλεπότητας παρὰ τὴν ὁδὸν καὶ πολλαῖς δυσχωρίαις καὶ ἀπορίαις πολλάκις περιπεσών, ὅμως καὶ τὰ δόξαντα ἐξετέλεσεν. καὶ σῶος τῇ πατρίδι ἀποδίδοται.

Αὔξουμ.

Ὅτι Καϊσός, Ἀβράμου πάλιν πρὸς αὐτὸν πρεσβεύσαντος, πρὸς τὸ Βυζάντιον παραγίνεται, καὶ τὴν ἰδίαν φυλαρχίαν Ἄμβρῳ καὶ Ἰεζίδῳ τοῖς ἀδελφοῖς διανειμάμενος, αὐτὸς τὴν παλαιστινῶν ἡγεμονίαν παρὰ βασιλέως ἐδέξατο, πλῆθος πολὺ τῶν ὑποτεταγμένων αὐτῷ σὺν αὐτῷ ἐπαγόμενος.

Ὅτι τὰ σανδάλια, φησί, νυνὶ λεγόμενα, ἀρβύλας ἔλεγον οἱ παλαιοί, καὶ τὸ φακιόλιον, * φασώλιν.

Ὅτι τῶν Σαρακηνῶν οἱ πλεῖστοι, οἵ τε ἐν τῷ Φοινικῶνι, καὶ οἱ ὑπὲρ τὸν Φοινικῶνα, καὶ τῶν ὀνομαζομένων Ταυρηνῶν ὀρῶν ἐπέκεινα, ἱερόν τι χωρίον νομίζουσιν, ὅτῳ δὴ θεῶν ἀνειμένον, καὶ ἐνταῦθα συλλέγονται κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον, δίς. ὧν τὴν μὲν τῶν πανηγύρεων αὐτῶν, μηνὶ ὅλῳ μέχρι παρατείνουσι, σχεδὸν πρὸς τοῦ * ἔαρος κατὰ τὸ μέσον τελουμένην, ὅτε τὸν Ταῦρον ἥλιος ἐπιπορεύεται. ἡ δὲ ἑτέρα πανήγυρις, δυσὶ μησὶ παρατείνεται: μετὰ θερινὰς δὲ τροπὰς ἄγουσι ταύτην. ἐν ταύταις, φασί, ταῖς πανηγύρεσι, πᾶσαν ἄγουσιν εἰρήνην, οὐ πρὸς ἀλλήλους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐνδημοῦντας ἀνθρώπους. φασὶ δὲ ὅτι καὶ τὰ θηρία πρός τε τοὺς ἀνθρώπους, οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ πρὸς ἄλληλα. λέγεται δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ παράδοξα, καὶ μύθων οὐδὲν διαλλάττοντα.

* διηγ.

NONNOSI *Historia Legationum.*

LECTA est NONNOSI *Historia*, qua legationem suam complectitur ad Æthiopas, & Homeritas, atque Saracenos susceptam, populos tum potentissimos: & ad alias Orientis gentes. Iustinianus Romanum tunc imperium tenebat: Præfectus verò Saracenorum Kaisus erat, *a* Arethæ nepos: qui & ipse Præfectus, ille fuit ad quem Nonnosi auus ab Anastasio Imperatore legatus fuerat, & pacis fœdera sanxerat. Quin & Nonnosi pater, cui *b* Abramo nomen, ad Alamundarum Præfectum Saracenorum orator aliquando profectus, duos Romanorum duces, Timostratum, atq; Ioannem, belli iure captos, vna liberauit: Iustino Imperatori in ducibus his liberandis subseruiens. Porro Kaisus, ad quem Nonnosus missus, duabus præerat gentibus apud Saracenos clarissimis, Chindinis, & Maadenis. Ad quem ipsum Kaisum Nonnosi quoque pater antequam hæc Nonnoso legatio mandaretur, à Iustiniano missus est paciq; fœdera ita constituit, vt Kaisi filium Mauiam nomine, obsidem acceperit, & Byzantium ad Iustinianum adduxerit. Post quę duplici Nonnosus nomine legatus missus est: Vt Kaisum, si posset, ad Imperatorem adduceret: Et ad *c* Auxumitarum Regem (cui genti *d* Elesbaas tunc præerat) itémque ad *e* Homeritas proficisceretur. Auxumis permagna est ciuitas, & quasi Æthiopiæ totius metropolis, magis ad meridiem & orientem vergens, quam Romanum imperium. Nonnosus verò, multis gentium superatis insidiis, ferarúmque periculis (pręter viæ incommoda, multáque discrimina, in quę sæpenumero incidit) tamen quę voluit perfecit, & saluus est patriæ redditus.

Kaisum refert, misso iterum Abramo ad illum legato, Byzantium profectum esse, suámque Præfecturam Ambro & Iezido fratribus diuisisse: ipsum verò Palæstinæ Præfecturam ab Imperatore administrandam suscepisse, infinitámque hominum subditorum secum multitudinem duxisse.

Quæ nunc Sandalia dicta, Arbylas appellasse Veteres ait: & *f* φακιόλιον φασώλιν.

Saracenorum ait plerique, tam qui *g* in Phœnicone, quàm qui vltra Phœniconem & Taurenos, quos vocant, montes degunt, *h* locum quendam pro sacro habent, alicui Deorum consecratum: quo bis quotannis conueniunt. Horum conuentuum ipsorum alter, mensem durat integrum, ad medium ferè ver, quando Tauri signum Sol in Zodiaco tenet: alter vero in duos alteros menses extenditur, agitúrque post æstiuum solstitium. In his ait conuenientibus, summa viget tranquillitas, non solum inter ipsos, sed & cum omnibus aduenis. Quin etiam feras cum hominibus, non tantum inter se, pacate tunc degere fabulantur. Narrat & alia multa inopinata, & *i* fabulis non absimilia.

a De quo Procop. lib. 1. de bell. Pers. inf. Cod. LXIII. paulo ante fi. & lib. II.

b Hic Abrahamus (quem syllaba) vir pius & presbyter nominatur in Actis S. Arethæ Martyris apud Sur.(?) Tom. V. 24. Octob.

c De quibus Nicephor. Lib. XVII cap. 32.

d Cuius mentio in S. Arethæ Actis sup. citatis, & Nicep. lib. XVII cap. 6.

e Niceph. Lib. VIII. cap. 35. & XVII. cap. 32. Theophan. Byzant. inf. Cod. LXIV.

f Vide notas Græci exemplaris, Suidam & Notas ad Curopalat. de Offic. Constantinop.

g Phœnicone vrbis Ægypti meminit inf. Olympiodorus Cod. LXXX. sub fin. Diod. Sicul. Lib. III. Locum esse maritimum ad sinum Arabicum scribit.

h Non omnino dissimile, quod narrat Clisias(?) in Indicis. inf. Cod. LXXII.

i Ctesiam forte innuit, a quo nonnulla mutuari videtur.

Adulin scribit ab Axumi quindecim itinere dierum distare. Proficiscenti vero Axumin Nonnoso cum suis, maximum hoc obiectum spectaculum, ad regionem Auen dictam, quæ media est inter Axumin, & Adulin vrbes, elephantorum nimirum multitudo non modica, imo millia ferme quinque. Pascebant hi elephanti in magno ea campo, propius que accedere neminem incolarum facile erat, neque pastu prohibere. Hoc illis interim spectaculum occurrit.

De cœli quoque constitutione dicere oportet, quæ est ab Aue ad Axumin: contra enim æstas illic & hiems accidit. Nam Sole Cancrum, Leonem, & Virginem obeunte, ad Auen vsque (vti & nobis) æstas est, summáque cœli siccitas. At ab Aue Axumin versus, & reliquam Æthiopiam, hiems est vehemens, non integro quidem illa die, sed quæ à meridie semper & vbique incipiens, coactis nubibus aerem oblucat, & horrendis imbribus oram illam inundet. Quo etiam tempore Nilus late Ægyptum peruadens, maris in modum terram irrigat. Cum autem Sol Capricornum, Aquarium, & Pisces perambulat, aer vice versa Aduliitis in Auen vsque imbribus regionem inundat, iis vero qui ab Aue Axumin, cæteramque Æthiopiam versus iacent, æstas est, & maturos iam fructus terra præbet.

Nauiganti à Pharsa Nonnoso, & ad extremam vsque insularum delato, tale quid occurrit, vel ipso auditu admirandum. Incidit enim in quosdam forma quidem & figura humana; sed breuissimos, & cutem nigros, totúmque pilosos corpus. Sequebantur viros æquales fœminæ, & pueri adhuc breuiores. Nudi omnes agunt, pelle tantum breui adultiores verenda tecti, viri pariter ac fœminæ: agreste nihil, neque efferum quid præ se ferentes. Quin & vox illis humana, sed omnibus, etiam accolis, prorsus ignota lingua, multóque amplius Nonnosi socijs. Viuunt marinis ostreis, & piscibus è mari ad insulam proiectis. Audaces minime sunt, vt nostris conspectis hominibus, quemadmodum nos visa ingenti fera, metu perculsi fuerint.

THEODORI ANTIOCHENI *Pro S. Basilio aduersus Eunomium libri XXV.*

LECTI sunt THEODORI Antiocheni *Pro Basilio aduersus Eunomiū libri viginti quinque.* Est illi phrasis non vsquequaq; perspicua: sensibus tamen & argumentis nimium quantum densus, S. Scripturæ testimoniis egregiè abundat. Ad verbum ferè Eunomij rationes refellit, imperitum eum valde externarum disciplinarum, multóque magis nostræ Theologiæ, pluribus ostendens. Hic verò Mopsuestiæ, vt puto, Episcopus fuit.

SOPHRONII *De eadem re liber.*

LECTVS similiter SOPHRONII *Pro Basilio contra Eunomium liber*, Theodoro apertior, & multo doctior ac breuior. Neque enim per omnia Eunomium persequitur:

Ὅτι διέστηκεν, φησί, τὰ Ἄδουλιν τῆς Αὐξούμεως ιε΄ ἡμερῶν ὁδόν. ἀπιόντι δὲ εἰς τὴν Αὐξούμην τῷ Νοννόσῳ καὶ τοῖς μετ' * αὐτοῦ, μέγιστόν φησι θέαμα περὶ χώραν ἣν Αὔην προσονομάζουσιν (κεῖται δὲ ἡ Αὔη ἐν μέσῳ τῆς τε τῶν Αὐξουμιτῶν καὶ τῆς τῶν Ἀδουλιτῶν πόλεως) ἐλεφάντων πλῆθος οὐκ ὀλίγον, ἀλλὰ σχεδὸν ὅσον χιλιάδων πέντε. ἐνέμοντο δὲ αὐτοὶ οἱ ἐλέφαντες ἐν πεδίῳ μεγάλῳ· καὶ πελάζειν αὐτοῖς οὐδενὶ τῶν ἐγχωρίων ἦν εὔκολον, οὐδὲ εἴργειν τῆς νομῆς. τοῦτο μὲν οὖν μεταξὺ τὸ θέαμα αὐτοῖς προσγεγόνει.

Χρὴ δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς κράσεως τῶν ἀέρων εἰπεῖν, οἳ ἀπὸ τῆς Αὔης ἐπὶ τὴν Αὐξούμην διαλλάσσονται. ἐναντίως γὰρ περί τε θέρος, καὶ χειμῶνα διάκεινται. Τοῦ γὰρ ἡλίου τὸν καρκῖνον, τὸν λέοντα καὶ παρθένον διεξιόντος, μέχρι μὲν τῆς Αὔης, ὥσπερ καὶ παρ' ἡμῖν, θέρος τέ ἐστι καὶ ξηρότης διαλαμβάνει τὸν ἀέρα· ἀπὸ δὲ τῆς Αὔης ἐπὶ τὴν Αὐξούμην, καὶ τὴν ἄλλην Αἰθιοπίαν, χειμὼν ἐπίκειται σφοδρός, οὐ δι' ὅλης ἡμέρας· ἀλλὰ γὰρ ἀπὸ μεσημβρίας ἀρχόμενος ἑκάστοτε, συννεφῆ τε τὸν ἀέρα ποιῶν, καὶ ὄμβροις ῥαγδαίοις τὴν χώραν ἐπικλύζων. τηνικαῦτα ἄρα καὶ ὁ Νεῖλος πολὺς ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐρχόμενος πελαγίζει τε καὶ καταρδεύει τὴν γῆν. ὅτε δὲ ὁ ἥλιος τὸν αἰγόκερών τε καὶ ὑδροχόον καὶ ἰχθύας ἐπιπορεύεται, ἀνάπαλιν ὁ ἀὴρ τοῖς μὲν Ἀδουλίταις, μέχρι τῆς Αὔης, ὄμβροις ἐπικλύζει τὴν χώραν· τοῖς δὲ ἀπὸ τῆς Αὔης, μέχρι Αὐξούμεως καὶ τῆς ἄλλης Αἰθιοπίας, θέρος τέ ἐστι, καὶ τὰ ὡραῖα τηνικαῦτα τούτοις ἡ γῆ παραδίδωσιν.

Ὅτι ἀπὸ τῆς Φαρσὰν πλέοντι τῷ Νοννόσῳ, ἐπὶ τὴν ἐσχάτην τῶν νήσων καταντηκότι τοιόνδε τι συνέβη, θαῦμα καὶ ἀκοῦσαι. ἐνέτυχε γάρ τισι μορφὴν μὲν καὶ ἰδέαν ἔχουσιν ἀνθρωπίνην, βραχυτάτοις δὲ τὸ μέγεθος, καὶ μέλασι τὴν χροιάν. ὑπὸ δὲ τριχῶν * δεδασυσμένοις διὰ παντὸς τοῦ σώματος. εἵποντο δὲ τοῖς ἀνδράσι καὶ γυναῖκες παραπλήσιαι, καὶ παιδάρια ἔτι βραχύτερα, τῶν παρ' αὐτοῖς ἀνδρῶν. γυμνοὶ δὲ ἦσαν ἅπαντες, πλὴν δέρματι τινὶ μικρῷ τὴν αἰδῶ περικάλυπτον, οἱ προβεβηκότες ὁμοίως ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες. ἄγριον δὲ οὐδὲν ἐπεδείκνυντο, οὐδὲ ἀνήμερον· ἀλλὰ καὶ φωνὴν εἶχον μὲν ἀνθρωπίνην, ἄγνωστον δὲ παντάπασι τὴν διάλεκτον τοῖς τε περιοίκοις ἅπασι, καὶ πολλῷ πλέον τοῖς περὶ τὸν Νόννοσον. διέζων δὲ ἐκ θαλαττίων ὀστρέων, καὶ ἰχθύων, τῶν ἀπὸ τῆς θαλάσσης εἰς τὴν νῆσον ἀπορριπτομένων. θάρσος δὲ εἶχον οὐδέν. ἀλλὰ καὶ ὁρῶντες τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπους ὑπέπτησσον, ὥσπερ ἡμεῖς τὰ μείζω τῶν θηρίων.

* αὐτ.

Pygmæi.

* δεδασυμμ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΣ ὑπὲρ Βασιλείου κατὰ Εὐνομίου, λόγοι κε΄.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Θεοδώρου Ἀντιοχέως ὑπὲρ Βασιλείου κατὰ Εὐνομίου ἐν λόγοις κε΄. ἔστι δὲ τὴν μὲν φράσιν οὐ πάνυ λαμπρός· ταῖς δὲ διανοίαις καὶ τοῖς ἐπιχειρήμασι λίαν πυκνός, καὶ ταῖς γραφικαῖς ἄριστα πλουτεῖ μαρτυρίαις. κατὰ λέξιν δὲ σχεδὸν τῶν δυσσεβῶν λόγων τὴν ἀνασκευὴν ποιεῖται, ἀμαθῆ τε λίαν τῶν θύραθεν μαθημάτων καὶ πολλῷ μᾶλλον τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσοφίας διὰ πολλῶν ἐπιδεικνύς. ὁ δὲ Μοψουεστίας γεγονὼς ἐπίσκοπος οὗτός ἐστιν, οἶμαι.

δ. Theodorus Antiochenus.

ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ ΥΠΕΡ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΚΑΤΑ ΕΥΝΟΜΙΟΥ.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ ὁμοίως Σωφρονίου ὑπὲρ Βασιλείου κατὰ Εὐνομίου· σαφέστερος μὲν Θεοδώρου, καὶ πολλῷ συντονώτερος καὶ συντομώτερος. καὶ οὐδὲ πᾶσι τοῖς Εὐνομίου ἐπεξιών,

ε. Sophronius.

ἀλλ' ἐκεῖνα γυμνάζων καὶ ἐλέγχων καὶ ὑποβάλλων, ἃ δοκεῖ συνεκτικὰ, καὶ κεφάλαια τῆς Εὐνομίου αἱρέσεως εἶναι. ἀφοριστικῷ δὲ κέχρηται χαρακτῆρι, καὶ ὡς ἐπίπαν ἀπολυτός ἐστιν αὐτῷ καὶ ἀσύνδετος ὁ λόγος· οὐκ ἀχαρὴς δὲ, ἀλλὰ καὶ λογικοῖς ἐπιχειρήμασι περιεσπαρμένος.

te illa potissimum exagitat atque refellit, quæ summa capita hæresis Eunomij continere videbantur. Charactere vsus est * distinguente ac definiente: & vt plurimum solutus illi, minimeque vinctus sermo, non ingratus tamen, immo & logicis argumentationibus perquam floridus est.

SOPHRON.

* ἀφοριστικῷ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΥΣΣΗΣ ΟΜΟΙΩΣ ὑπὲρ Βασιλείου κατ' Εὐνομίου.

GREGORII NYSSENI *eiusdem argumenti opera duo.*

VI.

ς΄. Greg. Nyss.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Γρηγορίου Νύσσης ὁμοίως ὑπὲρ Βασιλείου κατ' Εὐνομίου. τὴν μὲν φράσιν εἴ τις ἄλλος ῥητόρων, λαμπρὸς, καὶ ἡδονῆς τὰ ὦτα καταπιαίνων. οὐ μέντοι καθεξῆς καὶ οὗτος τὴν Εὐνομίου γραφὴν ἐλέγχει. διὸ καὶ συντομώτερός ἐστι Θεοδώρου, Σωφρονίου δὲ πλατύτερος. πλεονάζει δὲ καὶ τοῖς ἐνθυμήμασι καὶ τοῖς παραδείγμασιν. ἴσως δ' ἄν τις εἴποι τἀληθὲς, ὡς ὅσον ὑπερβάλλει κάλλει τε καὶ λαμπρότητι καὶ τῇ ἡδυτάτῃ ἀπολαύσει· τοσοῦτον * ἐκνικᾶν ... τὸ πλῆθος τῶν ἐπιχειρημάτων καὶ τὸ γόνιμον τῷ Θεοδώρῳ ἐσκεύασεν.

* Vincere conatu.

LECTVS est a GREGORII *Nyssæ Episcopi* similiter *pro Basilio aduersus Eunomium liber*. Stylus illi, si cui Rhetorum, illustris, & iucunditatem auribus instillans. Sed nec ipse quidem ordine Eunomij scriptum reprehendit. Quamobrem & Theodoro concisior est, & Sophronio latior, abundat enim enthymematis, atque exemplis. Illud autem vere pronunciauerim, quantum Gregorius venustate, splendore, & mirifica iucunditate antecellit Theodoro, tantum etiam argumentorum copia & vbertate eundem vincere connititur.

a Extant eius Libri XIII. aduersus Eunom. in Bibliotth. Vaticana, Bauar. & alibi.

ζ΄.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ ἑτέρα πραγματεία τοῦ αὐτοῦ Γρηγορίου Νύσσης, ὑπὲρ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως. ἐν ᾗ λογικώτερον Εὐνομίῳ συμπλακεὶς, κατὰ κράτος αἱρεῖ, πάντα σαλεύσας τῆς δυσσεβείας αὐτοῦ τὰ ὀχυρώματα. τὸ δὲ κάλλος τοῦ λόγου, καὶ ἡ σύγκρασις λαμπρότητος, γλυκύτητι κἀνταῦθα διαπρεπῶς ἐπιδείκνυται.

VII.

LECTVM est alterum eiusdem GREGORII Nyssem opus de eadem ipsa re: in quo rationibus validioribus cum Eunomio manus conserens, eam vi expugnat, omnia impietatis firmamenta labefactans. Venustas vero orationis, & splendor iucunditate mixtus, etiam in hoc opere decenter se ostendit.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ἀρχῶν, λόγοι δ΄.

ORIGENIS *De Principijs libri IV.*

VIII.

η΄. Origenis libri de Principijs.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Ὠριγένους τὸ περὶ ἀρχῶν, λόγοι δ΄. ὧν ὁ μὲν πρῶτος περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος· ἐν ᾧ πλεῖστα βλασφημεῖ, τὸν μὲν υἱὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς πεποιῆσθαι λέγων, τὸ δὲ πνεῦμα ὑπὸ τοῦ υἱοῦ, καὶ διήκειν μὲν τὸν πατέρα διὰ πάντων τῶν ὄντων· τὸν δὲ υἱὸν μέχρι τῶν λογικῶν μόνων· τὸ δὲ πνεῦμα μέχρι μόνων τῶν σεσωσμένων. λέγει δὲ καὶ ἄλλα παραλογώτατα καὶ δυσσεβείας πλήρη. μετεμψυχώσεις τε γὰρ ληρῳδεῖ, καὶ ἐμψύχους τοὺς ἀστέρας· καὶ ἕτερα τούτοις παραπλήσια. ἔστι δὲ ὁ μὲν πρῶτος αὐτῷ * μυθολογῶν λόγος περὶ πατρὸς, καὶ (ὡς ἐκεῖνός φησι) περὶ Χριστοῦ, καὶ περὶ ἁγίου πνεύματος, ἔτι καὶ περὶ λογικῶν φύσεων. ὁ δὲ δεύτερος περὶ κόσμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ κτισμάτων· καὶ ὅτι εἷς θεὸς νόμου καὶ προφητῶν· καὶ ὅτι ὁ αὐτὸς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης θεός· καὶ περὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἐνανθρωπήσεως· καὶ ὅτι τὸ αὐτὸ πνεῦμα ἐν Μωσεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις προφήταις καὶ ἁγίοις ἀποστόλοις. ἔτι περὶ ψυχῆς, περὶ ἀναστάσεως, περὶ κολάσεως, περὶ ἐπαγγελιῶν. ὁ δὲ τρίτος περὶ αὐτεξουσίου, πῶς ὁ διάβολος καὶ αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις κατὰ τὰς γραφὰς στρατεύονται τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει. ὅτι γενητὸς ὁ κόσμος καὶ φθαρτὸς ἀπὸ χρόνου ἀρξάμενος. ὁ δὲ τέταρτος περὶ τέλους· ὅτι θεῖαι αἱ γραφαί· τέλος, ὅπως δεῖ ἀναγινώσκειν καὶ νοεῖν τὰς γραφάς.

* ἀλλ. μυθολογῶν λόγος.

LECTI sunt ORIGENIS a *De Principijs libri IV*. Horum *Primus* de Patre, & Filio, & Spiritu sancto agit. Quo in libro plurima blaspheme scribit: vt, Filium à Patre factum, Spiritum à Filio: & Patrem quidem per omnia quæ existunt peruadere: Filium vero ratione duntaxat prædita: Spiritum autem ea tantum, quæ salua facta sunt. Tradit & alia nimium absurda, impietatisque plena: animarum migrationes, & animata sidera, pluraque id genus alia nugatus. *Primo* itaque libro b fabulose disserit de Patre, & (vt ipse appellat) de CHRISTO, & de sancto Spiritu: insuper & de naturis ratione præditis. *Secundo* vero, de Mundo, rebusque in eo conditis: præterea vnum eundemque esse Deum Legis, & Prophetarum: Vnum itē esse veteris & noui Testamenti Deum: De Saluatoris Incarnatione: Eundem spiritum in Moyse, & alijs Prophetis, sanctisque Apostolis fuisse. Adhæc de Anima, de Resurrectione, de Pœna, de Præmiis. *Tertio* de Arbitrij libertate: Qua ratione diabolus, contrariæque potestates, iuxta Scripturarum doctrinam, cum humano genere pugnent: Mundum item ortum habere, & corruptioni obnoxium esse, vt qui à tempore initium sumpserit. *Quarto* item libro de fine: diuinas esse Scripturas: de Ratione denique legendi & intelligendi Scripturas.

a Lege de hoc D. Baron. Card. To. V. ad A.C. 397. Extat eiusdē epistola B. Hieronymi ad Auitum de cauenda Origene περὶ ἀρχῶν erroribus. b μυθολογῶν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ἐπισκόπου.

EVSEBII CAESARIENSIS EPISC. *a Scripta pleraque.*

IX.

θ΄. Eusebij scripta.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς Εὐσεβίου λόγοι ιε΄. ἐν οἷς ὡς ἐπίπαν τὴν ἑλληνικὴν ματαιολογίαν ἐλέγχει, καὶ ὡς ἀσύμφωνος

LECTI sunt *Euangelicæ præparationis* EVSEBII *libri quindecim:* quibus vt plurimū inanem Gentium doctrinā vellicat, quamque

a Plura enumerat D. Hieron. in Catalogo ca. 81. & ex eo Sophronius, & Suid.

EVS. CAES.

dissoni ipsi inter se perpetuo fuerint. Meminit vero initio libri decimiquinti, & in eodem extremo, alterius Operis, quod *Euangelicam Demonstrationem* nominat, quæ post *Euangelicam Præparationem* consequitur; quod hæc quidem reprehensio fere sit erroris gentium, illa vero confirmatio præconij Euangelici.

X. LECTI sunt EVSEBII *Euangelicæ Demonstrationis libri a viginti.*

XI. LECTI sunt & EVSEBII *b Ecclesiasticæ Præparationis libri* . . . . in quibus excerpta sunt.

XII. LECTI sunt item EVSEBII *Ecclesiasticæ Demonstrationis libri* . . . . .

XIII. LECTI sunt EVSEBII *Confutationis, & Apologiæ libri duo.* Alteri item duo, qui à prioribus duobus cum assertionibus quibusdam differant, in cæteris dicendi genere, ac sensu iidem sunt.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Βασιλείου Κίλικος ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία. ἄρχεται ἀπὸ τῆς τελευτῆς Σιμπλικίου τοῦ Ῥώμης· ὃς πρὸς Ἀκάκιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἔγραψεν, ἀποστῆναι τῆς πρὸς Πέτρον τὸν τὴν Ἀλεξάνδρειαν λυμαινόμενον κοινωνίας, ὃν ἐπικαλοῦσι Μογγόν. οὗτος γὰρ τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον δημοσίᾳ καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ ἀνεθεμάτιζε· δι' ὃν καὶ Ἀκάκιος καλῶς πρότερον κατ' αὐτοῦ κεκινημένος, ὕστερον οὐκ ἀποστρεφόμενος, αἱρετικοῦ δόξαν παρὰ πολλοῖς ἐκτήσατο, τοῖς δὲ Ῥωμαίοις καὶ ὑπὸ καθαίρεσιν ἔπεσεν. ἐπὶ Ζήνωνος δὲ τὸ δεύτερον ταῦτα ἐπράττετο. ἄρχεται μὲν οὖν ἐκ τῶνδε τῶν χρόνων, καὶ κάτεισι μέχρι τελευτῆς Ἀναστασίου, ὃς εἰκοσιεπτὰ ἔτη καὶ μῆνας τρεῖς, ὡς οὗτός φησιν, ἐν τῇ βασιλείᾳ διήρκεσεν. μεθ' ὃν Ἰουστῖνον τὸν Θρᾷκα ἀναρρηθῆναι γράφει βασιλέα. ἀλλ' ἡ μὲν βίβλος αὕτη ταύτην ἔχει τὴν γραφικὴν ἔκτασιν, ἀπὸ Ζήνωνος μέχρι τῆς τελευτῆς Ἀναστασίου καὶ τῆς Ἰουστίνου ἀναρρήσεως κατιοῦσα. λέγει δὲ οὗτος, ὡς * εἴησαν αὐτῷ καὶ ἕτεραι δύο πεπονημέναι βίβλοι, πρώτη καὶ τρίτη· ὧν τὴν μὲν ἀπὸ Μαρκιανοῦ τοῦ βασιλέως ἀρχθῆναι, καταλῆξαι δὲ ἕως Ζήνωνος, ἀφ' οὗ τὴν ἀρχὴν ἡ δευτέρα ἐποιήσατο· τῆς δὲ γ. τὴν προειδῆσθαι προοίμιον τὸ τέλος τῆς δευτέρας, καὶ ἀπὸ τῆς βασιλείας Ἰουστίνου ἀπάρχεσθαι. ἔστι δὲ ὁ συγγραφεὺς οὐ λίαν τὴν φράσιν ἀπηκριβωμένος, ἀλλὰ καὶ ἀνωμάλως ἔχων πρὸς ἑαυτόν. κέχρηται δὲ μάλιστα ταῖς παρ' ἀλλήλων τῶν ἐπισκόπων στελλομέναις ἐπιστολαῖς, εἰς πίστιν (ὥς φησιν) ὧν αὐτὸς γράφει· αἳ καὶ πολύστιχον ποιοῦσι τὸ βιβλίον, καὶ ἐν πλήθει λόγων ὀλίγην συνάγουσιν ἱστορίαν. διὸ καὶ τὸ σαφὲς τῆς ἱστορίας τῷ πλήθει περικόπτεται τῶν παρεντιθεμένων.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΟΠΟΝΟΥ εἰς τὴν ἑξαήμερον.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Ἰωάννου τοῦ Φιλοπόνου εἰς τὴν ἑξαήμερον. ἔστι δὲ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ καθαρὸς

xli. Ioannis, Presbyteri Ægeatæ, Ecclesiastica historia.
* μεγάλης.
Synodus III.
Σύνοδος λῃστρική.
Concilium Chalcedonense.
xlii. Basilij Cilicis Eccles. hist.
Anastasius Dicorus Imp.
Iustinus Thrax.
* ἴσχυσαν.
xliii. Ioan. Philoponus in Hexaemeron.

καὶ σαφής,

καὶ πανης, καὶ κατ' αὐτὴν τῇ λέξει ἑαυτοῦ καὶ συμφωνῶν κατὰ δὲ ἐν τοῖς πλείστοις Βασιλείῳ τῷ μεγάλῳ. Ἀντιπίπτει δὲ ὅλως τῷ Μοψουεστίας Θεοδώρῳ, ὃς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἐνστησάμενος, ἑρμηνείαν τῆς κτίσεως τὸ βιβλίον ἐπέγραψεν· οὗ τὰς δόξας διελέγχων ὁ φιλόπονος, τὴν ἐναντίαν ἐστάλη ὁδόν.

Ioan. vid.

& clarus, seque ipse dicendi modo vincit, atque vt Basilio Magno plurimum fere consentit, sic per omnia Theodoro Mopsuestiæ repugnat, qui idem ipse argumentum aggressus, *a interpretationem Genesζeos*, librum inscripsit, cuius opiniones Philoponus reprehendens, contra nisus est.

a Sup. Cod. 38.

XLIV.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΤΥΡΙΟΥ ΕΙΣ τὸν Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως βίον λόγοι.

Philostrati Tyrii *De vita Apollonij Tyanei libri VIII.*

Ἀνεγνώσθη φιλοστράτου Τυρίου εἰς τὸν τοῦ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως βίον λόγοι ὀκτώ. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφής, ὅπῃ χαρίεις τε καὶ ἀφελὴς ἐστί, καὶ βρύων γλυκύτητος, καὶ ταῖς ἀρχαΐζούσαις καὶ ταῖς καινοπρεπεστέραις τῶν συντάξεων ἐμφιλοτιμούμενος. Ἱστορεῖ δὲ τὸν Ἀπολλώνιον πρὸς Ἰνδοὺς (οὓς καλεῖ καὶ Βραχμᾶνας) ἀπιέναι, ἐξ ὧν καὶ τὰ πλεῖστα τῆς παρ' αὐτοῖς θεοσοφίας ἐκμαθεῖν· καὶ πρὸς τοὺς Αἰθιόπων σοφούς, οὓς καὶ γυμνοὺς ὀνομάζει, ὅτι καὶ γυμνοὶ τὸν βίον ὅλον διάγουσι, μηδὲ τοῦ ἀέρος δυσχεραίνοντος αὐτοὺς εἰς περιβολὴν ἐλθεῖν. Πολλῷ δέ φησι τοὺς Ἰνδῶν τῶν ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ σοφῶν προέχειν, ὅτι τέ φησι πρὸς ἀκτῖνα οἰκοῦντες ἡλίου, μᾶλλον εἰσὶ τὴν διάνοιαν ὀξεῖς καὶ καθαροί· καὶ ὅτι καὶ χρόνῳ προήκοντες. Τῷ μέντοι Ἀπολλωνίῳ οὐδὲν ὅλως φησὶ τελεσθῆναι,* οἷα ὁ μυθώδης αὐτῷ χαρίζεται λόγος· φιλόσοφον δέ τινα καὶ ἐγκρατῆ βίον* ἀποτεμνόμενον αὐτὸν βιῶναι, ἅτε καὶ πυθαγορείαν ἐπιδεικνύμενον φιλοσοφίαν ἔν τε ἤθεσι καὶ ἐν δόγμασι. Τὸν δὲ θάνατον αὐτοῦ ἄδηλόν τε καὶ πολλοῖς διαφωνούμενον λέγει γενέσθαι, αὐτοῦ ἐκείνου τοῦτο σπουδάσαντος. Καὶ γὰρ καὶ ζῶντα* ἐπιλέγειν, ὡς δεῖ τὸν σοφὸν τοὺς πολλοὺς λανθάνοντα βιῶναι· εἰ δὲ μή, κἂν γοῦν ἀποβιῶναι λανθάνοντα. Τάφον δὲ αὐτοῦ μηδαμοῦ γῆς ἐγνῶσθαι. Λέγει δὲ αὐτὸν μάλιστα χρημάτων κρείττω γενέσθαι, ὡς καὶ τὴν κτῆσιν αὐτοῦ τῷ τε ἰδίῳ ἀδελφῷ καὶ ἑτέροις καταλιπεῖν· καὶ παρὰ μηδενὸς τῶν ἐν ἐξουσίαις, καίτοι πολλὰ ἀξιούντων, λαβεῖν χρήματα. Αὐτὸν τὸν ἐν Ἐφέσῳ λοιμὸν καὶ προϊδεῖν, καὶ γενόμενον παῦσαι. Καὶ λέοντα δὲ ἰδεῖν, καὶ εἰπεῖν ὡς ἡ τοῦ Ἀμάσιδος τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως ψυχὴ ἐν τῷ θηρίῳ εἴη, ποινὰς διδοῦσα τῶν βεβιωμένων. Καὶ ἔμπουσαν ἐλέγξαι, ἐν ὑποκρίσει ἑταιρίδος ἐρᾶν Μενίππου προσποιουμένην. Καὶ κόρην ἐν Ῥώμῃ ἄρτι τεθνάναι δοκοῦσαν, ἐπαναστρέψαι πρὸς βίον. Καὶ λῦσαι τὰ σκέλη ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ἔνδον δεδεμένον. Καὶ ἀπολογήσασθαι μὲν πρὸς Δομετιανόν, ὑπέρ τε αὐτοῦ καὶ Νερούα, ὃς μετὰ Δομετιανὸν Ῥωμαίων ἐβασίλευσεν· ἀφανισθῆναι δὲ μετὰ τὴν ἀπολογίαν τοῦ δικαστηρίου, καὶ πρὸς Δημήτριον καὶ Δάμιν, οὕτω καὶ συνθέμενον αὐτοῖς, παραγενέσθαι, μηδὲ χρόνου παρελθόντος, καίτοι ὁδὸν ἡμερῶν τινῶν* διεστηκότας. Ταῦτα μὲν οὖν ἑαυτῷ ἀναπλάττει· οὐ μέντοι γε, ὡς ἐν τελεστικοῖς, εἴ τινα διετελέσατο τῶν ἐνίοις διαθρυλλουμένων ὑπ' αὐτοῦ πεποιῆσθαι τελεσμάτων. Φιλοσοφίᾳ δὲ καὶ βίου καθαρότητι, καὶ ἅπερ αὐτὸς ἔφησεν, ἐκεῖνον εἰσάγει διαπεπρᾶχθαι. Ἀπεχθάνεσθαι δὲ μᾶλλον μάγοις καὶ φαρμακοῖς· μὴ ὅτι γε αὐτὸν τῇ μάγων προσανακεῖσθαι τέχνῃ. Περὶ δὲ τῶν Ἰνδῶν ὅπως τὰ πάντα παράλογώτατα καὶ ἀπιστότατα διαρρίπτει, πίθους γὰρ αὐτοῖς πλήρεις ὄμβρων καὶ ἀνέμων δίδωσιν, ἐφ' ᾧ χώραν, αὐχμοῦ* ἐπιγενομένης:

LEGI PHILOSTRATI *Tyrij de a vita Apollonij Tyanei* libros octo. Stylo vsus est aperto, gratioso, *b* conciso, pleno etiam dulcedine, ac cum ex priscis loquendi formis, tum ex recentioribus elegantius laudem quærit.

Narrat Apollonium ad Indos (quos & *Brachmanas* nominat) profectum esse, ex quibus pleraque diuinæ eorum sapientiæ didicerit. Profectum item ad Æthiopum sapientes, quos & *c Γυμνοὺς* appellat, quod nudi ætatem perpetuo transigant, & ne cœli quidem tempestate atque inclementia vexati amictum induant. Indorum autem sapientes longe ait his antecellere, tum quod Solis radiis propiores, mente sint magis acuta, & pura, tum ex eo quoque, quod ætate sint priores.

Ab Apollonio porro eorū nihil omnino gestum refert, quæ fabulose de ipso narrantur: tantum philosophicam quandam temperatamque eius vitā extollit, quæ Pythagoream sectam, cum moribus tum doctrina expresserit. Mortē ipsius obscuram fuisse, & à multis varie narratam scribit, studiose hoc ipsum Philostrato agente. Etenim & *d* viuētem dicere solitum, sapiētem oportere fallere omnes, ac latere in vita, id si nequeat, mori saltem latentem debere. Sepulcrum eius nusquam ostendi. Addit & diuitiarum mirificum contemptorem fuisse, vt & suas ipse possessiones germano fratri aliisq; sponte concesserit, & à nemine *e* potentiorum pecunias acceperit, quantumuis illi multa merenti obtruderent. Famem Ephesi longe ante prouidisse, & certam sustulisse. Leone forte viso, dixisse, Amasydis Ægyptiorum Regis animam, pœnas vitæ scelerum dantem, in feram illam cōmigrasse. *f* Empusam item deprehendisse, sub persona meretricis Menippi se amore captam fingentem. Puellam Romæ pridem exspirare visam, in vitam reuocasse. Soluisse compedes sibi, dum in carcere constrictus teneretur. Apud Domitianum Imp. causam dixisse, pro se & Nerua, qui Domitiano in imperio successit, causáque dicta e foro euanuisse, & ad Demetrium, ac Damin (sic cum iis pacto inito) nullo temporis spatio, sed momento, accessisse, licet dierum aliquot itinere distantes. Talia de ipso Philostratus comminiscitur. Negat tamen *g* pro Initiatore habēdum, propterea quòd eorum operum quædam effecerit, quæ ab illo confecta à quibusdam iactabantur: sed per philosophiā, ac vitæ puritatem hæc etiam, quæ ipse mox narrauerit, ab illo perfecta fingit. Quin potius exosum Magis, ac *h* veneficis, non vero magicæ arti deditum fuisse.

Iam de Indis omnia ille, maxima absurda, fideque indigna confuit. Dolia enim apud istos statuit, plena imbriū & ventorum, quibus datum sit regionem cōpluere in imbriū penuria,

Marginalia (left): al. Περὶ αὐτοῦ ... λόγων, ... ; Brachmanes; Gymnosophistæ; * ὡς; * ἀποτεμνόμενος; * ἐπιλέγειν. al. λέγειν; * ὁμοῦ; * al. αὐχμοῦ

Marginalia (right): a Sup. Cod. 38.; b Quæ Græcè atque Latine ex Photio ... ex ... Cod. CCXLI. ... ; c Philo, Laërtius, & Lucianus Gymnosophistas nominant.; d Inf. in ... Cod. CCXLI. λάθε βιώσας, ... Epicuri ... Plutar. libello.; e ἐν ἐξουσίαις leg.; f De Empusa ... Lil. Gyraldus hist. Deor. Syntag. XII. ... & Pisanus. ... Lexico.; g τελεστὴς.; h Lege ... φαρμακεῦσι.

terúmque discussis imbribus siccare, dum alternis aquam ventúmque è doliis suppeditant. His similia, dementiæ plena, & alia plurima prodigiosè confingit, itaque libris octo omnis ab illo vanissimi laboris opera consumitur.

ANDRONICIANVS *contra Eunomianos.*

LECTI sunt ANDRONICIANI *aduersus Eunomianos libelli duo.* Promittit quidem in procemiis grandia, quæ tamen non præstitit, in altero præsertim libro. Philosophiæ nimis perstudiosus est, cum moribus, tum mente, atq; dicendi forma: Religione verò Christianus.

THEODORETI *contra Hereticos libri XXVII. & Eranistæ libri III.*

LECTI THEODORETI *Episcopi Cyri libri septem & viginti, aduersus varias propositiones. Primus liber* agit contra asserentes, vnius fuisse naturæ Deum verbum, & quod ex semine Dauid sumpsit principium, itemque aduersus eos, qui diuinitati *a* passiones attribuunt.

Secundus liber, cum eisdem è scriptura manum validius confert.

Tertius, de eadem re disputat.

Quartus, sanctorum Patrum cõtinet doctrinam, de gloriosa Incarnatione Domini nostri IESV Christi Filij DEI.

Quintus, hæreticorum colligit opiniones, quas componit cum opinione eorum, qui in Christo duas naturas minimè agnoscunt, & ostendit magnam eos inter se affinitatem habere.

Sextus, ponit vnum esse Filium Dominum nostrum IESVM Christum.

Septimus, Epistolæ locum tenet, quibus volumen primum absoluitur.

Octauus verò, contra eos, qui multitudine duntaxat veritatem diiudicant.

Nonus, In eos qui iactant, non oportere è scripturis aut loqui, aut quærere, sed fidem suam sibi sufficere.

Decimus, In male obiicientes illud: VERBVM caro factum est.

Vndecimus, aduersus prohibentes duas capere in *b* Incarnatione naturas.

Duodecimus, in eos qui asserunt dicentem, Aliud esse verbum, Aliud esse Carnem, duos filios profiteri.

Decimus-tertius, Contra dicẽtes, quod idem sit CHRISTVM hominem agnoscere, atque in homine spem collocare.

Decimus-quartus, Aduersus enunciantes: *Passus est sine passione.*

Decimus-quintus, In eos, qui dicunt: *Passus est vti voluit.*

Decimus-sextus, In asserentes, oportere voces ipsas accipere; non autem earum sensa, vt quæ omnium captum excedant, considerare.

Decimus-septimus, Aduersus dicentes: *Verbum per carnem passum est.*

Decimus-octauus, Contra asserentes, quales Iudæi pœnas daturi fuissent, si Deum cruci non affixissent.

Decimus-nonus, In affirmãtes Iudæum illum esse, qui Deum minimè crucifixum asserat.

Vicesimus, Contra aientes, angelos eos, qui apud Abrahamum cibum sumpserunt, non continuo etiam carnis naturam attulisse.

Vicesimus-primus, Aduersus eos, qui miracula singulatim extenuant, dum carnem negant.

ἐξικμάζειν τι αὖ, καταρρηγνυμένων ὄμβρων, ταῖς * ἐκ πίθων ἀνὰ μέρος χορηγίαις, κυρίους ἐκάθιστε. παραπλήσια τούτοις ἀνοίας μεστὰ καὶ ἕτερα πλεῖστα τερατευσάμενος, ἐν ὀκτὼ δὲ λόγοις ἡ πᾶσα αὐτοῦ τῆς ματαιοπονίας σπουδὴ κατηνάλωται. * ἐκ τινῶν πιθῶν.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΙΑΝΟΥ ΠΡΟΣ ΕΥνομιανοὺς λόγοι βραχεῖς δύο.

μέ. Andronicianus contra Eunomianos.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗΣΑΝ Ἀνδρονικιανοῦ πρὸς Εὐνομιανοὺς λόγοι βραχεῖς δύο. ὑπισχνεῖται μὲν οὖν ἐν προοιμίοις μεγάλα, οὐ τοιαῦτα δὲ, ἃ δίεισι, καὶ μάλιστά γε ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ. ἔστι δὲ τῆς φιλοσοφίας ἐραστὴς, τῷ τε ἤθει, καὶ τῇ διανοίᾳ, καὶ τῷ λόγου τῷ σχήματι· χριστιανὸς δὲ τῷ σεβάσματι.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Κύρου λόγοι κζ΄. πρὸς διαφόρους θέσεις.

μϛ΄. Theodoretus contra haereses.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρου λόγοι κζ΄. πρὸς διαφόρους θέσεις. ὧν ὁ μὲν πρῶτος λόγος πρὸς τοὺς λέγοντας, μίαν φύσιν γεγενῆσθαι τὸν θεὸν λόγον, καὶ τὴν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ληφθεῖσαν ἀπαρχήν· καὶ προσάπτοντας τὰ πάθη τῇ θεότητι. ὁ δὲ δεύτερος πρὸς τοὺς αὐτοὺς γραφικώτερον συμπλεκόμενος· καὶ ὁ τρίτος περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως. ὁ δὲ τέταρτος, διδασκαλίας τῶν ἁγίων πατέρων περιέχει περὶ τῆς ἐνδόξου οἰκονομίας τοῦ δεσπότου ἡμῶν χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ. ὁ μέντοι πέμπτος, αἱρετικὰς δόξας ἀθροίζει, καὶ παρατίθησιν αὐτὰς τῇ δόξῃ τῶν μὴ ὁμολογούντων ἐπὶ χριστοῦ δύο φύσεις· καὶ δείκνυσι πολλὴν πρὸς ἀλλήλους διασώζοντας τὴν συγγένειαν. ὁ ἕκτος διαλαμβάνει, ὅτι εἷς υἱὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ χριστός. ὁ ἕβδομος ἐπιστολῆς ἐπέχει τόπον, ἐν οἷς τὸ πρῶτον συμπληροῦται βιβλίον. ὁ δὲ ὄγδοος πρὸς τοὺς πλήθει μόνῳ κρίνοντας τὴν ἀλήθειαν. ὁ ἔνατος πρὸς τοὺς λέγοντας, μὴ δεῖν ἀπὸ τῶν γραφῶν ζητεῖν ἢ λαλεῖν, ἀλλ᾽ ἀρκεῖσθαι τῇ παρ᾽ ἑαυτοῖς πίστει. ὁ ι΄. πρὸς τοὺς προβάλλοντας κακοήθως τὸ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. ὁ ιά. πρὸς τοὺς κωλύοντας δύο φύσεις ἐπὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐκλαμβάνειν. ὁ ιβ΄. πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι ὁ λέγων ἄλλο μὲν τὸν λόγον, ἄλλο δὲ τὴν σάρκα, δύο υἱοὺς λέγει. ὁ ιγ΄. πρὸς τοὺς λέγοντας ὅτι τὸ, καὶ ἄνθρωπον γινώσκειν τὸν χριστὸν, ταὐτόν ἐστι τῷ καὶ εἰς ἄνθρωπον ἔχειν * τὰς ἐλπίδας. ὁ ιδ΄. πρὸς τοὺς λέγοντας, ἔπαθεν ἀπαθῶς. ὁ ιέ. πρὸς τοὺς λέγοντας, ἔπαθεν ὡς ἠθέλησεν. ὁ ις΄. πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι χρὴ δέχεσθαι τὰς φωνὰς, καὶ μὴ σκοπεῖν τὰ δι᾽ αὐτῶν σημαινόμενα, ὡς πάντας ὑπερβαίνοντα. ὁ ἑπτακαιδέκατος πρὸς τοὺς λέγοντας, ἔπαθεν ὁ λόγος σαρκί. ὁ ὀκτωκαιδέκατος πρὸς τοὺς λέγοντας, ποίαν δώσουσιν οἱ Ἰουδαῖοι δίκην, εἰ μὴ θεὸν ἐσταύρωσαν. ὁ ἐννεακαιδέκατος πρὸς τοὺς λέγοντας, Ἰουδαϊκόν ἐστιν, ὁ μὴ θεὸν ἐσταυρῶσθαι λέγων. ὁ εἰκοστὸς, πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι καὶ ἄγγελοι ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ ἐσθίοντες, οὐ τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν ἐπεφέροντο. ὁ εἰκοστὸς πρῶτος πρὸς τοὺς σμικρύνοντας ἕκαστον θαῦμα, τῷ ἀρνεῖσθαι τὴν σάρκα.

* τὴν ἐλπίδα.

ὁ εἰκοστὸς δεύτερος, πρὸς τοὺς ζημιοῦντας ἡμῶν τὸ γένος, τῷ μὴ λέγειν, ἐκ τῆς φύσεως ἡμῶν εἰλῆφθαι τὴν ἀπαρχήν. ὁ εἰκοστὸς τρίτος, πρὸς τοὺς λέγοντας, πιστεύειν ἁπλῶς * οἷς λέγουσι καὶ μὴ κατανοεῖν, τί πρέπον ἢ ἀπρεπές. ὁ εἰκοστὸς τέταρτος, πρὸς τοὺς ἀναιροῦντας τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάληψιν. ὁ εἰκοστὸς πέμπτος, ἀνακεφαλαίωσις τῶν κατὰ μέρος ῥηθέντων. ὁ εἰκοστὸς ἕκτος, περὶ τῆς ὕστερον μὲν ὑφισταμένης συνθέσεως ἤτοι συνουσιώσεως. ὁ εἰκοστὸς ἕβδομος, περὶ τοῦ κατὰ τὸν κοινὸν ἄνθρωπον ὑποδείγματος. δῆλον δὲ καὶ ἐκ μόνης αὐτῶν τῆς ὑποθέσεως, ποῖοι τῶν εἰρημένων λόγων τὸ ὀρθόδοξον κρατύνουσι φρόνημα, καὶ τίνες ἀποκλίνουσιν. ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ τεύχει ἀνεγνώσθησαν αὐτοῦ λόγοι τρεῖς, μείζους τῶν προειρημένων· ἐρανιστὴς ἢ πολύμορφος ἔφερον ἐπιγραφήν. ὧν ὁ μὲν πρῶτος, ὅτι ἄτρεπτος ὁ θεὸς λόγος· ὁ δεύτερος, ὅτι ἀσύγχυτος ἡ ἕνωσις· ὁ τρίτος, ὅτι ἀπαθὴς ὁ θεὸς λόγος. ἔτι καὶ τέταρτος, ἐν ᾧ συλλογισμοῖς τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ὑπεραγωνίζεται. οὗτοι δὲ οἱ τρεῖς λόγοι ἐν διαλόγῳ εἰσὶν αὐτῷ διεσκευασμένοι· οἱ δὲ ἄλλοι καταλογάδην. σαφὴς δέ ἐστιν ἐν ἅπασι τὴν φράσιν, ὡς εὐκρινὴς καὶ καθαρὸς, καὶ οὐκ ἀμοιρῶν τοῦ ἡδέος· καταλλήλως τε τοῖς νοήμασιν εὐθηνούμενος.

* al. ...

ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΟΥ ΤΑ κατὰ Ἰουδαίους πάθη, καὶ ἡ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἅλωσις.

47. Fl. Iosephus de bello Iudaico.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Ἰωσήπου Ἰουδαίου τὰ κατὰ Ἰουδαίους πάθη, ἐν οἷς ἥ τε τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τέλει τῶν λόγων ἅλωσις, καὶ ἡ τῆς Μασάδας πολίχνης. πρὸ δὲ τούτων, ἡ τῶν Ἰωταπατηνῶν, ἐν ᾗ καὶ αὐτὸς Ἰώσηπος ἥλω, ἔτι δὲ Γισχάλων ἅλωσις· καὶ ἄλλων ἰουδαϊκῶν φρουρίων ἐρημία. ἔστι δὲ αὐτῷ τὸ σύνταγμα, ἐν λόγοις ἑπτά. καθαρὸς τὴν φράσιν, καὶ ἀξίωμα λόγου μετὰ εὐκρινείας καὶ ἡδονῆς δεινὸς ἐμφῆναι· πιθανός τε ταῖς δημηγορίαις, καὶ ἐπίχαρις, κἂν ἐπὶ τἀναντία ὁ καιρὸς καλῇ χρήσασθαι τῷ λόγῳ· δεξιὸς καὶ γόνιμος ἐνθυμημάτων ἐφ' ἑκάτερα. καὶ γνωμολογικὸς δὲ, ὡς εἴ τις ἄλλος, καὶ πάθη τῷ λόγῳ περιθεῖναι ἱκανώτατος, καὶ ἐγεῖραι πάθος, καὶ πραΰναι δοκιμώτατος. πολλὰ δὲ σύμβολα καὶ σημεῖα λέγει προϋπάρξαι τῆς Ἱερουσαλὴμ ἁλώσεως. α'. βοῦν τε γὰρ ἐπὶ θυσίαν ἀγομένην, ἄρνα τεκεῖν. β'. καὶ φῶς ἀναλάμψαι ἐν τῷ ναῷ. γ'. καὶ φωνῆς ἐκεῖθεν ἐπακοῦσαι, Μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν. δ'. καὶ τὰς τοῦ ἱεροῦ πύλας οὐδ' ὑπὸ εἴκοσιν ἀνδρῶν ἀνοιγομένας, αὐτομάτως ἀνοιχθῆναι. ε'. καὶ στρατὸν ἐναέριον ἐπιφανῆναι, ὅπλοις περιπεφραγμένον. καὶ ἄνθρωπόν τινα, ὄνομα αὐτῷ ὁ τοῦ Ἀνανίου Ἰησοῦς, μηδὲν ἄλλο ἐπιφθέγξασθαι ἐπὶ ἔτη ς'. καὶ μῆνας γ'. ὥσπερ βεβακχευμένον ὄντα ἢ * αὐτὸ τοῦτο ἢ τὸ αἲ αἲ τῇ Ἱερουσαλήμ. ὃς καὶ ὑπὲρ τούτου αἰκισθεὶς, πάλιν ταύτης τῆς φωνῆς, οὐδὲν ἄλλο ἀντεκρίνατο. ἐν αὐτῇ τῇ ἁλώσει παρών, καὶ ἑαυτῷ τὴν τοιαύτην φωνὴν ἐπιφωνῶν, λίθῳ βληθεὶς ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐτελεύτησεν.

* al. ...

Vicesimus secundus, Aduersus eos, qui humano generi damnum irrogant, dum concedere nolunt ex nostra natura principium sumptum esse.

Vicesimus tertius, Contra iactantes, Credere simpliciter iis, quæ dicũtur; & non attendere, quid decens sit, aut indecens.

Vicesimus-quartus, Aduersus tollentes naturarum differentiam, post Passionem & Ascensionem.

Vigesimus-quintus, summatim ea repetit, quę per partes hactenus tradita sunt.

Vicesimus-sextus, De post-manifestata compositione seu consubstantiatione.

Vicesimus-septimus, De eo quod secundum communem hominem est, *a* exemplo. Clarum vero vel ex solo argumento quinam ex suprascriptis libris Orthodoxam corroborent doctrinam, quique ab ea discedant.

Adhuc in eodem ipso Volumine legi tres eiusdem libros superioribus maiores. Titulum prætulerunt: *b* ΕΡΑΝΙΣΤΗΣ, ἢ Πολύμορφος (id est, *Sodalis*, seu *Multiformis*) Horum *primus*, Deum verbũ immutabile esse docet. *Alter*, Inconfusam, miniméque mistam vnionem esse. *Tertius*, *c* Impassibilem siue imperturbabilẽ esse Deum verbum. Accedit *Quartus*, in quo syllogismis hæc eadem argumenta retexit. Atque hi quidem libri per dialogum ab ipso conscripti sunt, reliqui vero continenti, ac perpetua serie. Stylus ei in omnibus perspicuus (est enim distinctus ac purus) neque iucunditatis expers: proportione vero sensibus exuberat.

IOSEPHI IVDAEI *De libro Iudaico libri VII.*

XLVII.

LEGI IOSEPHVM IVDAEVM, *De Iudaicæ gentis calamitate atque interitu.* Quo in libro extremo Hierosolymorum excidium narrat, & Masadæ oppidi: & ante hæc Iotapatorum, in quo & ipse Iosephus captus: præterea Gischalorum euersionem, & aliorum Iudaicorum munimentorum desolationem. Sunt autem huius operis libri septem. Candidus illi sermo, qui rationum pondus atque momentum cum puritate ac iucunditate exprimere possit. In concionibus persuadendi vi præditus est, ac gratiosus, tum etiam cum suadet opportunitas orationem in contrariam partem flectere. Dextere quoque & copiose enthymematis in vtramque partem vtitur, sententiasque, si quis alius, adhibet. Orationi insuper affectum imprimendi, & concitandi motus, eosdémq; mox leniendi, est peritissimus.

Multa vero signa atque prodigia Hierosolymæ excidium præcessisse cõmemorat. I. Bouem ad sacrificium ductam agnum peperisse. II. Lucem in templo splenduisse. III. Vocem exinde auditam: *Hinc abeamus.* IV. Templi portas, quas ne viginti quidem viri aperire poterant, sponte patuisse. V. Exercitum vesperi visum armis indutum. VI. Virum, cui nomen Iesus Ananiæ, nihil aliud annis sex & mensibus tribus sonuisse, tanquam furore percitum, quam identidem: *Va, va, Ierusalem*, eundémque cum ea de causa verberibus quoque cæderetur, præter hanc vnam vocem, nullam emisisse aliam. Hunc item vrbis excidio cum interesset, eandémque apud se vocem ingeminaret, lapidis ictu ab hoste occisum esse.

ΘΕΟΔΩ...

a ὑπόδειγμα...

b Emendi... catos redd... tur a G... no Heruet... ipsum Theod... rati Præfa... Sodalem ... go, quo... simul ed... lem, & ... dem parti... pem symbola... c ἐν ἀπαθεῖ...

IOSEPHVS.

Atque hæc quidem ante vrbem captam signa monstrata fuere, intestini vero belli seditio & hostes vrbem euerterunt. In zelotarum enim factionem & sicariorum diuisi, se mutuo Iudæi interfecerunt, ipsúmque adeo Reipub. corpus vulgus, ab vtrisque acerbe est atque crudeliter dilaniatum. Fames item sic vrbem inuasit, vt & ad alia flagitia homines impulsi fuerint, & mulier suum ipsa filium comederit. Pestis adhæc famem excipiens, satis omnibus clare ostendit, diuinæ id iræ opus esse, ac Dominicæ denunciationis minarumque, fore nimirum vt vrbs funditus euersa periret. Luc. 19.

XLVIII.

IOSEPHVS, vel CAIVS PRESBYTER *De vniuerso.*

LECTVS est IOSEPHVS *De vniuerso*, qui liber alibi inscriptus legitur, *De vniuersi causa*: in aliis vero libris, *De vniuersi natura*. Súntque libelli duo, quibus secum pugnare Platonem docet. De anima quoque, Materia, & Resurrectione a Alcinoum, vt absurde ac falso differentem, reprehendit, suas vero ipse de his thesibus opiniones opponit; docétque Iudæorum nationem longe esse, quàm Græcorum antiquiorem. Putat compositum hominem ex igne, terra, aqua, ac præterea è spiritu, quem *Animam* appellat. De Spiritu hisce verbis vsus est: Huius principem partem apprehendens, vna cum corpore formauit, & per omnia membra artúsque viam ipsi patefecit. Qui spiritus corpori conformatus, totúmque peruadens, eadem forma, qua corpus hoc spectatur, insignitus est: naturam vero frigidiorem habet, ad tria illa, per quæ corpus compactum est. Hæc ille, non satis apte ad Hebræorum de hominis natura doctrinam, neque satis e dignitate reliquorum à se diserte scriptorum elocutus. De mundi quoque generatione per compendium disserit. De CHRISTO autem vero Deo aptissimè loquitur, quando & ipsam CHRISTI appellationem illi attribuit, & inenarrabilem ex patre generationem citra reprehensionem describit. Quæ res ambigendi fortasse cuipiam caussam præbeat, sitne hoc Iosephi opusculum: etsi nihil dicendi genere à reliquis eiusdem scriptis discedit.

a [illegible] de [illegible] Platon. & Aristot. libellus Græcè atque Latinè in medio est.

CAIVS Presbyt.

Comperi annotatum fuisse, non esse Iosephi hoc opus, sed Caij cuiusdam Presbyteri Romæ agentis, quem & auctorem faciunt Labyrinthi: cuius etiam dialogus est aduersus Proclum quendam, hæresis Montanistarum defensorem.

Cum enim sine titulo opus relictum esset, alij quidem Iosepho inscriptum referunt, alij Iustino Martyri, non-nulli Irenæo: quemadmodum & Labyrinthum Origeni quidam tribuere. Alioqui Caij est opus eiusdem reuera, qui Labyrinthum composuit, quando ille ipse in extremo Labyrintho testatum reliquit, esse se libri *De vniuersi natura* auctorem. Verum hic ne liber ille sit, de quo agitur, an alius, nondum mihi liquet.

Hunc b Caiū Presbyterū Romanæ Ecclesiæ

b Vide D. Hier. in Catalogo, cap. LIX & Euseb. lib. VI. cap. 14 & lib. II. cap. 24.

τὰ μὲν οὖν προδειχθέντα τῆς ἁλώσεως σημεῖα, ταῦτα. ἡ στάσις δὲ ἡ ἐμφύλιος, ἢ οἱ πολέμιοι τὴν πόλιν ἐπόρθησαν. εἰς ζηλωτὰς γὰρ ἑαυτοὺς καὶ σικαρίους διαστασιάσαντες ἀλλήλους τε ἔφθειρον, καὶ τὸ κοινὸν σῶμα ὁ δῆμος ὑπ' ἀμφοῖν πικρῶς τε καὶ ἀνηλεῶς ἐσπαράττετο. λιμός τε οὕτω κατέσχεν, ὡς καὶ εἰς ἄλλα μὲν παράνομα τοὺς ἀνθρώπους ἐκδιαιτηθῆναι, καὶ γυναῖκα δὲ τὸ οἰκεῖον τέκνον θοινήσασθαι. καὶ τῷ λιμῷ ὁ λοιμὸς συμπαραλαβόμενος, ἐδείκνυ πᾶσιν ἐμφανῶς θεομηνίας ἔργον, καὶ τῆς δεσποτικῆς προρρήσεως, καὶ ἀπειλῆς, τὴν δὲ πόλιν πᾶσαν ὑπάξαι πανωλεθρίᾳ καὶ ἁλώσει.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ, ΜΑΛΛΟΝ ΔΕ Γαΐου πρεσβυτέρου, περὶ τοῦ παντὸς οὐδὲν ἄλλο, περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας ἐπιγέγραπται. ὅστις λέγεται καὶ τῶν ἐθνῶν χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Ἰωσήπου περὶ τοῦ παντός· ὃ ἐν ἄλλοις εὗρον ἐπιγραφόμενον, περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, ἐν ἄλλοις δὲ περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας. ἔστι δὲ ἐν δυσὶ λογιδίοις. δείκνυσι δὲ ἐν αὐτοῖς πρὸς ἑαυτὸν στασιάζοντα Πλάτωνα. ἐλέγχει δὲ καὶ περὶ ψυχῆς καὶ ὕλης καὶ ἀναστάσεως Ἀλκίνουν ἀλόγως τε καὶ ψευδῶς εἰπόντα. ἀντεισάγει δὲ τὰς οἰκείας περὶ τούτων τῶν ὑποθέσεων δόξας. δείκνυσι τε πρεσβύτερον Ἑλλήνων πολλῷ τὸ Ἰουδαίων γένος. δοξάζει δὲ συγκεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐκ πυρός, καὶ γῆς, καὶ ὕδατος, καὶ ἔτι ἐκ πνεύματος, ὃ καὶ ψυχὴν ὀνομάζει. περὶ οὗ πνεύματος αὐταῖς λέξεσι τοῦτό φησι· τούτου τὸ κυριώτερον ἀπολαβόμενος, ἅμα τῷ σώματι ἔπλασε· καὶ διὰ παντὸς μέλους καὶ ἄρθρου πορείαν αὐτῷ κατεσκεύασεν· ὃ τῷ σώματι συμπλασθέν, καὶ διὰ παντὸς διηκόμενον, τῷ αὐτῷ εἴδει τοῦ βλεπομένου σώματος τετύπωται. τὴν οὐσίαν δὲ ψυχρὸν πρὸς ὑπάρχει πρὸς τὰ τρία, δι' ὧν * τὸ σῶμα συνήρμοσται. ταῦτα μὲν οὖν ἀτάκτως τὰ τῆς Ἰουδαίων περὶ ἀνθρώπου φυσιολογίας ταῦτα εἰπών, καὶ τῆς ἄλλης αὐτοῦ περὶ τοὺς λόγους ἀσκήσεως· διέξεισι καὶ περὶ τῆς κοσμογενείας κεφαλαιωδῶς. περὶ μέντοι Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν ὡς ἔγγιστα θεολογεῖ, Χριστοῦ κλῆσιν ταύτην ἀναφανδὸν ὀνομάζων, καὶ τὴν ἐκ πατρὸς ἄφραστον γέννησιν ἀμέμπτως ἀναγράφων. ὃ τινας ἴσως καὶ ἀμφιδοξεῖν ὡς Ἰωσήπου εἶναι τὸ σύνταγμα, ἀναπείθει. οὐδὲν δὲ τοῦ τῆς φράσεως αὐτοῦ πρὸς τὰ ὑπόλοιπα τοῦ ἀνδρὸς ἀπᾴδει. εὗρον δὲ ἐν παραγραφαῖς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ λόγος Ἰωσήπου, ἀλλὰ Γαΐου τινὸς πρεσβυτέρου ἐν Ῥώμῃ διατρίβοντος, ὃν φασι συντάξαι καὶ τὸν Λαβύρινθον· οὗ καὶ διάλογος φέρεται πρὸς Πρόκλον τινὰ ὑπέρμαχον τῆς τῶν Μοντανιστῶν αἱρέσεως. ἀνεπιγράφου δὲ καταλειφθέντος τοῦ λόγου· φασὶ τοὺς μὲν Ἰωσήπου ἐπιγράψαι, τοὺς δὲ Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος, ἄλλους δὲ Εἰρηναίου· ὥσπερ καὶ τὸν Λαβύρινθον ἐπέγραψαν Ὠριγένους. ἐπεὶ Γαΐου ἐστὶ ποίημα, τῇ ἀληθείᾳ * αὐτοῦ συντεταχότος τὸν Λαβύρινθον· ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ τέλει τοῦ Λαβυρίνθου διεμαρτύρατο, ἑαυτοῦ εἶναι τὸν περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας λόγον. εἰ δ' ἕτερος καὶ οὐχ οὗτός ἐστιν, οὔπω μοι γέγονεν ἔνδηλον. τοῦτον τὸν Γάϊον πρεσβύτερόν φασι γεγενῆσθαι τῆς κατὰ Ῥώμην

al. Fl. Iosephi liber de Vniuerso.

Alcinoum.

* al. τῷ σώματι.

Caius, presbyter Ecclesiæ Romanæ.

* al. οὐ συντεταχότος.

ἐκκλησίας,

ἐκκλησίας, ἐπὶ Βίκτορος καὶ Ζεφυρίνου τῶν ἀρχιερέων· χειροτονηθῆναι δὲ αὐτὸν καὶ ἐθνῶν ἐπίσκοπον. συντάξαι δὲ καὶ ἕτερον λόγον ἰδίως, κατὰ τῆς Ἀρτέμωνος αἱρέσεως. καὶ κατὰ Πρόκλου δὲ σπουδαστοῦ Μοντανοῦ σπουδαίαν διάλεξιν συντεταχέναι, ἐν ᾗ τρεισκαίδεκα μόνας ἐπιστολὰς ἀριθμεῖται Παύλου, οὐκ ἐγκρίνων τὴν πρὸς Ἑβραίους.

μθ'. Cyrillus Alexandrinus contra Nestorium.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

τοῦ Ἀλεξανδρείας, κατὰ τῶν Νεστορίου βλασφημιῶν λόγοι ε'.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας, κατὰ τῶν Νεστορίου βλασφημιῶν, ἐν λόγοις πέντε. φυλάττει δὲ καὶ ἐν τούτοις τὸν οἰκεῖον λόγου τὸν χαρακτῆρα καὶ τὸ ἰδίωμα. σαφέστερος δ' ἐστὶ τοῦ πρὸς Ἑρμείαν, καὶ τοῦ περὶ τῆς ἐν πνεύματι λατρείας. ὁ δὲ λόγος αὐτοῦ πεποιημένος, καὶ εἰς ἰδιάζουσαν ἰδέαν ἐκβεβιασμένος, καὶ οἷον λελυμένη καὶ τὸ μέτρον ὑπερορῶσα πεζότης.

ν'. Nicias monachus contra Philoponum.

ΝΙΚΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ ΚΑΤΑ ΤΩΝ

τοῦ Φιλοπόνου κεφαλαίων ζ'.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Νικίου μοναχοῦ κατὰ τῶν τοῦ Φιλοπόνου κεφαλαίων ζ'. ὧν ἐμνημόνευσεν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ αὐτοῦ λόγῳ Διαιτητῇ. ἔστι δὲ τὴν φράσιν ἁπλοῦς καὶ σύντομος, καὶ ταῖς ἀντιρρήσεσιν ἱκανὸς καὶ ἀπέριττος. ἀνεγνώσθη δὲ τοῦ αὐτοῦ καὶ κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς Σεβήρου· ἔτι δὲ καὶ κατὰ Ἑλλήνων λόγοι δύο.

να'. Hesychius presbyter Constantinop.

ΗΣΥΧΙΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ

Κωνσταντινουπόλεως εἰς τὸν χαλκοῦν ὄφιν, λόγοι δ'.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Ἡσυχίου πρεσβυτέρου Κωνσταντινουπόλεως εἰς τὸν χαλκοῦν ὄφιν λόγοι δ'. ἔστι δὲ ὁ λόγος εἰς ἐπίδειξιν διεσκευασμένος, καὶ ἐν ἠθοποιίας εἴδει μεμελετημένος. ἐν οἷς δημηγορίαι τε διατυποῦνται τοῦ Μωσέως πρὸς τὸν λαόν, καὶ αὐτοῦ πάλιν ἀντιπροσωποποιοῦντος πρὸς τὸν* Μωσέα διαλαλιαί. ἔτι δὲ καὶ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Μωσέα καὶ τὸν λαόν, καὶ εὐχαὶ ἐν τύπῳ ἱκεσίου καὶ ἀπολογίας ἐμπεπλασμένοι λόγοι. ἐν οἷς καὶ ὁ πολὺς αὐτοῦ κατατείνεται τοῦ βιβλίου λόγος, πολύστιχον ὄγκον ἐκπληρῶν. ὁ δὲ γεγραφὼς, ὡς ἐστὶν ἐκ τοῦδε αὐτοῦ τοῦ πονήματος συνιδεῖν, τῶν ὀρθοδόξων ἐστίν.

* μωσέα.

νβ'. Synodus contra Messalianos, præside Amphilochio.

ΣΥΝΟΔΟΣ ΓΕΝΟΜΕΝΗ ΕΝ

Σίδῃ κατὰ αἱρέσεως τῶν Μεσσαλιανῶν, ἤγουν Εὐχιτῶν.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ σύνοδος γενομένη ἐν Σίδῃ, κατὰ τῆς αἱρέσεως τῶν Μεσσαλιανῶν, ἤγουν Εὐχιτῶν, ἤτοι Ἀδελφιανῶν. ἐξῆρχε δὲ τῆς συνόδου Ἀμφιλόχιος ὁ τοῦ Ἰκονίου, συνεδρευόντων αὐτῷ καὶ ἐπισκόπων πλειόνων ἢ εἴκοσι καὶ πέντε. ἐν τῇ αὐτῇ δὲ βίβλῳ ἀνεγνώσθη τῆς αὐτῆς συνόδου πρὸς τὸν μέγαν Φλαβιανὸν τὸν Ἀντιοχείας ἐπιστολὴ συνοδική, τῶν πραχθέντων ποιουμένη τὴν διδασκαλίαν. διόπερ καὶ αὐτὸς συναθροίζει σύνοδον κατὰ τῶν αὐτῶν αἱρετικῶν, συνεδρευόντων μετ' αὐτοῦ ἐπισκόπων τριῶν, *Βίζου τοῦ Σελευκείας, καὶ Μαρουθᾶ τοῦ Σουφαρηνῶν ἔθνους, καὶ Σάμου· πρεσβύτεροι δὲ καὶ διάκονοι συμπαρῆσαν μέχρι τριάκοντα. ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ μετάνοιαν ἐπαγγελλόμενον τὸν Ἀδέλφιον,

* ἢ Βίζα.

CAIVS PR.

tunc affirmant, sub Victore & Zephyrino Pontificibus, ordinatumque & gentium Episcopum, scripsisse quoque peculiarem alium librum contra a Artemonis hæresim, & aduersus Proclum, Montani studiosum, accuratam disputationem, in qua tredecim duntaxat B. Pauli Epistolas enumeret, b non recepta in censum ea, quæ est ad Hebræos.

a De qua lege Theodoret. atque Niceph. b Quæ item sententia tribuitur Hippolyto; Cod. CXXI.

B. CYRILLI ALEXANDRINI *Contra Nestorium libri V.*

XLIX.

LECTVS est B. CYRILLVS *Alexandriæ Episcopus aduersus blasphemias Nestorij, libris quinque.* Seruat in his quoque suum dicendi characterem, & sermonis proprietatẽ. Clarior vero est quam ad Hermiam scribens, aut in libris a *De adoratione in Spiritu.* Sermo illi confictus, & ad propriam dicendi formam contortus, ac velut solutum numerósque negligens metrum.

a Extant hodie XVII. Dialogi De adoratione in Spiritu & veritate, Romæ editi interp. Ant. Agellio Episc.

NICIAS MONACHVS *Contra Philoponum, Seuerum, ac Gentes.*

L.

LECTVS NICIAS MONACHVS, *Contra Philoponi capita septem,* quæ ipsum ille commemorat in libro quem inscripsit ΔΙΑΙΤΗΤΗΝ. (hoc est, *Arbitrum,* seu *Cognitorem.*) Stylus ipsi simplex atque concisus, & responsionibus satisfaciens, nihilque redundans.

Legi eiusdem & *contra impium Seuerum.* Adhuc etiam *contra gentes libros duos.*

HESYCHII PRESBYTERI CONSTANT. *In æneum serpentem libri IV.*

LI.

LECTI sunt *Hesychij Presbyteri Constantinopolitani in æneum serpentem libri quatuor.* Sermo illi ad ostentationem comparatus, & concitandis affectibus meditatus videbatur. Hic orationes finguntur Moysis ad populum, & huius vicissim ad Moysen artificiosa alloquia. Dei quoque ad Moysen & populum, & horum vtriusque rursum ad Deũ, precationis atque excusationis forma sermones compositi. Quibus orationibus magnam libri partem consumat, ingens mole volumen effecit. Porro Scriptor ipse, quantum ex hoc opere diiudicare licet, in Orthodoxis est numerandus.

SYNODVS SIDETANA, ALIAQVE *contra Messalianos.*

LII.

LECTA *Synodus Sidæ habita* aduersus a hæresim Messalianorum, hoc est, Euchetarũ, seu Adelphianorum. Præfuit synodo Amphilochius, Iconij Episcopus, considentibus & ab his viginti quinque Episcopis. In eodem ipso libro lecta est ipsius synodi ad magnum Flauianum, Episcopum Antiochiæ, *Synodica epistola,* rerum gestarum rationem reddens.

Quapropter etiam ipse Flauianus Synodum indixit aduersus eosdem illos hæreticos, assidentibus tribus Episcopis, b Biza Seleuciæ, & c Marutha gentis Supharenorum, & Sami, ad quos se cum Presbyteri, tũ diaconi ad triginta coniunxerunt. Noluit hæc Synodus Adelphiũ

a De qua vide Theod. lib. IV. hist. c. 10 & Niceph. lib. XI cap. 14. & Epiph.

b F. Bosius. c Hic scripsit Mesopotamiæ Persicæ Martyrum acta, quæ D. Clemens vulgavit collecta.

pœnitentiam profitentem, hæresimque abiurantem admittere: quòd neque ea hæreseos abiuratio, neque pœnitentia, vera atque ex animo facta probaretur. Hæresis huius auctores fuêre Adelphius, quem dixi, neque monachorum, neque sacerdotum in ordinem lectus, sed plebeius, ac priuatus, & Sabbas, Monachorum habitum prætexens, quem ex rei euentu ἀπόκοπον (hoc est, *Resectum*) nominarunt: alter item Sabbas, & Eustathius Venerandus, & Dadoes, & a Semesones, dæmonis zizania, aliique his adhærentes. Condemnatus vero Adelphius, eiúsque sectatores: neque pœnitentiæ locum (quamuis, vt diximus, quæsierint) propterea reppererunt, quod, quos anathemate tanquam Messalianos condemnarant, cum his veluti consortibus scripto communicare deprehensi sunt.

Porro scripsit Flauianus ad Osroinenses epistolam, ea quæ gesta essent, edocentē, in qua etiam hæreticos punitos, & excommunicatos refert, responsumque est, acceptis ab Episcopis literis, & Flauiano pro his gratiæ actæ, atque assensum.

Scripsit & *b* Litoius Armeniæ Episcopus, de Messalianis interrogans, missumque ad illum Synodicum de illis decretum atque sententia.

Scripsit quoque magnus Flauianus Armenio cuidam Episcopo, iterum de eadem ipsa re: qua quidem altera epistola, etiam queritur & expostulat, patrocinij apud ipsum aliquid Messalianitas inuenire.

Scripsit & Atticus Constantinopolitanus Episcopis in Pamphylia existentibus, vt vndique Messalianos veluti sacros ac detestandos exturbarent. Quin & idem ad Amphilochium Sidæ præsidentem similiter scripsit.

Sisinnius item Constantinopolitanus, & Theodotus Antiochenus, communem epistolam ad Berinianum, & Amphilochium, cæterósque in Pāphylia episcopos scripsere, cuius epistolæ hæc inscriptio est: *Deo carißimis sacrorum collegis, Beriniano, & Amphilochio, omnibusque adeo in Pamphylia Episcopis, Sisinnius, atque Theodotus & vniuersa sancta Synodus, quæ Dei gratia, c in magna vrbe Constantinopolitana coacta est, consecrandi gratia Deo amantißimi Episcopi Sisinnii, iussu & auctoritate pientißimi, & CHRISTO cari Imperatoris nostri Theodosii, salutem in Domino.* In ea ipsa Synodica epistola Neon Episcopus exclamauit, vt, si quis post anathematismum vllo tempore deprehensus fuerit, re aut verbo, in suspicionem malæ huius sectæ incidisse, nunquam postea locum teneat, ne si millies quidem pœnitētibus constitutas pœnas luiturum se polliceatur. Parí cum hoc periculo & eum subiicit, qui consentiat applaudatque, siue Episcopus, siue quis alius ille fuerit.

Missa quoque epistola Ioannis *d* Antiocheni ad Nestorium, de Messalianitis.

Fecit item decretum (de hoc ipso Adelphio hæretico) sacra & œcumenica Synodus Ephesina tertia, quæ & illum cum blasphemiis capitibúsque hæreses, quotquot in illorum libro Ascetico essent, detexit, & anathemati subiecit.

Scripsit & Archelaus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus quatuor & viginti anathematismos capitum ipsorum.

οὔτε ἐδέξαντο, οὐδὲ τὴν αἵρεσιν ἀπαρνούμενον προσήκαντο. οὐδὲ γὰρ ἐκ καρδίας, οὔτε ἡ τῆς αἱρέσεως ἄρνησις, οὔτε ἡ μετάνοια ἐπιδείκνυτο. ἦσαν δὲ οἱ ταύτης ἡγεμόνες τῆς αἱρέσεως, Ἀδέλφιός τε ὁ ῥηθείς, οὔτε μοναστῶν οὔτε ἱερέων ἐγκαταλεγόμενος κλήρῳ· ἀλλ' ἐν λαϊκοῖς ἐξεταζόμενος· καὶ Σαββᾶς τὸ τῶν μοναχῶν * ὑποδὺς σχῆμα, ὃν ἐκ τῆς πράξεως ἐκάλουν ἀπόκοπον· καὶ ἕτερος Σάββας· καὶ Εὐστάθιος αἰδέσιμος· καὶ * Δαδώης, καὶ Συμεώνης, τοῦ πονηροῦ τὰ ζιζάνια· καὶ ἕτεροι τούτοις συμπαραζευγνύμενοι. κατεκρίθη δὲ ὁ Ἀδέλφιος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· καίτοι μετανοίας τόπον (ὡς ἔφημεν) ἐπιζητοῦντες. πλέον ταύτης οὐκ ἔτυχον, διότι ἐγγράφως, οὓς ἀναθεματίσαιεν ὡς Μεσσαλιανούς, τούτοις ὡς ὁμόφροσιν ἐφωράθησαν κοινωνήσαντες. ἐγράφη δὲ Φλαβιανῷ πρὸς τοὺς ἐν * ῥοώῃ ἐπιστολή, τὰ περὶ αὐτοὺς πραχθέντα ἐκδιδάσκουσα· ἐν ᾗ ἐμφέρεται, ὡς οἱ αἱρετικοὶ ἐστηλιτεύθησαν, καὶ ἀνεθεματίσθησαν. καὶ ἀντεγράφη παρὰ τῶν δεξαμένων ἐπισκόπων Φλαβιανῷ εὐχαριστία ὑπὲρ τούτων καὶ συμφωνία. ἔγραψε δὲ καὶ * Λιτώϊος ὁ Ἀρμενίας ἐπίσκοπος, διαπυνθανόμενος τὰ περὶ τῶν Μεσσαλιανιτῶν. καὶ ἐγράφη αὐτῷ ἡ περὶ αὐτῶν συνοδικὴ ψῆφος καὶ ἀπόφασις. ἔγραψε δὲ ὁ μέγας Φλαβιανὸς καὶ Ἀρμενίῳ τινὶ ἐπισκόπῳ περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως δεύτερον. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ καὶ ἐγκαλεῖ προσεπάγει, ὅτι προστασίας τινὸς παρ' αὐτῷ οἱ Μεσσαλιανῖται τυγχάνουσιν. ἔγραψε μέντοι καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως Ἀττικὸς τοῖς ἐν Παμφυλίᾳ ἐπισκόποις, ἵνα πανταχόθεν τοὺς Μεσσαλιανοὺς ὡς ἄγη καὶ μύση ἀπελαύνωσιν· ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς καὶ πρὸς Ἀμφιλόχιον τὸν Σίδης ὁμοίως. ἔγραψε δὲ καὶ Σισίννιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Θεόδοτος ὁ Ἀντιοχείας, κοινὴν ἐπιστολὴν πρὸς Βερινιανὸν καὶ Ἀμφιλόχιον, καὶ λοιποὺς τοὺς ἐν Παμφυλίᾳ ἐπισκόπους· ἧς ἡ ἐπιγραφή, Τοῖς θεοφιλεστάτοις συλλειτουργοῖς * Βερινιανῷ καὶ Ἀμφιλοχίῳ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν Παμφυλίᾳ ἐπισκόποις, Σισίννιος καὶ Θεόδοτος, καὶ πᾶσα ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ κατὰ * θείαν χάριν συγκροτηθεῖσα ἐν τῇ μεγαλοπόλει Κωνσταντινουπόλει, τῆς χειροτονίας ἕνεκα τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Σισιννίου, θεσπίσματι τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου ἡμῶν βασιλέως Θεοδοσίου, ἐν κυρίῳ χαίρειν. ἐν ταύτῃ τῇ συνοδικῇ ἐπιστολῇ καὶ Νέων ἐπίσκοπος ἐξεφώνησεν, ὡς εἴ τις μετὰ τὸν ἀναθεματισμὸν φωραθείη τῷ χρόνῳ, ἢ διὰ ῥημάτων, ἢ διὰ πραγμάτων εἰς τὴν ὑποψίαν τῆς νόσου ταύτης ἐμπίπτων, μηκέτι λοιπὸν αὐτὸν χώραν ἔχειν, μηδ' ἂν μυριάκις ἐπαγγέλληται, τὴν τάξιν ἀναπληροῦν τῶν μετανοούντων. συγκινδυνεύει δὲ αὐτῷ καὶ ὁ συγκροτοῦντα * αὐτὸν εἴτε ἐπίσκοπος, εἴτε ἄλλος τις εἴη. ἐγράφη δὲ καὶ ἐπιστολὴ Ἰωάννου Ἀντιοχείας πρὸς Νεστόριον περὶ τῶν Μεσσαλιανιτῶν. ἐξήνεγκε δὲ καὶ ὅρον ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ ἐν Ἐφέσῳ τρίτη, ἀπογυμνώσασα αὐτόν, καὶ τὰ ἐν τῷ λεγομένῳ αὐτῶν βιβλίῳ ἀσκητικῷ βλάσφημα καὶ αἱρετικὰ κεφάλαια, καὶ καθυποβαλοῦσα τῷ ἀναθέματι. ἔγραψε δὲ καὶ Ἀρχέλαος ὁ Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν ἐπίσκοπος ἀναθεματισμοὺς εἰκοσιτέσσαρας τῶν κεφαλαίων αὐτῶν.

*ἐνδύς.

* Δαδώης ἢ Συμεώνης.

*ὀσροηνῇ.

*al. λιτοΐος.

* al Βερινιανῷ.

*θεῖ.

*αὐτόν.

Archelaus episcopus Cæsareæ Cappadociæ.

συν-

συνέταξε δὲ κατ' αὐτῶν καὶ Ἡρακλείδας ὁ Νύσσης ἐπίσκοπος ἐπιστολὰς δύο· ὧν ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ χρῆσις φέρεται τῆς ἀρχαιότητος τῶν σεπτῶν εἰκόνων. ἔγραψε δὲ χρόνῳ ὕστερον καὶ Γερόντιος, πρεσβύτερος καὶ ἡγούμενος τῶν ἐν Γλίτιδι μοναχῶν, πρὸς Ἀλύπιον ἀρχιεπίσκοπον τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ Καισαρείας, ἐγκλήματα κατὰ Λαμπετίου, ὃς καὶ πρῶτος τῆς εἰρημένης αἱρέσεως ἴσχυσεν ἐκκλέψαι τὸ τῆς ἱερωσύνης ὑπελθεῖν ἀξίωμα, βέβηλος ὢν καὶ ἀπατεών. Ἀλύπιος δὲ τὰ γραφέντα δεξάμενος, πρὸς τὸν ἐπίσκοπον Κομάνης * Ὁρμίζαν ἐπιστέλλει, τὰ περὶ Λαμπετίου ἐξετάσαι λεγόμενα. καὶ ἦν τὰ ἐγκαλούμενα· ὅτι κόρην κατὰ στόμα φιλῶν ἐνηγκαλίζετο· ὅτι αὐτὸς ἐκεῖνος ἔφη Λαμπέτιος ἐν Ἱεροσολύμοις μετά τινος διακονίσσης ἐξαμαρτεῖν· καὶ ὅτι προσελθόντων τινῶν καὶ νοσήματος ἴασιν ἐξαιτουμένων, ἔφη· φέρε μίαν κόρην πρὸς ἐμὲ καλὴν, καὶ δείξω σοι ἁγιωσύνην· καὶ ὅτι τοὺς τὰς ὥρας ψάλλοντας ἐξεμυκτήριζε καὶ διέσυρεν, ὡς ὑπὸ νόμον ἔτι τυγχάνοντας. καὶ ἄλλα δ' ἄττα ἀθέμιτα διεβέβλητο, ἃ τοῖς Μασσαλιανοῖς καὶ ποιεῖται καὶ λέγεται· καθὼς καὶ ἡμεῖς, ὡς εἶπεν ὁ ἀνήρ, τινὰς τῆς τοιαύτης πλάνης ἀπάγοντες, ἄρτι βλαστάνειν ἐκεῖθεν ἀρξαμένης, πολλὴν σηπεδόνα παθῶν καὶ κακίας τὰς ἐκείνων ψυχὰς ἐπιβοσκομένην ἑωράκαμεν. ἀλλ' ὅ γε Λαμπέτιος * Ὁρμίζα μὲν τοῦ ἐπισκόπου δικάζοντος, Γεροντίου δὲ τοῦ πρεσβυτέρου κατηγοροῦντος, καὶ τὰ μὲν διὰ μαρτύρων ἐξελεγχθεὶς, τὰ δὲ τῷ οἰκείῳ στόματι ὁμολογήσας· ἁπάσαις ψήφοις τῆς ἱερωσύνης καθῄρηται. συμψήφου γεγενημένου καὶ τοῦ Καισαρείας Ἀλυπίου, ὃς καὶ τὸν δείλαιον ἐκεῖνον ἐξαπατηθεὶς εἰς τὸν τοῦ πρεσβυτέρου βαθμὸν ἐτύγχανε * προκεχειρικώς. οὗτος δὲ ὁ τρισαλιτήριος Λαμπέτιος καὶ λόγον τινὰ συνέθηκεν, ὃν καὶ Διαθήκην ἐπεκάλεσεν, ἐν ᾗ καί τινα τῆς δυσσεβείας αὐτοῦ ἐνέσπαρται· ἣν καὶ Σευῆρος ὁ τὸν Ἀντιοχείας θρόνον ὑπεισδὺς, ἔτι πρεσβυτέρων τάξιν ἐπέχων, ἀνέτρεψεν. Ἀλφειὸς μέν τοι ὁ τῆς Ῥινοκορούρων ἐπίσκοπος ὑπεραπολογεῖται Λαμπετίου, ὡς μηδὲν ὧν ἐνεκλήθη ἢ εἰπόντος ἢ ποιήσαντος. ἐκδόμενος δὲ καὶ λόγον τινά, οὐδὲν ἐν αὐτῷ (ὅσον ἐστὶ συνιδεῖν) βλασφημῶν· καθῃρέθη μέντοι γε, ὡς τὰ Λαμπετίου φρονῶν. καὶ Ἀλφειὸς δέ τις ἄλλος, ὁμώνυμος τῷ καθηγητῇ, χειροτονηθεὶς πρεσβύτερος ὑπὸ Τιμοθέου τοῦ Ἀλεξανδρείας, διὰ τὴν αὐτὴν καθῃρέθη αἵρεσιν· ὡς ἡ τοῦ Πτολεμαίου, τοῦ * Ῥινοκορούρων ἐπισκόπου, πρὸς Τιμόθεον τὸν προειρημένον ἐκδιδάσκει ἀναφορά.

Composuit aduersus illos & Heraclidas Nyssenus Episcopus duas epistolas: quarum in altera etiam *a* testimonium quoddam adfertur pro antiquitate sacrarũ imaginum. Insequenti vero tempore Gerontius quoque Presbyter & præfectus Monachorum in Glitide, scripsit ad Alypium Archiepiscopum Cæsareę Cappadociæ querelas varias aduersus Lampetium, qui primus ex dicta hæresi surripere furtim sacerdotij dignitatem, ac subire potuit, profanus ipse cum esset, atque impostor. Quare Alypius, acceptis litteris, ad Hormizam Comanes Episcopum, quæ de Lampetio spargerentur, excutienda mittit. Accusationis erant capita hęc: Puellam vinis amplexum atque exosculatum fuisse. Ipsum Lampetium narrasse, Hierosolymis se cum Diaconissa peccasse: Accedentibus deinde non nullis qui morbo medicinam quærerent, adducite, dixisse, pulcram mihi puellam, ostendamque tibi sanctimoniam: Eos item, qui statis horis psallerent, fœdè irrisisse, & conuitiis insectatum, tanquam legi adhuc seruientes: aliáque multa id genus nefaria in illo accusata, quæ à Messalianis & fiunt, & dicuntur. Quemadmodum & nos, inquit, dum pro virili conamur quosdam abducere ab hoc errore, qui nuper istinc pullulare cœpit, ingentem sane putredinem perturbationum, atque improbitatis, eorum depascere animos deprehendimus. Verum hic Lampetius, Hormiza Episcopo iudice, & Gerontio Presbytero actore, partim testibus conuictus, partim sua ipse confessione reus, omnium calculis sacerdotij dignitate submouetur: assentiente etiam Alypio Cæsariensi, qui miserum illum (deceptus ipse) Presbyterum ordinarat.

Idem vero sceleratissimus Lampetius librum quendam composuit, quem *Testamentum* nominauit, cui impietatis suæ dogmata quædam inspersit, eum librum Seuerus, qui Antiochenam inuasit sedem, Presbyter etiam existens refutauit.

Alphéus tamen quidam, Rhinocorurorum Episcopus, Lampetium Apologia defendit, quasi nihil eorum, de quibus accusaretur, aut dixisset, aut fecisset. Etsi autem in edito quodã à se libro Alphéus iste nihil, quantum cognoscere licet, calumniatur, abdicare nihilominus tanquam sentiens cum Lampetio, coactus est.

Alter Alphéus, præceptori cognominis, à Timotheo Alexandrino Presbyter ordinatus, ob eandem hęresim submouetur, vt Ptolomęi, Rhinocorurorum quoque Episcopi, ad eũdem ipsum Timotheum relatio testatur.

ΣΥΝΟΔΟΣ ΚΑΤΑ ΠΕΛΑΓΙΟΥ καὶ κελεστίου ἐν Καρθαγένῃ συστᾶσα.

Ἀνεγνώσθη βιβλίον, ἡ κατὰ πελαγίου καὶ κελεστίου σύνοδος, ἐν Καρθαγένῃ συστᾶσα, ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Φαύστου ὠνομασμένῃ· τὸ τῆς ἑσπερίου βασιλείας * φρουροῦντος ἀξίωμα. ἐξῆρχε δὲ ταύτης τῆς συνόδου * Αὐρήλιος ἐπίσκοπος καὶ Δονατιανὸς τῆς τοῦ πρώτου θρόνου * Βυζακηνῆς ἐπαρχίας. οἷς συνήδρευον ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν αὖθις διαπρέποντες ἱερωσύνῃ, τὸν ἀριθμὸν σκδ'. αὕτη ἡ σύνοδος τοὺς θνητὸν πλασθῆναι τὸν Ἀδὰμ λέγοντας,

SYNODVS CARTHAGINENSIS & SCRIPTA QVAEDAM *Contra Pelagium, atque Celestium.*

LII.

LECTVS liber, seu *a Synodus aduersus Pelagiũ & Celestiũ*, Carthagine in summa æde habita, Honorio *b* Felice Occidentis imperij clauum tenente. Præsedit in ea Aurelius Episcopus, & Dotianus Ptentesij primæ sedis Byzacenæ prouinciæ: quibus adiuerunt variis e prouinciis sacerdotio præstantes viri, numero ducenti quatuor & viginti.

Damnat hæc synodus anathemate eos, qui assererent *c* Adamum mortalem esse cõditum,

Margin notes: Gerontius. — Alypius. — * ἐκβάλλει. — Hormizas. — *al. προκεχειρισμένος. — *al. ἐκδιδάσκει. — νγ'. Synodus contra Pelagium & Celestium. — * φρουροῦντος. — * Αὐρήλιος Δονατιανὸς ... πρώτου θρόνου. — * Βυζακηνῆς. — a χρῆσις. — a Cuius epi. synodalem habes To. II. operum D. August. epist. 90. — b Φήλικος. — c Quam sententiam quoque tenuisse dicitur Theodorus Antiochenus vid. Cod. 177.

non autem prævaricationis causa, morte mulctatum. Similiter & eos, qui recens natos infantes baptismo minimè indigere dicerent, quòd illos peccato originis ex Adamo non putarent obnoxios. Eos quoque qui affirmarent, medio quodam loco Paradisum inter & inferos non baptizatos infantes beate vivere. Sex item alia his affinia capita, quæ à Pelagianistis & Celestianis traduntur, anathemate patres iugulant.

Scripserunt vero & Theodosius, & Honorius Imperatores contra eosdem hæreticos ad Aurelium Episcopum. Post hæc etiam a Constantinus, Placidiæ coniunx, Valentiniani minoris pater, de Celestio hæretico in exilium pellendo, scripsit b decretum ad Volusianum vrbis Præfectum. Qui quidem Volusianus, sanctæ c Melanæ patruus, cum gentibus quidem tunc sentiebat: at dum eum mors Legatum Constantinopoli agentem invaderet, ad Orthodoxam fidem transiit, d baptizatusque est a B. Proclo Constantinopolitano. Quo item tempore illam sanctam mulierem forte convenit, cum ipsa Hierosolymis in regiam vrbem advenisset.

Scripsit & *Leo* Romanorum Pont. de Pelagianistis conversis, oportere, si iam redeuntes recipi velint, scriptis tabulis errorem suum detestari.

In epistola quoque *Celestini* Roman. Pontificis ad Nestorium, iidem hæretici reprehenduntur.

Scripsit idem & ad Galliarum Episcopos de fide B. Augustini, & contra eos, qui hæreticis licentia nimis elati insolescerent.

Scripsit etiam *Hieronymus Presbyter* ad Ctesiphontem contra asserentes ἀπάθειαν [id est e impassibilitatem, vel imperturbationem] seu contra Pelagium. Hic autem Pelagius Monachus fuit, Celestium discipulum nactus.

LIV.

EXEMPLAR ACTORUM *ab Occidentis Episcopis.*

CONTRA NESTORIANOS, ET Pelagianos.

Lectus est *liber contra Pelagianam, & Celestianam hæresim*, cuius hæc inscriptio: a EXEMPLAR ACTORUM ab Occidentis Episcopis adversus Nestoriana dogmata. Hic refert eandem esse Nestorianam & Celestianam heresim: itemque laudat Cyrillum Alexandrinum Episcopum, ad Theodosium Imp. Nestorianam & Celestianam hæreses comparare scribentem. Planum id est, inquit. Celestiani enim de corpore, seu membris CHRISTI, hoc est de ecclesia petulanter ista iactant: Non Deum, id est, Spiritum sanctum, fidem ipsis, omniaque ad vitam, pietatem, & salutem necessaria, privatim dividere vnicuique, prout velit, sed constitutam hominis naturam, (quæ per transgressionem, & peccatum beatitudine excidit, atque a Deo separata, morti tradita est) b pro merito voluntatis vniuscuiusque, Spiritum sanctum & appellare, & repellere. Nestoriani vero de ipso etiam corporis capite CHRISTO, eadē sentire, & affirmare audent. Asserūt enim, quādoquidē nostræ CHRISTUS naturæ sit particeps factus, & Deus omnes homines similiter saluos fieri velit, vnumquemlibet, etiā per arbitrij sui libertatē, propriū

ἀλλὰ μὴ ἐκ παραβάσεως τοῦτον καταδικασθῆναι, ἀναθεματίζει ὡσαύτως τοὺς τὰ βρέφη τὰ ἀρτίτοκα μὴ χρείαν ἔχειν βαπτίσματος, διὰ τὸ μὴ ἕλκειν αὐτὰ προγονικὴν ἁμαρτίαν τὴν ἐξ Ἀδάμ, ἀναθεματίζει καὶ τοὺς λέγοντας, μέσον τόπον κολάσεως καὶ παραδείσου, εἰς ὃν καὶ τὰ ἀβάπτιστα βρέφη μεταστάντα ζῆν μακαρίως· καὶ τούτους οὖν ἀναθεματίζει. εἶτα δὲ καὶ ἕτερα ἓξ ἀναθεματίζει, παραπλήσια τούτοις κεφάλαια, ἃ τοῖς Πελαγιανισταῖς καὶ Κελεστιανοῖς πρεσβεύεται. ἔγραψε δὲ καὶ Θεοδόσιος καὶ Ὀνώριος οἱ βασιλεῖς πρὸς * Αὐρήλιον ἐπίσκοπον, κατὰ τῶν αὐτῶν. ἔγραψε δὲ μετὰ ταῦτα καὶ Κωνστάντιος ὁ Πλακιδίας ἀνήρ, Οὐαλεντινιανοῦ δὲ τοῦ μικροῦ πατήρ, περὶ τοῦ ἐξορισθῆναι Κελέστιον τὸν αἱρετικόν. ἔγραψε δὲ τὴν κατ' αὐτοῦ ψῆφον, πρὸς Οὐολουσιανόν (οὗτος ἦν θεῖος τῆς ἁγίας Μελάνης, ἑλληνόφρων. ὃς δὴ πρὸ τοῦ ἀποθνήσκειν μετατιθέμενος πρὸς τὸ ὀρθόδοξον, καὶ φωτισθεὶς παρὰ τοῦ ἁγίου Πρόκλου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως· αὐτοῦ γὰρ εὑρέθη πρεσβεὺς ἀποσταλείς, ὅτε καὶ τῇ ἁγίᾳ ἐνέτυχεν ἐξ Ἱεροσολύμων καταλαβούσῃ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων) ἔπαρχον πόλεως. ἔγραψε δὲ καὶ Λέων ὁ Ῥώμης περὶ τῶν ἐπιστρεφόντων Πελαγιανιστῶν, ὅπως ὀφείλουσιν ἐπιστρέφοντες δεχθῆναι [ὅτι] ἐγγράφως αὐτῶν τὸ φρόνημα ἀναθεματίζοντες. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ πρὸς Νεστόριον Κελεστίνου τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης ἐπιστολῇ, ἡ κατ' αὐτῶν ἔγκειται διαβολή. ἔγραψε δὲ ὁ αὐτὸς τοῖς ἐν Γαλλίαις ἐπισκόποις, περί τε τῆς ἁγίου Αὐγουστίνου πίστεως, καὶ κατὰ τῶν ἀλαζονευομένων ἐπὶ τῇ τῆς αἱρέσεως ἐξουσίᾳ. ἔγραψε δὲ καὶ Ἱερώνυμος πρεσβύτερος πρὸς Κτησιφῶντα, κατὰ τῶν λεγόντων ἀπάθειαν, ἤτοι κατὰ Πελαγίου. οὗτος δὲ ὁ Πελάγιος, μοναχὸς ἦν, μαθητὴν κτησάμενος τὸν Κελέστιον.

ΕΤΕΡΑ ΣΥΝΟΔΟΣ ΚΑΤΑ τῆς Πελαγιανῆς καὶ Κελεστιανῆς αἱρέσεως.

Ἀνεγνώσθη κατὰ τῆς Πελαγιανῆς καὶ Κελεστιανῆς αἱρέσεως, ἧς ἡ ἐπιγραφή. Ἴσα πεπραγμένων ἐν τοῖς δυτικοῖς ἐπισκόποις κατὰ τῶν Νεστοριανῶν δογμάτων. ἐν ᾧ γέγραπται, ὡς ἡ Νεστοριανὴ καὶ Κελεστιανὴ αἵρεσις ἡ αὐτή ἐστι. φέρει δὲ καὶ μάρτυρα Κύριλλον τὸν Ἀλεξανδρείας, γράφοντα πρὸς Θεοδόσιον τὸν βασιλέα, ὡς ἡ αὐτή ἐστιν αἵρεσις ἡ Νεστοριανὴ τῇ Κελεστιανῇ. δῆλον δέ φησιν. οἱ μὲν γὰρ Κελεστιανοὶ περὶ τοῦ σώματος, ἤτοι τῶν μελῶν τοῦ Χριστοῦ, τουτέστι τῆς ἐκκλησίας, ἀποθρασύνονται ὅτι περ οὐχὶ ὁ Θεός, τουτέστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὴν τε πίστιν αὐτοῖς, καὶ πάντα τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν καὶ σωτηρίαν, διαιρεῖ ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται· ἀλλ' ὅτι περ ἡ καταπεπτωκυῖα τοῦ ἀνθρώπου φύσις, ἡ διὰ τὴν παράβασιν καὶ τὴν ἁμαρτίαν τῆς μὲν μακαριότητος ἐκπεσοῦσα, καὶ τοῦ Θεοῦ χωρισθεῖσα, τῷ δὲ θανάτῳ παραδοθεῖσα, αὕτη κατὰ τὴν τῆς προαιρέσεως ἀξίαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ προσκαλεῖται καὶ ἀποθεῖται. οἱ δὲ Νεστοριανοὶ καὶ περὶ αὐτὴν τὴν τοῦ σώματος κεφαλήν, τὸν Χριστόν, τὴν αὐτὴν διάνοιαν καὶ πλάνην ἔχουσι. λέγουσι γάρ, ὅτι ἐπεὶ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐστὶν ὁ Χριστός, ὁ δὲ Θεὸς πάντας ἀνθρώπους * ὁμοίως θέλει σωθῆναι, καὶ οἰκείᾳ προαιρέσει ἑκα-

Marginal notes (left):

a Constantio. ut iam alias notavi.

b Quod apud D. Baron. legitur Tom. V. Annal. ad A Ch. 420. notatur.

c Melaniæ nomine ut ... Metaphr. vit. ... Tom. I

d ...

e Ita hoc loco D. Hieron. ... Tom. II.

a Ista ... eadem ... in tertia generali synodo, quæ Ephesi habita, passim occurrit ... exemplar aut Descriptio.

b κατὰ τὴν ... ἀξίαν.

Marginal notes (right):

* Αὐρήλιον.

Leo papa.

S. Augustinus.

D. Hieronymus.

Id.

Cyrillus Alexandrinus.

* al. ἀνθρώπους ...

καὶ Ἀρσίτης, ἐκ * γυναικὸς Μαρτιδηνῆς, καὶ αὐτῆς Βαβυλωνίας. ὁ δὲ Ὦχος ὕστερον καὶ βασιλεύει. ἐπὶ δὲ τοῖς ῥηθεῖσιν αὐτοῦ, ὡς ἐκ τῆς ἐπιγαμίας, καὶ Βαγαπαῖος καὶ Παρύσατις, ἐξ Ἀνδίας, καὶ αὐτῆς Βαβυλωνίας. αὕτη ἡ Παρύσατις Ἀρταξέρξου καὶ Κύρου μήτηρ ἐγένετο. τὸν δὲ Ὦχον ζῶν ὁ πατὴρ, Ὑρκανίων σατράπην ἐποίησε, δοὺς αὐτῷ καὶ γυναῖκα Παρύσατιν ὄνομα· ἥτις ἦν Ξέρξου μὲν θυγάτηρ, ἀδελφὴ δὲ οἰκεία. ὁ δὲ Σεκυνδιανὸς προσεταιρισάμενος Φαρνακύαν [τὸν εὐνοῦχον] ὃς ἦν μετὰ Βαγόραζον καὶ Μενοστάνην κατὰ τὰς τιμάς, μεθύοντος ἐν ἑορτῇ τινι τοῦ Ξέρξου, καὶ καθεύδοντος ἐν τοῖς βασιλείοις, εἰσελθόντες ἀποκτείνουσιν αὐτὸν, πεντεκαιτεσσαρακοστῆς ἡμέρας διαγενομένης ἀπὸ τῆς τοῦ πατρὸς τελευτῆς. συνέβη οὖν ἀμφοτέρων ἅμα τὰ σώματα εἰς Πέρσας ἀποκομισθῆναι. αἱ γὰρ ἄγουσαι τὴν ἁρμάμαξαν ἡμίονοι, ὥσπερ ἀναμένουσαι καὶ τὸν τοῦ παιδὸς νεκρὸν, οὐκ ἤθελον προϊέναι. ἐπεὶ δὲ κατέλαβε, σὺν προθυμίᾳ ἀπήεσαν. βασιλεύει δὲ Σεκυνδιανὸς, καὶ γίνεται ἀζαβαρίτης αὐτῷ Μενοστάνης. ἀπάγει δὲ Βαγόραζον, καὶ ὑποστρέψας πρὸς Σεκυνδιανὸν, ἐπεὶ παλαιὰ αὐτοῖς ἔχθρα ὑπῆρχε, ὡς δῆθεν ἄνευ τῆς ἑαυτοῦ γνώμης τὸν πατρῷον καταλιπόντα νεκρὸν αὐτοῦ, προστάξει βασιλέως λιθόλευστος ἐγένετο. ἐφ' ᾧ στρατιὰ εἰς λύπην κατηνέχθη. ὁ δὲ δῶρα αὐτῇ ἐδίδου. οἱ δὲ ἐμίσουν αὐτὸν, ὅτι τε τὸν ἀδελφὸν Ξέρξην ἀπέκτεινε, καὶ ὅτι Βαγόραζον. διαπέμπεται Σεκυνδιανὸς προσκαλούμενος Ὦχον. ὁ δὲ ὑπισχνεῖται μὲν, οὐ παραγίνεται δὲ· καὶ γίνεται τοῦτο πολλάκις. τέλος συναλίζεται Ὦχος πολλὴν στρατιὰν, καὶ ἐπίδοξος ἦν βασιλεύειν. ἀφίσταται Ἀρβάριος ὁ ἱππάρχης Σεκυνδιανοῦ, καὶ ἥκει πρὸς Ὦχον· εἶτα Ἀρξάνης ὁ Αἰγύπτου σατράπης· καὶ Ἀρτόξαρης δὲ ἐξ Ἀρμενίας ἧκε πρὸς Ὦχον. καὶ ἐπέθεντο αὐτῷ τὴν κίταριν, οὐ θέλοντι. βασιλεύει Ὦχος, καὶ μετονομάζεται Δαρειαῖος. καὶ μηχανᾶται ἀπάτῃ καὶ ὅρκοις, ὑποθήκῃ Παρυσάτιδος, τὸν Σεκυνδιανὸν συλλαβεῖν· πολλὰ * Μενοστάνους παραινοῦντος Σεκυνδιανὸν, μὴ πιστεύειν τοῖς ὅρκοις, μηδὲ σπένδεσθαι τοῖς ἐξαπατῶσι. πείθεται δὲ οὖν ὅμως, καὶ ἁλίσκεται, καὶ εἰς τὴν σποδὸν ἐμβάλλεται, καὶ ἀπόλλυται, βασιλεύσας μῆνας ς', ἡμέρας ιε'. βασιλεύει οὖν μόνος Ὦχος, ὁ καὶ Δαρειαῖος. εὐνοῦχοι δὲ τρεῖς ἠδύναντο παρ' αὐτῷ, μέγιστος μὲν * Ἀρτοξάρης, δεύτερος δὲ * Ἀρτιβαρζάνης, τρίτος Ἀθῷος. ἐχρῆτο δὲ μάλιστα τῇ γυναικὶ συμβούλῳ. ἐξ ἧς πρὸ τῆς βασιλείας δύο ἔσχε τέκνα, Ἄμηστριν θυγατέρα, καὶ Ἀρσάκαν υἱόν, ὃς ὕστερον μετωνομάσθη Ἀρταξέρξης. τίκτει δὲ αὐτῷ ἕτερον υἱὸν βασιλεύουσα, καὶ τίθεται τὸ ὄνομα αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ἡλίου Κῦρον. εἶτα [τίκτει] Ἀρτόστην, καὶ ἐφεξῆς μέχρι παίδων δεκατριῶν. καί φησιν ὁ συγγραφεὺς, αὐτὸς παρ' αὐτῆς ἐκείνης τῆς Παρυσάτιδος ταῦτα ἀκοῦσαι. ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα τῶν τέκνων ταχὺ ἀπεβίω· οἱ δὲ περιγενόμενοι, εἰ προρρηθέντες τυγχάνουσι, καὶ ἔτι τέταρτος υἱὸς Ὀξένδρας. ἀφίσταται βασιλέως Ἀρσίτης ὁ οἰκεῖος ἀδελφὸς, ὁμοπάτριος καὶ ὁμομήτριος, καὶ Ἀρτύφιος ὁ Μεγαβύζου. πέμπεται Ἀρτασύρας κατ' αὐτῶν, καὶ πολεμεῖ Ἀρτυφίῳ, καὶ δυσὶ μάχαις Ἀρτασύρας ἡττᾶται.

Margin notes (Greek side): a Κοσμαρτ[illegible] — * Μενοστάνου [illegible] — a Ἀρτοξάρης [illegible] — b Ἀρτιβαρζά[illegible]

atque Arsites ille ex muliere quadam Martidene nomine, etiam ipsa Babylonia. Ochus autem hic post etiam regno potitur. Porro præter iam dictos ipsius æque liberi fuere, Bagapæus & Parysatis ex Andia, item Babylonia. Patre Parysatis Artaxerxæ postea Cyrique mater fuit. Ochum pater, dum adhuc in viuis esset, Hyrcaniorum Satrapam constituerat, data ei vxore cui Parysatis nomen, quæ Xerxæ nata, ipsiusque Ochi soror erat.

Secyndianus vero, adiuncto sibi Pharnacyo eunucho (qui Bagorazo, & Menostane, ac qui busdam aliis auctoritate inferior erat) cum Xerxes die quodam festo ebrius in regia dormiret, ingressus eum interficiunt, quadragesimo quinto à patris morte die. Ita euenit, vt amborum simul corpora in Persiam auveherentur. quæ enim antea mulæ currum, [*cum Artaxerxæ cadauere*] protraxerant, tanquam filij quoque cadauer exspectarent, progredi noluerant, eædem, postquam illa contigerunt, magna cum alacritate sunt iter ingressæ.

ITA regno potitus Secyndianus, Menostanem sibi creat azabariten: reuersúmque deinde Bagorazum, quando vetus inter eos simultas ardebat, prætexens quod absque suo consilio patris cadauer ibi reliquisset, lapidibus obrui imperauit. Quod factum exercitus moleste admodum tulit: neque vllis largitionibus ille efficere potuit, vt non eum tum ob Xerxæ fratris, tum ob Bagorazi cædem, vehementer odirent. Dimittit postea Secyndianus qui Ochum accerseret. Qui se venturum sæpius pollicitus, non tamen venit, donec multis tandem munitus copiis, regnum occupaturus putaretur. Et vero Arbarius equitum Secyndiani præfectus, ab eo ad Ochum deficit, post hunc Ægypti Satrapa Arxanes: quin & Artoxares ab ipsa vsque Armenia ad Ochum accessit: cui etiam *b* inuito citarin, illi imposuere.

OCHVS ergo regnum adit, mutatóque nomine *c* DARIAEVS appellatur. Hic dolis iisque iuramentisque, Parysatidis monitu, Secyndianum aggreditur. ac multum licet Menostanes hortaretur, ne iuramentis Secyndianus crederet, neue cum fallacibus hominibus pactum vllum iniret, credit tamen. capitur itaque, & *d* in cinerem coniectus moritur, *e* cum menses sex, & dies xv regnasset.

Solus inde regnat Ochus, qui & DARIAEVS, apud quem auctoritate valebant tres eunuchi: maxime quidem Artoxares, post hunc Artibarzanes, tertio loco Athous. Sed vxorem potissimum in consilium adhibebat: ex qua iam ante aditum regnum binos susceperat liberos, Amistrin filiam, & filium Arsacan, qui mutato post nomine *f* ARTAXERXES dictus. Parit autem ipsi & alterum filium iam regnans vxor, cui *g* a sole Cyri nomen imponitur: Deinde Artosten, aliósque deinceps ad tredecim vsque liberos. (Hæc scriptor hic ex ipsamet se audisse Parysatide refert.) Verum ceteri quidem cito vitæ defecerunt, superstitibus relictis iis, quos modo nominauimus, cum quarto insuper filio, cui Oxendræ nomen fecerunt.

Defecerunt à rege germanus eius frater Arsites, eodem patre, eadémque matre pregnatus, & Megabyzi filius Artyphius. Mittitur aduersus hos Artasyras, bellóque Artyphium inuadens, duobus è prœliis victus abiit:

Margin notes (Latin side): CTESIAE Persica. — a Sup. Menostanes. — b De Citari siue cidari lege dict. Persicum [illegible] — c Ἀπὸ τοῦ Nothus dictus. — d [illegible] — e Sequor [illegible] — f Cognomento Mnemon. — g Cyrus hic Minor est.

ertio deinde congressus, Artyphium superat, & quos ille secum habebat Græcos, ita muneribus ad se pellexit, vt tandem cum tribus admodum Milesiis relictus fuerit. quare iureiurando fidéque ab Artasira data, regi sese dedidit. Parysatis vero regi ad Artyphium interficiendum incitato, id consilij dedit, illo ne vt tempore occideret: per eam enim fraudem etiam Arsiten ipsum sese dediturum. vbi hic quoque deceptus, captúsque esset, tum demum tempus vtriusque necandi. Et vero ita factum est, dum ei consilio optatus respondit exitus, & vterque *a* in cinerem conjicitur, etsi Arsiten rex perditum noluit, quod tamen Parysatis partim precibus, partim vi, aliquando effecit. Pharnacyas quoque, qui cum Secyndiano Xerxem occiderat, lapidibus obrutus: & Menostanes ipse sibi mortem consciuit, cum iam ad cædem comprehenderetur.

Desciscit Pisuthnes, in quem Tissaphernes mittitur, atque Spithradatas, & Parmises. Tenditque aduersus hos Pisuthnes, Lycônē Atheniensem, cum iis Græcis quorum ille dux erat, secum educens, verū acceptis à regiis ducibus pecuniis, Lycon Græcique Pisuthnē deserunt, quem duces deinde, fide data, acceptáque ad regem perducunt. qui ipsum in cinerem conjecit, eiúsque satrapiam Tissaphernæ tradidit. Lycon interim vrbes integras ac regiones pro huiusce proditionis mercede accepit.

Artoxares quoque, qui plurimum apud regem poterat, regnandi cupiditate adactus, insidias regi molitur. Hic eunuchus cum esset, barbam sibi mystacásque vt conficeret, vxori imperauit, quò vir esse putaretur, ab ea ipse proditus capitur, & Parisatidi traditus necatur.

Regis autem filius Arsaces, qui ARTAXERXAE postea nomen tulit, Statiram Idernæ filiã vxorem accipit, & huius vicissim filius regis filiam. Hæc Amistris, eius sponsus Terituchmes dicebatur, qui & in patris demortui locum Satrapa creatus est. Erat huic soror eodem patre genita, Roxane nomine, quæ cum forma, tum sagittandi iaculandique peritia præstabat. cuius amore captus Terituchmes, vsúsque cõsuetudine, Amistrin scilicet oderat, vt eã tãdem in saccũ conjicere statuerit, à trecentis ita viris, cũ quibus ille defectionem meditabatur, confodiendam. Verum Vdiastes quidam, qui auctoritate apud Terituchmen pollebat, & litteras iam à rege acceperat promissis plenas, si sua ipsi filia seruaretur incolumis, Terituchmen inuadit atque interficit, cum prius ipse fortiter inuasoribus resistens, eorum multos strauisset, septem enim supra triginta mactasse traditur. Ipsius autem Vdiastæ filius Mithridates, qui Terituchmæ armiger erat, nec turbis hisce interfuerat, vbi facinus intellexit, multas patri diras imprecatus est, captámq; Zarin vrbem, Terituchmæ filio conseruauit. At Parysatis matrē Terituchmæ, fratrésq; Metrosten atque Helicum, sorores item duas, quas præter Statiram habebat, *b* viuas defodi iussit; & ipsam Roxanen *c* viuam item secari. Tautundem de Statira, Arsacæ filij vxore, rex coniugi imperauit.

εἶτα πάλιν συμβαλὼν, νικᾷ Ἀρτύφιον, καὶ ὑπάγεται τοὺς σὺν αὐτῷ Ἕλληνας δώροις, καὶ καταλιμπάνονται αὐτῷ Μιλήσιοι μόνοι τρεῖς. τέλος ὅρκους καὶ πίστεις λαβὼν παρὰ Ἀρτασύρα, ἐπεὶ ὁ Ἀρσίτης οὐκ ἐφαίνετο, προσεχώρησε βασιλεῖ. Παρύσατις δὲ βουλεύεται βασιλεῖ, ὁρμῶντι πρὸς τὸν Ἀρτυφίου θάνατον, μὴ ἀνελεῖν τέως: ἔσεσθαι γὰρ τοῦτο ἀπάτην, καὶ εἰς τὴν προσχώρησιν τοῦ Ἀρσίτου. ἐπειδὰν δὲ κἀκεῖνος ἀπατηθεὶς ἁλῷ, δεῖν τότε ἄμφω διαχρήσασθαι. καὶ γέγονεν οὕτως, διατεθείσης τῆς συμβουλῆς. καὶ ἐμβάλλεται εἰς τὴν σποδὸν Ἀρτύφιος καὶ Ἀρσίτης. καίτοι Ἀρσίτην ὁ βασιλεὺς οὐκ ἐβούλετο * ἀπολέσθαι. ἀλλ' ἡ Παρύσατις τὰ μὲν πείθουσα, τὰ δὲ βιαζομένη ἀπώλεσε. κατελεύσθη δὲ καὶ Φαρνακύας, ὁ συνανελὼν Σεκυνδιανῷ Ξέρξην. ἀνῃρέθη δὲ καὶ Μενοστάνης ὑφ' ἑαυτοῦ, ἤδη πρὸς θάνατον συλλαμβανόμενος. ἀφίσταται Πισούθνης: καὶ ἀποστέλλεται κατ' αὐτοῦ Τισαφέρνης, καὶ * Σπιθραδάτης, καὶ Παρμίσης. ἀντεπεξῄει δὲ Πισούθνης, ἔχων καὶ Λύκωνα τὸν Ἀθηναῖον, ἅμα Ἕλλησιν ὧν ἐκεῖνος ἦρχε. λαμβάνουσι δὲ οἱ τοῦ βασιλέως στρατηγοὶ * χρήματα, Λύκωνα καὶ τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἀφιστῶσι Πισούθνου. εἶτα δόντες αὐτῷ πίστεις καὶ λαβόντες, ἄγουσι παρὰ βασιλέα. ὁ δὲ εἰς τὴν σποδὸν ἐνέβαλε, * Τισαφερνίδης τὴν Πισούθνου σατραπείαν. ἔλαβε δὲ Λύκων καὶ πόλεις καὶ χώρας ὑπὲρ τῆς προδοσίας. Ἀρτοξάρης δὲ, ὃς μέγα ἠδύνατο παρὰ βασιλεῖ, ἐπιβουλεύει βασιλεῖ, θέλων αὐτὸς βασιλεῦσαι, εὐνοῦχος ὑπάρχων. πώγωνα γὰρ καὶ ὑπήνην προσέταξεν αὐτοῦ γυναικὶ κατασκευάσαι, ἵνα ὡς ἀνὴρ φαίνοιτο. δι' ἧς καὶ καταμηνύεται, καὶ συλλαμβάνεται, καὶ παραδίδοται Παρυσάτιδι, καὶ ἀναιρεῖται. Ἀρσάκης δὲ ὁ τοῦ βασιλέως παῖς, ὁ καὶ ὕστερον μετονομασθεὶς Ἀρταξέρξης, γαμεῖ τὴν Ἰδέρνεω θυγατέρα Στάτειραν· τὴν δὲ τοῦ βασιλέως θυγατέρα ὁ τοῦ Ἰδέρνεω υἱός. Ἄμιστρις ἦν ἡ θυγάτηρ. τῷ δὲ ταύτης νυμφίῳ [ὄνομα] * Τεριτούχμης. ὃς καὶ τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος, ἀντ' αὐτοῦ σατράπης κατέστη. ἦν δὲ ὁμοπατρία αὐτῷ ἀδελφὴ Ῥωξάνη, καλὴ τὸ εἶδος, καὶ τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν ἐμπειροτάτη. ἐρῶν δὲ ταύτης ὁ Τεριτούχμης, καὶ συγγινόμενος: ἐμίσει Ἄμιστριν. καὶ τέλος ἐμβαλεῖν αὐτὴν εἰς σάκκον, καὶ κατακεντηθῆναι ὑπὸ τριακοσίων ἀνδρῶν, μεθ' ὧν καὶ τὴν ἀπόστασιν * μελετήσασα ἐβουλεύσατο. ἀλλά τις * Οὐδιάστης ὄνομα, ἰσχὺν ἔχων παρὰ Τεριτούχμῃ, καὶ γράμματα παρὰ βασιλέως, πολλὰς ὑποσχέσεις ἔχοντα, εἰ περισωθείη αὐτῷ ἡ θυγάτηρ, δεξάμενος, ἐπιτίθεται καὶ ἀναιρεῖ Τεριτούχμην, γενναίως ἐν τῇ ἐπαναστάσει ἀνδρισάμενον, καὶ πολλοὺς ἀποκτείνοντα. μέχρι γὰρ λ' καὶ ζ' φασὶν αὐτὸν ἀποκτεῖναι. ὁ δὲ υἱὸς τοῦ Οὐδιάστου * Μιθριδάτης, ὑπασπιστὴς ὢν Τεριτούχμου, καὶ μὴ παρὼν, ἐπεὶ ἔμαθε: πολλὰ τῷ πατρὶ κατηράσατο, καὶ πόλιν Ζάριν καταλαβὼν, ἐφύλαξε ταύτην τῷ παιδὶ τοῦ Τεριτούχμου. ἡ δὲ Παρύσατις, τήν τε μητέρα τοῦ Τεριτούχμεω καὶ τοὺς ἀδελφοὺς Μητρώστην καὶ Ἡλικὸν, καὶ τὰς ἀδελφὰς δύο οὔσας, χωρὶς τῆς Στατείρας, ζώσας ἐκέλευσε καταχῶσαι: τὴν δὲ Ῥωξάνην ζῶσαν κατατεμεῖν: καὶ ἐγένετο. ὁ δὲ βασιλεὺς εἶπε τῇ γυναικὶ Παρυσάτιδι, πεῖσαι ὁμοίως καὶ Στάτειραν τὴν Ἀρσάκου γυναῖκα τοῦ παιδός.

* ἀπολέσ. H.δι.

* Σπιθραδάτης H.δι.

* χρήματα H.δι.

* Τισσαφέρνει δίδ. τὴν H.δι.

* al Τεριτοῦχμις.

* ἐμελέτησεν, H.δι.

* Οὐδιάστης.

* Μιθραδάτης H.δι.

ἀλλ'

ἀλλ' ὅγε Ἀρσάκης πολλὰ τὴν μητέρα καὶ τὸν πατέρα δακρύσι καὶ κοπετοῖς *ἐξιλεωσάμενος, ἐπεὶ [δὲ] ἡ Παρύσατις ἐπεκάμφθη, συνεχώρησε· καὶ Ξέρξης ὁ Δαρειαῖος εἰπὼν Παρυσάτιδι, πολλὰ μεταμελῆσαι αὐτήν. [τέλος τῆς ιη. ἱστορίας.]

Ἐν δὲ τῇ ιθ' ἱστορίᾳ διαλαμβάνει, ὡς Ὦχος ὁ Δαρειαῖος ἀπέθανεν, ἀσθενήσας ἐν Βαβυλῶνι, ἔτη βασιλεύσας λε. βασιλεύει δὲ Ἀρσάκης ὁ μετονομασθεὶς Ἀρταξέρξης, καὶ ἐκτέμνεται ὁ Οὐδιάστης τὴν γλῶτταν, καὶ ἐξέλκεται ταύτην ὄπισθεν, καὶ θνήσκει. ὁ δὲ παῖς αὐτοῦ *Μιτραδάτης, εἴπερ τὰ πάτρια κατέστη σατράπης· ἐπράχθη δὲ ταῦτα σπουδῇ Στατείρας· καὶ ἐλυπεῖτο Παρύσατις. διαβάλλεται Κῦρος ὑπὸ Τισαφέρνους πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν ἀδελφόν, καὶ καταφεύγει Παρυσάτιδι τῇ μητρί, καὶ ἀπολύεται τῆς διαβολῆς. ἀπελαύνει Κῦρος ἠτιμωμένος παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ πρὸς τὴν οἰκείαν σατραπείαν, καὶ μελετᾷ ἐπανάστασιν. διαβάλλει Σατιβαρζάνης *Ὀρόνδην, ὡς Παρυσάτιδι μίγνυται, καίτοι λίαν αὐτῆς σωφρονούσης. καὶ ἀναιρεῖται Ὀρόνδης, καὶ ὀργίζεται ἡ μήτηρ τῷ βασιλεῖ, ὅτι Παρύσατις φαρμάκῳ διεφθάρει τὸν Τεριτούχμεω υἱόν. καὶ περὶ τοῦ θάψαντος τὸν πατέρα διὰ τοῦ πυρὸς, παρὰ τὸν νόμον. ἐξ οὗ καὶ ἔλεγχος Ἑλλανίκου καὶ Ἡροδότου, ὡς ψεύδονται. ἀπόστασις Κύρου ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ συναγωγὴ Ἑλληνικοῦ στρατεύματος καὶ βαρβαρικοῦ, καὶ στρατηγῶν Κλέαρχος Ἑλλήνων. ὅπως τε Συέννεσις ὁ Κιλίκων βασιλεὺς ἀμφοτέροις συνεμάχει Κύρῳ τε καὶ Ἀρταξέρξῃ. ὅπως τε Κῦρος τῇ ἰδίᾳ *στρατιᾷ καὶ Ἀρταξέρξης πάλιν τῇ οἰκείᾳ παρῄνεσαν. Κλέαρχος δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος, ὃς ἦρχε τῶν Ἑλλήνων, καὶ Μένων ὁ Θετταλός, οἳ μετὰ Κύρου ἦσαν, ἀεὶ διάφοροι ἀλλήλοις ἐτύγχανον. διότι τῷ μὲν Κλεάρχῳ ἅπαντα ὁ Κῦρος συνεβούλευε, τοῦ δὲ Μένωνος λόγος οὐδεὶς ἦν. ηὐτομόλουν δὲ ἀπὸ μὲν Ἀρταξέρξου πρὸς Κῦρον πολλοί, πρὸς δὲ Ἀρταξέρξην ἀπὸ Κύρου οὐδείς. διὸ καὶ *Ἀρταβάριος προσχωρῆσαι Κύρῳ μελλήσας, καὶ διαβληθεὶς, εἰς τὴν σποδὸν ἐνεβλήθη. προσβολὴ Κύρου πρὸς τὴν βασιλέως στρατιάν, καὶ νίκη Κύρου. ἀλλὰ καὶ θάνατος Κύρου, ἀπειθοῦντος Κλεάρχῳ. καὶ *αἰκισμὸς τοῦ σώματος Κύρου ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Ἀρταξέρξου. τήν τε γὰρ κεφαλὴν καὶ τὴν χεῖρα, μεθ' ἧς τὸν Ἀρταξέρξην ἔβαλεν, αὐτὸς ἀποτεμὼν ἐθριάμβευσεν. ἀναχώρησις Κλεάρχου τοῦ Λακεδαιμονίου, ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ Ἕλλησι τῆς νυκτός, καὶ τῶν τῆς Παρυσάτιδος πόλεων μιᾶς κατάληψις. εἶτα σπονδαὶ βασιλέως πρὸς τοὺς Ἕλληνας. ὡς Παρύσατις ἐκ Βαβυλῶνα ἀφίκετο, πενθοῦσα Κῦρον, καὶ μόλις ἐκομίσατο τήν κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ τὴν χεῖρα· καὶ ἔθαψεν καὶ ἀπέστειλεν εἰς Σοῦσα. τὰ περὶ Βαγαπάτου τοῦ ἀποτεμόντος, προστάξει βασιλέως, τὴν κεφαλὴν ἀπὸ τοῦ σώματος Κύρου. ὅπως ἡ μήτηρ μετὰ βασιλέως κύβοις ἐπὶ συνθήκαις παίξασα, καὶ νικήσασα, ἔλαβε Βαγαπάτην. καὶ ὃν τρόπον τὸ δέρμα περιαιρεθεὶς *ἀνεσταυρώθη ὑπὸ Παρυσάτιδος. ὅτι τε τὸ πολὺ ἐπὶ Κύρῳ πένθος *αὐτὴ ἐπαύσατο, διὰ τὴν πολλὴν τοῦ Ἀρταξέρξου δέησιν.

At cum Arsaces multis matrem patremque lacrymis atque planctibus mitigasset, postquam ipsa Parysatis flexa est, etiam rex pœnam ini condonauit, a quo adducto ad vxorem, fore aiebat ipsum, vt eam valde pœniteret.

Decimo nono deinde libro refert, vt Ochus Dariæus ex morbo mortuus sit Babylone, cum annos regnasset quinque supra triginta.

Arsaces, idemque *a* Artaxerxes mutato nomine, regnum deinde suscepit, & extracta retro [per cervicem] lingua Vdiastes excinditur, atque ita moritur, Mitradate eius filio pro parente Satrapa creato. quæ quidem Statiræ studio non sine magno Parysatidis dolore peracta sunt.

Tissaphernes criminatur Cyrum apud Artaxerxem fratrem, mox ille ad matrem confugit, atque ab obiecto crimine absoluitur. Hac ergo à fratre affectus ignominia Cyrus, ad Satrapiam suam recedit, ac de rebellione cogitat.

Criminatur Orondem Satibarzanes cum Parysatide consuetudinem habere, cum alioquin illa castissime viueret. Morte igitur mulctatur Orondes, & mater regi indignatur, venenóque Terituchmæ filium necat.

De eo quoque fit hic mentio, qui parentem *b* contra legem per ignem sepeliuit. Vnde etiam Hellanicus atque Herodotus mendacij arguuntur.

Deficit à fratre Cyrus, *c* Græco simul & barbarico collecto exercitu. porro Clearchus Græcorum dux erat. Syennesis vero Cilicum rex vtrumque, Cyrum dico & Artaxerxem, in bello adiuuabat. Cyrus suum, & Artaxerxes vicissim suum exercitum cohortatus est. Clearchus Lacedæmonius, idémque Græcorum dux, & Menon Thessalus, quorum vterque Cyrum sequebatur, assidue inter se dissidebant, propterea quod Cyrus in omnibus Clearchi consilio vteretur, nulla Menonis habita ratione. Cum multi ab Artaxerxe ad Cyrum transfugerent, nullus tamen ab hoc ad illum transibat. Quam etiam ob causam Artabarius, cum ad Cyrum sese adiungere statuisset, eóque nomine accusatus esset, in cinerem coniectus est.

Cyrus in regium exercitum impressionem facit, victoriaque potitus, dum Clearchum audire non vult, deinde occumbit. Indignis modis à fratre Artaxerxe in Cyri corpus sæuitum. nam & caput, & manum ipsam, qua regem hic percusserat, abscidit, eamque velut in triumpho circumtulit. Recedit cum suis Græcis nocte Clearchus Lacedæmonius, vnámque de Parysatidis vrbibus occupat. Ita rex fœdus cum Græcis init. Parysatis Babylonem profecta est, Cyrum lugens, cuius vix tandem caput atque manum recuperare potuit; quæ illa funerum more curauit, & Susa misit. De Bagapate [*pergit narrare auctor*] qui regis iussu caput Cyri à trunco amputarat: quomodo item regis mater, cum filium in talorum lusu vicisset, *d* Bagapaten ex pacto obtinuerit, & quomodo idem *e* detracta pelle, in crucem deinde à Parysatide sit actus. quo item tempore magnum illa suum è Cyri morte luctum compressit, multis ad id Artaxerxæ precibus adducta.

*ἐξιλεωσαμένη. *Μιτραδάτης. *Ὀρόνδην. *στρατιᾷ. *Ἀρταβάριος. *αἰκισμοί. *ἀνεσταυρώθη. *αὐτὴ.

Ctesias Persica.

a Mnemon cognominatus ob memoriam ... apud Plut.

b Herodot. Thalia, & Strabo lib. XV.

c Cyri hanc aduersus fratrem rebellionem persecutus est diligentissime Xenophon, lib. I & II. Anabaseως.

d Plut. in Artaxer. vocat Mesabatem.

e Paris. supplicium ... sup. Persicorum.

Vti Artaxerxes dona illi largitus sit, qui Cyri tiaram attulerat: & Carem item illum honorifice exceperit, qui Cyrum à se vulneratum putabat, vtque illum ipsum misere excruciatum Parysatis interfecerit. Vt res petenti Parysatidi Mitridaten quoque condonarit, qui se interfecisse Cyrum gloriatus in mensa fuerat: atque hanc abreptum crudeliter necarit. Hæc libro XIX. atque XX. narrantur.

Vicesimo autem primo, itemque XXII. & XXIII. (qui totius etiam historiæ finis est) ista continentur. Quonam pacto Tissaphernes Græcis insidias struxerit, adiectóque in socium sibi Menone Thessalo, per eum dolo ac iuramentis Clearchum cæterósque duces in suam redegerit potestatem; etsi Clearchus insidias præuideret, atque amoliri conaretur. Sed tum vulgus per Menonem deceptum, Clearchum vel inuitum coegit ad Tissaphernen accedere: tum Proxenus quoque Bœotius, iam antea dolo circumuentus, hoc eum facere hortabatur. Clearchum ille cum cæteris vinctos compedibus, Babylonem mittit ad Artaxerxen, vbi omnes ad Clearchum conspiciendum accurrerunt. Ctesias ipse, medicus tum Parysatidis, multa per eã illi humanitatis officia exhibuit. Et vero vinculis virum Parysatis exemisset, dimisissétque, ni Statira maritum Artaxerxen, ad eum interficiendum hortando compulisset. Necatus ergo Clearchus; ad cuius cadauer portentum hocce extitit, quod flante vento vehementissimo, magnæ altitudinis tumulus sponte sua supra illud coierit. Interfecti insuper quotquot cum eo missi fuerant Græci, solo Menone excepto.

Conuitiis Parysatis Statiram proscindit, quã & veneno sustulit, hunc in modum præparato. cauebat enim sibi Statira diligenter ab eo malo, quod tamen ei aliquando contigit. a Cultelli alterum latus veneno illinitur, cæteris eo partibus non contactis, hoc cultello parua adinstar oui auicula (*rhyndacen* Persæ appellant) in duas secatur partes, & veneno intactam partem sibi sumptam Parysatis comedit, infectam alteram Statiræ porrexit. Hæc igitur, vt illam ipsam quæ porrexerat, suam vidit partem comedentem, neque ita quidquam potuisset mali suspicari, etiam ipsa cœpit vnà mortiferum venenum comedere. Hinc matri succenset rex, ministrantésque ipsi eunuchi comprehensi torquentur atque necantur. Ginge præterea comprehenditur, quæ Parysatidi familiaris erat, iudicióque de ipsa instituto, iudicum quidem sententiis innocens absoluitur, sed tamen à rege damnatur. quare & hæc cruciatibus inflictis necatur, qua de causa & Parysatis filio, & hic vicissim matri succenset.

Post annos octo palmis obsitus Clearchi tumulus apparuit, quos ibi clam Parysatis, quo tempore ille mortuus est, per inseruientes sibi eunuchos defoderat.

Causæ ob quas ab Euagora Rege Salaminis Artaxerxes dissenserit. Euagoræ nuntij ad Ctesiam, b vt ab Abuleta epistolas acciperent: & Ctesiæ ad ipsum epistola de reconciliando ipsum cum Anaxagora Cypriorum rege. Nuntiorum Euagoræ aduentus in Cyprum,

ὡς Ἀρταξέρξης δῶρα ἔδωκε τῷ ἐνέγκαντι τὸν Κύρου πῖλον, καὶ ὡς τὸν * Κᾶρα τὸν δοκοῦντα βαλεῖν Κῦρον Ἀρταξέρξης ἐτίμησε. καὶ ὡς Παρύσατις τὸν τιμηθέντα Κᾶρα αἰκισαμένη, ἀπέκτεινεν. ὡς Ἀρταξέρξης παρέδωκεν αἰτησαμένῃ * Μιθριδάτην Παρυσάτιδι, ὅτι ἐπὶ τραπέζης μεγαλαυχήσαντα ἀποκτεῖναι [τὸν] Κῦρον· κἀκείνη λαβοῦσα, πικρῶς [αὐτὸν] ἀνεῖλε. ταῦτα καὶ ἡ ιθʹ καὶ ἡ κʹ ἱστορία.

Ἐν δὲ τῇ καʹ καὶ βʹ, καὶ γʹ, ἥτις καὶ τῆς ὅλης πέρας ἐστὶν ἱστορίας, τάδε * διείληπται. ὡς Τισσαφέρνης ἐπιβουλεύει τοῖς Ἕλλησι, καὶ προσεταιρισάμενος Μένωνα τὸν Θετταλὸν, δι᾽ αὐτοῦ Κλέαρχον, καὶ τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς, ἀπάτῃ καὶ ὅρκοις ἐχειρώσατο· τοῦ Κλεάρχου καὶ προειδομένου καὶ ἀποκρουομένου τὴν ἐπιβουλήν. ἀλλὰ τό τε πλῆθος διὰ Μένωνος ἀπατηθὲν, κατηνάγκασε καὶ ἄκοντα Κλέαρχον πρὸς Τισσαφέρνην παραγενέσθαι, καὶ Πρόξενος ὁ Βοιώτιος, αὐτὸς ἤδη προεαλωκὼς ἀπάτῃ, συμπαρῄνει. ὡς εἰς Βαβυλῶνα πρὸς Ἀρταξέρξην Κλέαρχον καὶ τοὺς ἄλλους ἀπέστειλεν ἐν πέδαις· καὶ ὡς ἐπὶ θέαν Κλεάρχου ἅπαντες συνεκίνησαν. ὡς Κτησίας αὐτὸς ἰατρὸς ὢν Παρυσάτιδος, πολλὰ Κλεάρχῳ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὄντι πρὸς ἡδονὴν καὶ θεραπείαν δι᾽ αὐτῆς ἔπραξε· καὶ τῶν δεσμῶν ἂν Παρύσατις * ἔλυσε καὶ ἀφῆκεν, εἰ μὴ Στάτειρα τὸν ἄνδρα Ἀρταξέρξην ἀνέπεισε τοῦτον ἀναιρεθῆναι. καὶ ἀνῃρέθη Κλέαρχος καὶ τέρας ἐπὶ τῷ σώματι συνέστη. αὐτομάτως γὰρ ἐπ᾽ αὐτοῦ τάφος, μεγίστου πνεύσαντος ἀνέμου, ἐπὶ μέγα ἠρμένος, ἐπισυνέστη. ἀνῃρέθησαν δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἀναπεμφθέντες Ἕλληνες, πλὴν Μένωνος. λοιδορία Παρυσάτιδος πρὸς Στάτειραν, καὶ ἀναίρεσις διὰ φαρμάκου, τοῦτον διασκευασθέντος τὸν τρόπον· ἐφυλάττετο γὰρ Στάτειρα λίαν, μὴ παθεῖν ὃ πέπονθε. μαχαιρίου τὸ ἓν μέρος ἐπαλείφεται τῷ φαρμάκῳ, τὸ δὲ λοιπὸν οὐ μετέχει. τούτῳ τέμνεται ὀρνίθιον μικρὸν, μέγεθος * ὅσον ᾠοῦ (ῥυνδάκην Πέρσαι τὸ ὀρνίθιον καλοῦσι) τέμνεται δὲ δίχα. καὶ τὸ μὲν καθαρεῦον τοῦ ἰοῦ ἥμισυ * αὐτὴ λαβοῦσα Παρύσατις ἐσθίει· τὸ δὲ προσομιλῆσαν τῷ φαρμάκῳ, ὀρέγει Στατείρᾳ. ἡ δὲ, ἐπεὶ ἐσθίουσαν τὴν ἐπιδοῦσαν ἑώρα τὸ ἥμισυ, μηδὲν συνιδεῖν δυνηθεῖσα, καὶ αὐτὴ συνεσθίει τοῦ θανάτου τὸ φάρμακον. ὀργὴ διὰ ταῦτα τοῦ βασιλέως πρὸς τὴν μητέρα, καὶ σύλληψις τῶν ὑπηρετούντων εὐνούχων * αὐτῇ, καὶ αἰκισμὸς καὶ ἀναίρεσις. καὶ ἔτι σύλληψις Γίγγης, ἣ ᾠκείωτο Παρυσάτιδι, καὶ κρίσις ἐπ᾽ αὐτῇ· καὶ ἀθώωσις μὲν παρὰ τῶν κριτῶν, καταδίκη δὲ παρὰ βασιλέως. καὶ αἰκισμὸς Γίγγης, καὶ ἀναίρεσις καὶ ὀργὴ διὰ τοῦτο Παρυσάτιδος πρὸς τὸν υἱὸν, κἀκείνη πρὸς τὴν μητέρα. καὶ τὸ χῶμα δὲ τοῦ Κλεάρχου, δι᾽ ἐτῶν ὀκτὼ, μεστὸν ἐφάνη φοινίκων, οὓς ἦν κρύφα Παρύσατις, καθ᾽ ὃν καιρὸν ἐκεῖνος ἐτελεύτησε, διὰ [εὐνούχων] τῶν ὑπηρετούντων αὐτῇ καταχώσασα. αἰτίαι δι᾽ ἃς Εὐαγόρᾳ βασιλεῖ Σαλαμῖνος βασιλεὺς Ἀρταξέρξης διηνέχθη. καὶ ἄγγελοι Εὐαγόρα πρὸς Κτησίαν ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν παρὰ Ἀβουλήτου τὰς ἐπιστολάς. καὶ Κτησίου πρὸς αὐτὸν ἐπιστολὴ, περὶ τοῦ διαλλαγῆναι αὐτὸν Ἀναξαγόρᾳ τῷ Κυπρίων βασιλεῖ. τῶν παρὰ Εὐαγόρα ἀγγέλων εἰς Κύπρον

* κᾶρα H.St.
* Μιθριδάτην H.St.
* διείληκε
* al. ἔλυσεν.
* al. ἴσον.
* αὐτὴ H.St.
* αὐτῇ H.St.

ἄφιξις,

ἄφιξις, καὶ τῶν παρὰ Κτησίου γραμμάτων ἀπόδοσις Εὐαγόρᾳ. καὶ Κόνωνος πρὸς Εὐαγόραν λόγος, ὑπὲρ τοῦ πρὸς βασιλέα ἀναβῆναι· καὶ Εὐαγόρα ἐπιστολὴ περὶ ὧν ἠξιώθη ὑπ' αὐτοῦ. καὶ Κόνωνος πρὸς Κτησίαν ἐπιστολή. καὶ βασιλεῖ παρὰ Εὐαγόρα φόρος. καὶ τῶν ἐπιστολῶν Κτησίᾳ ἀπόδοσις. Κτησίου λόγος πρὸς βασιλέα περὶ Κόνωνος, καὶ ἐπιστολὴ πρὸς αὐτόν. τῶν παρὰ Εὐαγόρου δώρων ἀπόδοσις Σατιβαρζάνῃ, καὶ τῶν ἀγγέλων τῶν εἰς Κύπρον ἄφιξις. καὶ Κόνωνος ἐπιστολὴ πρὸς βασιλέα καὶ Κτησίαν. ὡς ἐτηρήθησαν οἱ παρὰ Λακεδαιμονίων ἄγγελοι πεμφθέντες πρὸς βασιλέα. βασιλέως ἐπιστολὴ πρὸς Κόνωνα καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους, ἣν Κτησίας αὐτὸς ἐκόμισεν. ὡς ὑπὸ Φαρναβάζου ναύαρχος Κόνων ἐγένετο. Κτησίου εἰς Κνίδον τὴν πατρίδα ἄφιξις καὶ εἰς Λακεδαίμονα· καὶ κρίσις πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίων ἀγγέλους, ἐν* λόγῳ. καὶ ἄφεσις ἀπὸ Ἐφέσου μέχρι Βάκτρων. καὶ Ἰνδικῆς ἀριθμὸς σταθμῶν, ἡμερῶν, παρασαγγῶν. κατάλογος βασιλέων ἀπὸ Νίνου καὶ Σεμιράμεως, μέχρι Ἀρταξέρξου, ἐν οἷς καὶ τὸ τέλος.

* ἴσω. Ῥόδ.

Ἔστι δὲ οὗτος ὁ συγγραφεὺς σαφής τε καὶ ἀφελὴς λίαν, διὸ καὶ ἡδονῇ αὐτῷ σύγκρατός ἐστιν ὁ λόγος. κέχρηται δὲ τῇ Ἰωνικῇ διαλέκτῳ, εἰ καὶ μὴ δι' ὅλου, καθάπερ Ἡρόδοτος, ἀλλὰ κατ' ἐνίας τινὰς λέξεις. οὐδὲ πρὸς ἐκτροπάς δέ τινας ἀκαίρους, ὥσπερ ἐκεῖνος, ἀπάγει τὸν λόγον. τῶν μέντοι γε μύθων, ἐν οἷς ἐκείνῳ λοιδορεῖται, οὐδ' οὗτος ἀφίσταται, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις αὐτοῦ Ἰνδικοῖς. ἡ δὲ ἡδονὴ τῆς ἱστορίας αὐτοῦ τὸ πλεῖστον ἐν τῇ τῶν διηγημάτων αὐτοῦ γίνεται διασκευῇ, τὸ παθητικὸν καὶ ἀπροσδόκητον ἐχούσῃ πολύ, καὶ τὸ ἐγγὺς τοῦ μυθώδους αὐτὴν διαποικίλλειν. καὶ διαλελυμένος δέ ἐστι πλεῖόν τι τοῦ δέοντος αὐτοῦ ὁ λόγος, ὡς καὶ εἰς ἰδιωτισμὸν ἐκπίπτειν. ὁ δὲ τοῦ Ἡροδότου λόγος ταύτῃ τε καὶ τῇ ἄλλῃ τοῦ ἔπους δυνάμει καὶ τέχνῃ, κανών ἐστιν Ἰωνικῆς διαλέκτου.

redditæque Euagoræ, quas ad ipsum Ctesias dederat, litteræ. Cononis ad Euagoram oratio de adeundo ad regem, & Euagoræ epistola de honoribus, quibus ab illo fuerat affectus. Cononis ad Ctesiam epistola, & tributum ab Euagora Regi allatum. Epistolas Ctesias accipit, qui de Conone cum rege collocutus, epistolam ad illum mittit. Traduntur Satibarzani munera ab Euagora missa, nuntiique in Cyprum perueniunt. Cononis epistola ad regem ac Ctesiam, Lacedæmoniorum nuntij ad regem missi ab eo retenti sunt. Regis ad Cononem ac Lacedæmonios epistola, quam Ctesias ipse tulit. Conon à Pharnabazo Classi præfectus est. Ctesiæ in Cnidum patriam suam, deindéque Lacedæmonem aduentus. eius disceptatio aduersus Lacedæmoniorum legatos apud Rhodum, & vt Ephèso dimissus fuerit Bactra.

Ctesias Fessus.

Indicæ regionis *a* mansionum, dierum, atque parasangarum enumeratio. Catalogus item regum inde à Nino & Semiramide ad vsque Artaxerxen: quibus & *b* hoc opus absoluitur.

a σταθμῶν.

b A Nino id est Semiramide inchoatum, ad magistratum vsque Artaxerxis est. Olym. XCV. an. 3. desinisse Ctesiam, auctor est Diod. lib. 14 pag. 431. edit. Græ.

SCRIPTORIS huius Ctesiæ candidus est ac valdè simplex sermo, quo etiam fit, vt non iniucundus accidat. Vsus vero dialecto est Ionica, etsi non per omnia, vt Herodotus, sed in quibusdam tantummodo vocibus. neque etiam in diuerticula quædam, vt ille importune sermonem auertit, quanquam à fabulis quas illi probrosè obijcere audet, ne ipse quidem abstinet, in eo præsertim libro, quem INDICA inscripsit. Iucunditas vero historiæ magnam illi partem in narrationum posita est apparatu, qui multum habet & vehementiæ, & inexspectati. quanquam illa etiam rebus penè fabulosis magna cum varietate exornatur. Oratio illi plus æquo dissoluta, vt & in idiotismum triuialémque sermonem incidat. Herodoti autem stylus hac ipsa & simili orationis virtute atque artificio, Ionicæ dialecti norma est ac regula.

SEQVVNTVR ECLOGÆ VARIÆ,

SCHOLIORVM LOCO.

REGVM PERSICORVM SERIES ex CTESIA.

Rex	*Uxor*	*Liberi*	*regnauit*	*Mortuus.*
I. Cyrus.	Amytis.	Cambyses,& Tanyoxarces	annos XXX.	*ex vulnere in prælio accepto.*
II. Cambyses.	Roxane.		annos XVIII.	*casu ictus suomet cultello.*
III. Sphendadates *magus*, *alius* Smerdes			menses VII.	*à VII. coniuratis interfectus.*
IV. Darius Hystaspæ F.		Xerxes.	annos XXXI.	*post XXX. dierum morbum.*
V. Xerxes.	Amistris.	Darius, Hystaspes, Artaxerxes, Achæmedides, Artarius, Amytis, & Rhodogune.	annos XXII. *alijs auctoribus.*	*ab Artapano & Spamitre peremptus.*
Artapanus Xerxæ percussor ab alijs hic inseritur, & dicitur regnum tenuisse			*menses VII.*	*eadem morte, qua Artaxerxem statuerat è medio tollere.*
VI. Artaxerxes, *Longimanus appellatus*	Damaspia.	Xerxes, *solus legitimus: Spurij XVII. inter quos Secyndianus & Ochus postea in regnum successerunt.*	annos XLII.	*morte naturali.*
VII. Xerxes alter.			dies XLV.	*Secyndiani & Pharnaciæ manu.*
IIX. Secyndianus, alijs *Sogdianus*.			mens. VI. dies 25.	*in cinerem coniectus.*
IX. Ochus, qui & *Darius*, Darius Nothus aliis.	Parysatis.	Arsaces, Cyrus, Artostes, Oxendras, & *alij XIII qui cito vita abierunt. Amistris filia.*	annos XXXV.	*ex morbo, Babylone.*
X. Arsaces, *idemque mutato nomine* Artaxerxes, *alijs* Mnemon *cognominatus*	Statira.	*Aduersus hunc Cyrus frater consurgens*	*in prælio occubuit.*	*Reliqua huius dabit Plutarch. in Artaxerxe*

Quatuordecim porro Persicorum Regum breuem tibi Catalogum exhibebit noster P. Benedictus Pererius Comment. in Daniel. lib. XIII. initio.

E CTESIÆ

Ctesiae Persica.

E CTESIÆ PERSICIS VARIORVM Auctorum EXCERPTA.

Clemens Alexandrinus Stromateo I.

Assyriorum res multis annis Græcorum rebus antiquiores sunt, vt ex dictis Ctesiæ constat.

Athenagoras legatione pro Christianis.

Propter De certo [Semiramidis matrē] & columbas, & Semiramida venerantur Syri. Quod enim fieri nequit, in columbam versa est Semiramidis, vt habet fabula apud Ctesiam.

Apud Athenæum Dipnosoph. XII.

Ctesias libro Persicorum tertio scribit, omnes quidem quotquot in Asia regnarint, luxui & voluptatibus deditos fuisse, sed præ cæteris Ninyam, Nini & Semiramidis filium. Ac certe hic quoque voluptatibus domi indulgebat, ita vt à nemine conspiceretur, præterquam ab eunuchis, & suis vxoribus. Talis autem erat & Sardanapalus, quem alij Anacyndaraxis, alij Anabaxaris filium fuisse memorant. Ac cum Arbaces, genere Medus, vnus è ducibus qui illi suberant, egisset cum Paramiza, &c.

Paulo post de eodem Sardanapalo.

Ctesias autem narrat, ipsum ad bellum deuenisse, & cum collecto numeroso exercitu ab Arbace regno eiectus esset, mortem obiisse, cum seipsum cremasset, exstructo rogo ad quatuor iugerum altitudinem: cui imposuerat lectos aureos CL. ac totidem mensas, & quidem aureas. Struxerat autem in ipsa pyra cœnaculum pedum centum, ex lignis: atque hic quoque lectos strauerat, in quibus cum vxore cubuit: pellices autem in aliis. Filios enim tres, & duas filias, cum malum rerum suarum videret, antea miserat in vrbem Ninum, ad eum qui ibi regnabat, dederatque illis tria talentorum auri millia. Texerat autem illud ædificium trabibus magnis & crassis, quin etiam multa ligna, & ea quidem crassa, circumposuerat, ita vt nullus pateret exitus: quin etiam talentorum auri imposuerat illi mille myriades, argenti decies mille: nec non vestes & purpuras & omne genus eorum, quæ ad cultum corporis pertinent. Quæ cum fecisset, accendere pyram iussit, quæ per quindecim dies ardebat. At qui fumum videbant mirabantur, ac putabant illum sacrificare: soli vero eunuchi rem nouerant. Sardanapalus igitur, qui prodigiose voluptatibus deditus fuerat, quam potuit generosissimè vitam finiuit.

Non multo post.

Ctesias vero Annarum regis præfectum, & qui Babyloniæ regionis imperium obtinuerunt, veste & ornatu muliebri vsum esse tradit. & ad eum cenantem, cum regis seruus esset, accedere solitas centum quinquaginta psallentes & canentes mulieres. Psallebant autem hæ, & canebant illo cenante.

Apud DEMETRIVM PHALEREVM *in libro qui περὶ ἑρμηνείας vocatur.*

Stryaglius quidam Medus, cum ex æquo Sacidem mulierem deiecisset (apud Sacas enim mulieres eodem quo Amazones modo præliantur) eamque & formosam, & ætate florentem esse vidisset, saluam dimisit. At percusso postea fœdere, cum illa, quam alioqui deperibat, potiri non posset, statuerat quidem inedia vitam finire: scribit tamen prius illi hanc epistolam, qua expostulat. *Ego te seruaui, & tu per me seruata es. At ego per te perij.*

Stephanus Byzantius voce Δυρβαῖοι ex Ctesia Persicorum X.

Regio iuxta eum adiacet Dyrbæorum, beata planè gens, diues atque iusta. nam neque iniuriam cuipiam inferunt, neque mortem. Quod si forte per viam aut aurum inuenerint, aut aliud quid quam. **

Athenæus Dipnosophist. X.

Amyntas quoque in libro qui Σταθμοὶ inscribitur, Tapyrorum gentem ita vino deditam esse tradidit, vt ne ad vnguendum quidem alia re vlla quam vino vtatur. Eadem autem & Ctesias commemorat in libro, quem de Asiaticis tributis scripsit: qui & iustissimos esse illos tradit.

Apollonius histor. mirab. XX.

Ctesias libro rerum Persicarum decimo Camelos esse in ea regione prodit, quarum pili mollitie lanas Milesias æquant. Sacerdotésque & alios proceres vestes ex iis contectas gestare.

Ex Steph. Byzant.

Choramnæi, Persica agrestium hominum natio. Ctesias Persicorum X. Tanta verò celeritate est genus illud hominum agrestium, vt ceruos ipsos insequendo capiat; aliáque multa de his narrat.

Apud Athenæum Dipnosophist. lib. II.

Rex Persarum, vt scribit libro primo Herodotus, aquam in potum suum secum vehit à Choaspi fluuio, qui Susa præterfluit: atque ex hoc solo bibit. Huius autem aquæ decoctæ plena vasa argentea portantes plurimi currus, rotarum quatuor, quos muli trahunt, ipsum sequuntur. At Ctesias Cnidius, narrat etiam quomodo regia hæc Choaspis fluuij aqua coquatur, & quomodo vasis imposita, portetur ad regem. additque illam & leuissimam & suauissimam esse.

Apud eundem Dipnosoph. IV.

Rex autem Persarum (vt scribunt Ctesias, & Dinon in Persicis) cum virorum millibus

Verùm hæc in controuersia fuére. Illud verò iam Ctesiæ nobile est mendacium, qui se cum Zacyntho Phayllo, & quibusdam aliis missum refert ad Græcos. Nam Xenophontem non latuit agere in regis contubernio Ctesiam. Siquidem meminit eius, & constat hosce libros eum voluisse. Quare nuntium eum, & tantæ legationis interpretem non prætermissset tacitum, qui Phaylli Zacynthij mentionem faciebat. Sed mire scilicet ambitiosus Ctesias. Nec secius Laconum & Clearchi studiosus, passim in historia aliquas etiam sibi ipse attribuit partes: in quibus cùm est, multa & præclara de Clearcho commemorat, & de Lacedæmone. Ctesiae Persica.

Ex eodem Plutarcho in eadem vita.

Postquam autem Clearchum aliósque duces interposito iure iurando circumuenit Tissaphernes, comprehensósque & vinculis astrictos ad regem misit: rogatum refert se à Clearcho Ctesias, vt pectinis copiam sibi faceret. Quo accepto, curasse eum caput, oblectatumque pectinis vsu. Annulum item suum, amicitiæ mutuæ ad necessarios & familiares Lacedæmone suos insignem, huic dedisse. Insculptas in pala fuisse Caryatidas saltantes. Cibaria quæ Clearcho mittebantur, a concaptiuis militibus intercepta & consumpta, pauca verò ex illis relicta Clearcho. Cui etiam rei adhibuisse se remedium Ctesias narrat, effecissé que vt copiosiora mitterentur Clearcho, ac militibus separatim præberentur alia: atque hæc subministrasse, & suppeditasse ex beneficio & sententia Parysatidis. Cum mitteretur quotidie Clearcho inter cibaria, perna, orasse ipsum Clearchum ac sibi censuisse, modicum pugionem vt in carnem conditum clam sibi mitteret, neque fineret vt Regiæ facta sua paterent atrocitati, cæterum abnuisse metu se. Regem deprecanti matri pro Clearchi incolumitate, iureiurando annuisse: verum impulsu inde Statiræ cunctos fuisse ab eo præter Menonem trucidatos. Hinc Statiræ tetendisse Parysatidem insidias, virúsque ei concinnasse. Verùm parum probabilia affert, & coniunctam cum absurda causa, facinus admisisse adeo nefarium, atque in periculum sese præcipitasse Parysatidem Clearchi gratia, sustinentem iustam regis coniugem, liberorumque consortem ad regnum educatorum, necare. Cæterum non obscuré exaggerat hæc ad Clearchi commendandam memoriam. Etenim attexit hoc quoque, duces obtruncatos cæteros fuisse a canibus & alitibus laniatos: Clearchi cadaueri venti procellam cumulum terræ excitasse, atque iniecisse corporique contexisse: quo loco enato palmeto, breui eximium nemus excreuisse, ac locum eum inumbrasse: ita ipse magna ductum pœnitentia regem, quòd virum Diis charum peremisset Clearchum. Parysatis ergo, cum odium iam inde ab initio atque æmulationem concepisset in Statiram, quod cerneret potentiam suam, (nonnisi à rege se reuerente & honorante proficisci, illius verò amore & fide stabilem firmamque esse) instruxit ei insidias; de summa, vti arbitrabatur, aleam iaciens. Ancillam habebat fidam, quæ plurimum apud ipsam poterat, Gigim dictam: quam administram veneni Didon tradit fuisse, consciam modo & quidem inuitam Ctesias. Illum qui venena dedit, hic Belitaram appellat, ille Melantam. Instituentes autem ex superioribus suspicionibus ac simultate congredi denuò, & vnà cœnare, cum metu tamen & cautione iisdem epulis atque ab iisdem vtebantur paratis. Nascitur apud Persas exigua auis, quæ omni caret excremento, habé que intestina omnia adipe differta: vnde vento arbitrantur & rore hoc animal viuere: Ryntaces dicitur. Hanc autumat Ctesias cultello, quem altero latere illeuerat toxico, dissecuisse Parysatidem, atque infecisse alteram partem veneno; suam partem synceram & puram ori ingestam ipsam mandisse, Statiræ verò dedisse virulentam. Dinon, non Parysatidem, sed Melantam medicatas carnes secuisse cultro, & Statiræ apposuisse. Cùm animam igitur magnis cum cruciatibus & doloribus ageret mulier, & ipsa sensit maleficium, & suspicionem regi aduersus matrem attulit, feritatem illius, & animum implacabilem cognoscenti. Vnde quæstioni extemplo intentus, ministros matris & structores corripuit, ac tormentis lacerauit: at Gigim diu Parysatis in cubiculo suo tenuit, deposcentique denegauit regi. Verùm cum postea orasset illa, vt domum nocte dimitteretur, certior factus rex, locatis insidiis comprehendit Gigim, eámque rei capitalis damnauit.

Ælianus de animalium natura, lib. 7. cap. 1.

Susidas boues numerandi scientiam tenere Ctesias scribit. Nam Susis regi singulæ quotidie centum cados in hortos sicciores, & minus riguos hauriunt. Quem quidem laborem, siue quod eis sit certus & constitutus, siue etiam quia diu multúmque in eo se exercuerunt, promptissime obeunt. nullam enim ad opus remollescere videres. At si supra quem diximus centenarium numerum, vel vnum cadum institeris subuehere, nullis iam eas, inquit, vel blanditiis inducere, vel verberibus adigere ad id poteris.

Apud eundem lib. 16. cap. 42.

Porrò Ctesias Gnidius refert, in flumine cui nomen Argades, quod ad Persicam Sittacen est, serpentes abundè gigni, capite albas, reliquo corpore nigras, quatuor cubitorum longitudinem habere, & quos percusserint interimere. Interdiu eas hauquaquam videri solere, sub aqua natantes: noctu vero vel aquam haurientibus, vel lintea lauātibus, perniciem afferre. multi enim huc adiguntur, aut propter aquæ deficientis necessitatem, aut quod negotiis impediti interdiu vestes abluere non quiuerint.

Apud Diódor. Siculum lib. 2. Biblioth. aliquoties item citatum Ctesiam reperies: vti & apud Ioan. Tzetzen in Chiliadib. & Harpocrationem in Lexico.

Ctesiae Cnidii *Indicorum liber.*

LEGI & INDICA Ctesiæ, magis etiam Ionice libro singulari descripta.

Refert *a* Indum fluuium, qua est angustissimus, quadraginta patere stadia; qua latissimus, ducenta. Indos solos, cæteros fere mortales uniuersos multitudine superare. Scribit de verme quodam, qui in flumine est; & solum quidem hunc de cæteris animalibus, in eo nasci. Vltra Indos nullos habitare homines. Per Indicam præterea regionem nunquam pluere; sed flumen eam rigare. De *b Pantarba* sigillari gemma: atque inter cætera, vt hæc LXXVII. sigillares gemmas, lapidésque pretiosos in flumen coniectos (erant ea Bactrij cuiusdam institoris) inuicem sibi adhærentes retraxerit. De elephantibus, *c* qui muros dissoluunt atque euertunt. De paruis simiis, quarum caudæ ad quatuor cubitos protenduntur. De *d* maximis gallis gallinaceis. De *e* bittaco aue, humano sermone ac voce prædita: accipitris eam esse magnitudine & fronte purpurea, barbámque gestare nigram; alioqui ad collum *f* cærulei coloris est, ad modum cinnabaris. Hominis item in morem Indice hanc auem loqui: immo & Græce, si hunc quoque sermonem docta fuerit.

Agit de *g* fonte, qui humido quotannis auro ita impletur, vt centum ex eo vrcei fictiles anni spatio hauriantur. Fictiles autem esse vrceos propterea oportere, quod haustum mox aurum concrescat, vt ad illud educendum vas ipsum confringere necesse sit. Fontem ipsum quadratum esse refert, sedecim cubitorum ambitu, vniúsque vlnæ altitudine: singulis porrò vrceis singula talenta auri extrahi. De ferro, quod in huius fontis fundo reperitur; ex quo duos se habuisse aliquando gladios ipse Ctesias commemorat; vnum à *h* rege, alterum à Parysatide regis ipsius matre sibi donatum. Ferri autem huius eam esse vim, vt in terram depactum nebulas, & grandines, turbinésque auertat. hoc semel se iterúmque vidisse, cum rex ipse eius rei periculum faceret.

De *i* canibus Indicis tantæ magnitudinis, vt cum ipsis quoque leonibus certamen ineant. De magnis illis montibus, ex quibus cum sardo, tum onyches etiam, atque aliæ gemmæ effodiuntur. Ingentem illic sæuire æstum, solemque ipsum decuplo quàm in aliis regionibus maiorem videri: ac multos in ea regione mortales æstu præfocatos exstingui. Mare ibi nihilo minus quàm Græcum *k* fluctu tumere: verùm id in summo, ad quatuor vsque digitorum altitudinem, feruidum esse; adeóque pisces iuxta calorem illum viuere nullo modo posse, sed in imis degere.

Indum fluuium per campestria delatum, ipsos quoque montes interlabi; in iisque locis nasci *l* calamum, quem vocant Indicum, tantæ crassitudinis, quantam duo simul homines expansis vlnis complecti possint, altitudinis vero, quanta est mali ingentis onerariæ nauis. Esse tamen inter hos calamos maiores, minorésque, quemadmodum in magno aliquo monte accidere solet. In marem item fœminámque eosdem distingui, & illum quidem admodum esse validum ac firmum, sine medulla, quam tamen habeat fœmina. De regionis illius animali scribit *m Martichora* dicto: humanum id referre vultum, leonis magnitudine, colore cinnabaris in modum rubente.

ΚΤΗΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΝΙΔΙΟΥ τὰ Ἰνδικά.

ἈΝΕΓΝΩΣΘΗ δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ Ἰνδικά, ἐν ἑνὶ βιβλίῳ, ἐν οἷς μᾶλλον ἰωνίζει. Λέγει περὶ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ, τὸ μὲν στενὸν αὐτοῦ εὖρος μ΄. σταδίων εἶναι· τὸ δὲ πλατύτατον καὶ διακοσίων. Λέγει περὶ τῶν αὐτῶν Ἰνδῶν, ὅτι πλείους σχεδὸν συμπάντων ἀνθρώπων. Περὶ τοῦ σκώληκος τοῦ ἐν τῷ ποταμῷ, ὃ καὶ μόνον τῶν ἄλλων θηρίων ἐν αὐτῷ γίνεται. Περὶ τοῦ μὴ οἰκεῖν ἐπέκεινα αὐτῶν ἀνθρώπους. Ὅτι οὐχ ὕει, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ ποτίζεται ἡ Ἰνδική. Περὶ παντάρβας τῆς σφραγῖδος· καὶ ὡς οζ΄. σφραγῖδας ἀπορριφείσας καὶ τιμίους λίθους εἰς τὸν ποταμόν, ἅτινα ἦν τοῦ Βακτρίων καπήλου, * αὕτη ἀνείλκυσεν ἐχομένας ἀλλήλων. Περὶ τῶν * τειχοκαταλυτῶν ἐλεφάντων. Περὶ τῶν μικρῶν πιθήκων, τῶν ἐχόντων οὐρὰς τετραπήχεις. Περὶ τῶν ἀλεκτρυόνων τῶν μεγίστων. Περὶ τοῦ ὀρνέου τοῦ βιττάκου, ὅτι γλῶσσαν ἀνθρωπίνην ἔχει καὶ φωνήν· μέγεθος μὲν ὅσον ἱέραξ, πορφύρεον δὲ πρόσωπον, καὶ πώγωνα φέρει μέλανα. Αὐτὸ δὲ κυάνεόν ἐστιν ὡς τὸν τράχηλον, ὥσπερ κιννάβαρι. Διαλέγεσθαι δὲ αὐτὸ ὥσπερ ἄνθρωπον, ἰνδιστί, ἂν δὲ ἑλληνιστὶ μάθῃ, καὶ ἑλληνιστί. Περὶ τῆς κρήνης τῆς πληρουμένης ἀνὰ ἔτος ὑγροῦ χρυσίου, ἐξ ἧς ἑκατὸν προχοαὶ ὀστράκινοι * αἱ ἐπ' ἔτος ἀφύονται. Ὀστρακίνους δὲ δεῖ εἶναι, ἐπεὶ πήγνυται ὁ χρυσὸς ἀπαρυσμένος. Καὶ ἀνάγκη τὸ ἀγγεῖον θλᾶν, ἵνα τοῦτον ἐξαγάγῃ αὐτόν. Ἡ δὲ κρήνη, τετράγωνός ἐστιν, ἑκκαίδεκα μὲν πηχῶν ἡ περίμετρος· τὸ δὲ βάθος, ὀργυιά. Ἑκάστη δὲ προχοή, τάλαντον ἕλκει. Καὶ περὶ τοῦ ἐν τῷ πυθμένι τῆς κρήνης σιδήρου, ἐξ οὗ καὶ δύο ξίφη Κτησίας φησὶν ἐσχηκέναι, ἓν παρὰ βασιλέως, καὶ ἓν παρὰ τῆς τοῦ βασιλέως μητρὸς Παρυσάτιδος. Φησὶ δὲ περὶ αὐτοῦ, ὅτι πηγνύμενος ἐν τῇ γῇ, νέφους καὶ χαλάζης καὶ πρηστήρων ἐστὶν * ἀποτρόπαιος. Καὶ ἰδεῖν αὐτὸν ταῦτα, φησί, βασιλέως δὶς ποιήσαντος. Περὶ τῶν κυνῶν τῶν Ἰνδικῶν, ὅτι μέγιστοί εἰσιν, ὡς καὶ λέοντι μάχεσθαι. Περὶ τῶν * ὀρῶν τῶν μεγάλων, ἐξ ὧν ἥ τε σάρδω ὀρύσσεται, καὶ οἱ ὄνυχες, καὶ αἱ ἄλλαι σφραγῖδες. Ὅτι ἀλέα πολλὴ καὶ ὅτι ὁ ἥλιος δεκαπλασίων τὸ μέγεθος ἢ ἐν ταῖς ἄλλαις χώραις αὐτὸς ἑαυτοῦ φαίνεται· καὶ πολλοὶ ἐνταῦθα τῷ πνίγει φθείρονται. Καὶ θάλασσαν φησὶν αὐτόθι * οὐδὲν ἐλάττω τῆς ἑλληνικῆς· τὸ δὲ ἄνω αὐτῆς ἕως τεσσάρων δακτύλων, θερμὸν εἶναι, ὥστε μὴ ἰχθὺν ζῆν παραπελάσαντα τῷ θερμῷ, ἀλλὰ κάτωθεν διαιτᾶσθαι. Ὅτι ὁ Ἰνδὸς ποταμὸς ῥέει διὰ πεδίων, καὶ διὰ ὀρέων ῥεῖ, ἐν οἷς καὶ ὁ λεγόμενος Ἰνδικὸς κάλαμος φύεται, πάχος μέν, ὅσον δύο ἄνδρες περιωργυιωμένοι περιλάβοιεν· τὸ δὲ ὕψος, ὅσον μυριοφόρου νεὼς ἱστός. Εἰσὶ δὲ καὶ μείζους καὶ ἐλάττους, ὡς εἰκὸς ἐν ὄρει μεγάλῳ εἶναι· τῶν καλάμων δὲ καὶ ἄρρενας καὶ θηλείας. Ὁ μὲν οὖν ἄρρην, ἐντεριώνην οὐκ ἔχει, καὶ ἔστι κύρτα ἰσχυρός· ἡ δὲ θήλεια ἔχει. Καὶ περὶ τοῦ μαρτιχόρα τοῦ ἐν αὐτοῖς ὄντος θηρίου· ὡς τὸ πρόσωπον ἔοικεν ἀνθρώπῳ, μέγεθος μὲν ἐστὶν ὥσπερ λέων, χρόαν ἐρυθρός, ὡς κιννάβαρι,

Ctesiæ Indica.

* αὐτὸ H.St.

* τειχοκαταλυτῶν H.St.

* αἳ H.St.

* ἀποτρόπαιος.

* ὀρῶν.

* al. ἴσω.

ξιστοίχους δὲ ὀδόντας· ὦτα δὲ ὥσπερ ἀνθρώπου, καὶ ὀφθαλμοὺς γλαυκοὺς, ὁμοίους ἀνθρώπων· τὴν δὲ κέρκον ἔχει, οἷάπερ σκορπίος ὁ χερσαῖος, ἐν ᾗ καὶ τὸ κέντρον ἔχει, μείζω ὑπάρχουσαν πήχεως. ἔχει δὲ καὶ ἐκ πλαγίων τῆς κέρκου ἔνθα καὶ ἔνθα κέντρα. ἔχει δὲ καὶ ἐπ' ἄκρου, ὥσπερ σκορπίος, κέντρον. καὶ τούτῳ μὲν, ἐὰν προσέλθῃ τις, κεντεῖ τῷ κέντρῳ, καὶ πάντως ὁ κεντηθεὶς ἀποθνήσκει. ἐὰν δέ τις πόρρωθεν μάχηται πρὸς αὐτὴν, καὶ ἔμπροσθεν ἵστησι τὴν οὐρὰν, ὥσπερ ἀπὸ τόξου βάλλει τοῖς κέντροις, καὶ ὄπισθεν ἐπ' εὐθείας ἀποτείνων. βάλλει δὲ ὅσον πλέθρον εἰς μῆκος· καὶ πάντας, οὓς ἂν * βάλλῃ, πάντας ἀποκτείνει, πλὴν ἐλέφαντος. τὰ δὲ κέντρα αὐτοῦ ἐστι τὸ μὲν μῆκος, ὅσον ποδιαῖα· τὸ δὲ πλάτος, ὅσον σχοῖνος λεπτότατος. μαρτιχόρα δὲ ἑλληνιστὶ ἀνθρωποφάγον, ὅτι πλείους ἀναιροῦσα ἀνθρώπους ἐσθίει· ἐσθίει δὲ καὶ τὰ ἄλλα ζῷα. μάχεται δὲ καὶ τοῖς ὄνυξι καὶ τοῖς κέντροις. τὰ δὲ κέντρα πάλιν, φησὶν, ἐπειδὰν ἐκτοξευθῇ, ἀναφύεται. ἔστι δὲ πολλὰ ἐν τῇ Ἰνδικῇ. ἀποκτείνουσι δὲ αὐτὰ, τοῖς ἐλέφασιν ἐποχούμενοι ἄνθρωποι, κἀκεῖθεν * βάλλοντες. Περὶ τῶν Ἰνδῶν, ὅτι δικαιότατοι· καὶ περὶ τῶν ἐθῶν καὶ νομίμων αὐτῶν. περὶ τοῦ ἱεροῦ χωρίου τοῦ ἐν τῇ ἀοικήτῳ, ὃ ἐπ' ὀνόματι τιμῶσιν ἡλίου καὶ σελήνης· ἐν ᾧ διὰ δεκαπέντε ἡμερῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους τῆς Σαρδοῦς τις παραγίνεται. καὶ ὅτι λε. ἡμέρας ὁ ἥλιος ψύχει ἐκεῖσε τοῦ ἐνιαυτοῦ, διὰ τὴν ἑορτὴν, ἵνα μὴ ἄφλεκτοι αὐτὴν τελέσωσι καὶ ὑποστρέψωσιν. Ὅτι βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ ὑετοὶ οὐκ εἰσὶν ἐν τῇ Ἰνδικῇ· ἄνεμοι δὲ πολλοὶ· καὶ πρηστῆρες πολλοὶ καὶ ἁρπάζουσιν ὅ, τι ἂν λάβωσιν. ὁ δὲ ἥλιος ἀνίσχων, τὸ ἥμισυ τῆς ἡμέρας ψῦχος ποιεῖ· τὸ δ' ἄλλο, λίαν ἀλεεινὸν ἐν τοῖς πλείστοις τῶν τῆς Ἰνδικῆς τόπων. Ὅτι Ἰνδοὶ οὐχ ὑπὸ τοῦ ἡλίου εἰσὶ μέλανες, ἀλλὰ φύσει. εἶναι γὰρ, φησὶν, ἐν αὐτοῖς καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας λευκοτάτους πάντων, * ἢ καὶ ἐπ' ἐλάττον. ἰδεῖν δὲ καὶ αὐτὸν τοιαύτας Ἰνδὰς δύο γυναῖκας καὶ ἄνδρας πέντε. Ὅτι πιστοῦσθαι τὰ περὶ τοῦ ἡλίου βουλόμενος, ὡς ἐν λε. ἡμέραις ἐν Ἰνδίᾳ ψύχει· λέγει ὅτι καὶ τὸ πῦρ ἐκ τῆς Αἴτνης ῥέον, τὸν μέσον χῶρον, ἅτε δικαίων ἀνδρῶν * ὄντα, οὐ φθείρει, περιέρχεται τὰ ἄλλα. Καὶ ἐν Ζακύνθῳ κρήνας ἰχθυοφόρους εἶναι, ἐξ ὧν αἴρεται πίσσα. καὶ ἐν Νάξῳ κρήνην, ἐξ ἧς οἶνος ἐνίοτε ῥεῖ, καὶ μάλα ἡδύς. καὶ ὅτι πῦρ ἐστιν ἐγγὺς Φασήλιδος ἐν Λυκίᾳ ἀθάνατον, καὶ ὅτι ἀεὶ καίεται ἐπὶ πέτρας καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν· καὶ ὕδατι μὲν οὐ σβέννυται, ἀλλὰ ἀναφλέγει· φορυτῷ δὲ σβέννυται. Ὅτι ἐν μέσῃ τῇ Ἰνδικῇ ἄνθρωποί εἰσι μέλανες, καὶ καλοῦνται Πυγμαῖοι, τοῖς ἄλλοις ὁμόγλωσσοι Ἰνδοῖς· μικροὶ δέ εἰσι λίαν· οἱ μακρότατοι αὐτῶν πηχῶν δύο, οἱ δὲ πλεῖστοι, ἑνὸς ἡμίσεος πήχεως. κόμην δὲ ἔχουσι μακροτάτην, μέχρι καὶ ἐπὶ τὰ γόνατα, καὶ ἔτι κατωτέρω, καὶ πώγωνα μέγιστον πάντων ἀνθρώπων. ἐπειδὰν οὖν τὸν πώγωνα * μέγα φύσωσιν,

* ἐὰν H. St.
* ἀποβάλλοντες.
* ἢ H. St.
* ὄντι.
* μέγαν H. St.

Triplicem illi esse dentium ordinem, aures humanis similes, & oculos æque nostro more glaucos, caudam item cubitali maiorem habere, qualem scorpius a terrestris, in qua & aculeus, etsi alioqui illa per transuersum etiam spinis aspera sit. Aculeum item in vertice gerere, vt scorpius, eóque accedentes ita pungere, vt nec morte vllo pacto, quicunque percussus fuerit, euadere possit. Iam si quis eminus cum hoc animali pugnam ineat, non minus ab anteriori illud parte caudam prætendendo, inde velut ab arcu emissas sagittas, aculeos suos spargere atque terere, quam à posteriore parte tetam illam protendendo, ad iugeri autem spatium iaculari, omnésque quos attigerit certissimo internecere, vno dumtaxat excepto elephante. ipsos verò aculeos pedali esse longitudine, tenuissimíque funis latitudine. Addit *Marticbora* Græcis ἀνθρωποφάγον [id est, hominiuorum] significare, quod homines vt plurimũ interimat, voretque, etsi alijs quoque animalib. vescatur. Vnguibus etiam hoc animal, nõ tantum aculeis, pugnare, atque hos iaculando emissos identidem renasci. Magnam item esse horum animalium copiam in India, eáque telis ab hominibus confici, quæ elephantis vecti in illud contorqueant.

a ἀνθρωποφάγος.

ταῦτα εἶναι ἀπάρχεται Δεινίας διηγεῖσθαι Κύμβᾳ τινὶ ὀνόματι ἐξ Ἀρκαδίας πατρίδος, ὃν ἔστειλε τὸ κοινὸν τῶν Ἀρκάδων ἐς Τύρον, αἰτούμενοι Δεινίαν πρὸς αὐτούς τε καὶ τὴν πατρίδα ἐπανιέναι. ἐπεὶ δὲ αὐτὸν τὸ βάρος τοῦ γήρως ἐκώλυεν· εἰσάγεται διηγούμενος ἅπερ αὐτὸς κατὰ τὴν πλάνην θεάσαιτο, ἢ καὶ ἄλλων θεασαμένων ἀκήκοε, καὶ ἃ Δερκυλλίδος ἐν Θούλῃ διηγησαμένης ἀνεμάθε· λέγω δὴ τὴν προειρημένην πλάνην αὐτῆς, καὶ ὅπως μετὰ τὴν ἐξ ᾅδου αὐτῆς ἀναχώρησιν σὺν Κηρύλλῳ καὶ Ἀστραίῳ, ἤδη τοῦ ἀδελφοῦ διαζευχθεῖσα, ἐπὶ τὸν Σειρῆνος ἀφίκοιτο τάφον· καὶ ὅσα πάλιν αὐτὴ ἐξ Ἀστραίου λεγομένου ἤκουσε περί τε Πυθαγόρου φημὶ καὶ Μνησάρχου, οἷά τε Φιλωτίδος αὐτὸς Ἀστραῖος ἤκουσε, καὶ τὸ κατὰ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ μυθῶδες θέαμα· καὶ ὅσα αὖθις Δερκυλλὶς ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐπανιοῦσα πλάνην ἀπήγγελλεν· ὡς περιπέσοι ἀνθρώπων πόλει κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, οἳ ἑώρων μὲν ἐν νυκτί, τυφλοὶ δὲ ὑπὸ ἡμέραν ἑκάστην ἐτύγχανον. καὶ ὅσα ἐκεῖ Ἀστραῖος αὐλῶν τοῖς πολεμίοις ἐκείνων εἰργάσατο. καὶ ὡς ἀφεθέντες εὐμενῶς ἐκεῖθεν, περιπίπτωσι Κελτοῖς, ἔθνει ὠμῷ καὶ ἠλιθίῳ, ἵπποις τε αὐτοὺς ἐξέφυγον, καὶ ὅσα αὐτοῖς περὶ τὰς κατὰ τὴν χρόαν τῶν ἵππων ἐναλλαγὰς ἐγεγόνει. ὅπως τε κατὰ τοὺς Ἀκυτανοὺς ἐγένοντο, καὶ οἵας ἐκεῖ τιμὰς ἀπήλαυσαν Δερκυλλίς τε καὶ Κήρυλλος· καὶ ἔτι μᾶλλον Ἀστραῖος τῇ περὶ τοὺς οἰκείους ὀφθαλμοὺς αὐξομειώσει, τὰς σεληνιακὰς σημαίνειν αὐξομειώσεις, καὶ λύων ἔριδος τοὺς ἐκεῖσε περὶ τῆς ἀρχῆς βασιλεῖς, οἳ δύο ὄντες, κατὰ τὰ τοιαῦτα τῆς σελήνης πάθη ἀλλήλων ἀντικαθίσταντο διαδοχῇ. δι' ἃ καὶ ὁ ἐκεῖσε δῆμος τοῖς περὶ Ἀστραῖον ἐχαίρεν. ἐντεῦθεν ἐπιμυθεύονται, ὅπως τά τε ἄλλα Δερκυλλὶς εἶδέ τε καὶ ὑπήνεγκε. καὶ ὡς ἐν Ἀρτάβροις ἤχθη. οὗ γυναῖκες μὲν πολεμοῦσιν, ἄνδρες δὲ οἰκουροῦσι, καὶ τὰ γυναικῶν ἐπιμελοῦνται. ἐπὶ τούτοις, οἷα κατὰ τοὺς Ἀστύρους τὸ ἔθνος αὐτῇ τε καὶ Κηρύλλῳ συνηνέχθη, καὶ ἔτι ὅσα ἰδίως Ἀστραίῳ συνηνέχθη, καὶ ὡς παρ' ἐλπίδας πάσας τοὺς ἐν Ἀστύροις συχνοὺς κινδύνους ἐκπεφευγότες, Κήρυλλος σὺν Δερκυλλίδι τὴν δίκην ὅμως, ἣν ἀδικήματος παλαιοῦ ὀφλήκει, ἐτύγχανεν, οὐκ ἀπέφυγεν· ἀλλὰ * περὶ δόξαν πᾶσαν ὡς ἐσώθη τῶν κινδύνων, οὕτω καὶ ἐκρεμάσθη. μετὰ ταῦτα, οἷα κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν πλανωμένη ἐθεάσατο· καὶ ὡς ἐν Ἔρυκι, γενομένη πόλει Σικελίας, συλλαμβάνεται, καὶ πρὸς Σαινισίδημον (ἐτυράννει δὲ τότε Λεοντίνων οὗτος) ἀπάγεται. ἐν ᾧ πάλιν Παάπιδι τῷ ἐξωλεστάτῳ περιπίπτει, τῷ τυράννῳ συνόντι, καὶ τῆς ἀπροσδοκήτου συμφορᾶς ἀνέλπιστον εὑρίσκει παραμυθίαν, τὸν ἀδελφὸν Μαντινίαν. ὃς πολλὰ πλανηθείς, καὶ πολλῶν ἀπιστοτάτων θεαμάτων περί τε ἀνθρώπους καὶ ἕτερα ζῷα, περί τε αὐτὸν ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ φυτὰ καὶ νήσους μάλιστα ἐξηγητὴς αὐτῇ καταστάς, ὕλην ἄφθονον παρέσχε μυθοποιΐας ἀπαγγέλλειν ὕστερον τῷ Δεινίᾳ. ἅπερ αὐτὸς συνείρων, εἰσάγεται διηγούμενος τῷ Ἀρκάδι Κύμβᾳ. εἶτα ὡς λαβόντες Μαντινίας, καὶ Δερκυλλὶς ἐκ * Λεοντιάων τὸ Παάπιδος πηρίδιον, μετὰ τῶν ἐν αὐτῷ βιβλίων, καὶ τῶν βοτανῶν

* παρά.

* Λεοντίνων.

Hæc itaque narrare incipit Dinias Cymbæ cuidam nomine, domo Arcadia, quem commune Arcadum legatum miserat Tyrum, Diniam ibi rogantes, vt ad ipsos in patriam suam rediret. At quoniam ipsum iam grauis senij ætas prohibebat, fingitur hic referre, tum ea quæ ipsemet erroribus iactatus viderat, tum quæ ab aliis conspecta acceperat, quæque à Dercyllide in Thule narrata didicerat: supra dictum, inquam, eius errorem, vtque post suum illa reditum ab inferis, cum Ceryllo & Astræo (iam enim à fratre segregata erat) ad Sirenes venerit sepulchrum: & quæ rursum ipsa ex Astræi sermone cognouerit de Pythagora, & Mnesarcho: qualia vicissim Astræus ex Philotide didicerit, & in fratribus ipsius spectrum, visumque plane fabulosum: & quæcunque rursum Dercyllis ad suos reuersa errores retulit, vt in hominum ciuitatem inciderit in Iberia, qui noctu quidem viderent: interdiu autem quotidie cæcutirent. Quæ item ibi Astræus tibia canens, hostibus eorum fecerit, vtque beneuoli inde dimissi in Celtas inciderint, gentem immanem ac stolidam, quos in equis ipsi effugerint, quæque in mutato equorum colore acciderint: vt hinc ad Aquitanos penetrarint, quantósque honores ibi adepti sint Dercyllis atque Ceryllus; & hoc amplius Astræus, quòd oculorum suorum incremento atque decremento, Lunæ quoque designaret alternationes, quódque contentionem dirimeret, duos inter reges de principatu contendentes, qui iuxta tales Lunæ vicissitudines inuicem succedebant in imperio, vt ob ista etiam populo illi Astræus carus acceptúsque fuerit.

Narrat præter hæc Dinias, Dercyllida cum alia vidisse atque pertulisse, tum vt ad *a* Artabros peruenerit, vbi fœminæ bella gerunt, viri autem domum custodiunt, ac muliebria quæque obeunt officia: quæ item apud Asturúm gentem, ipsi Cerylloque contigerint, & quæ Astræo quoque priuatim acciderint: vtque præter omnem spem frequentia apud Asturos pericula cum effugissent Ceryllus cum Dercyllide, pœnam tamen ille, quam improbitatis olim causa commeritus esset, non effugerit, sed vt inopinatò pericula hæc euaserit, ita etiam tandem excarnificatum fuisse. Refert postea quænam per Italiam, Siciliámque oberrans illa viderit. Vt in Eryce Siciliæ ciuitate comprehensa, ad Sænisidemum, qui tunc Leontinis imperabat, adducta fuerit: vbi rursum in Paapidem, sceleratissimum illum hominem, apud regem agentem incidit, reperitque nec opinato calamitatis ingentis solatium, Mantiniam fratrem, qui diu multúmque iactatus, varia quoque, & incredibilia, quæ cum in hominibus, ac ceteris animantibus, tum circa Solem ipsum & Lunam, plantásque, & insulas potissimum spectarat, sorori commemorauit, vberémque admodum præbuit fabularum materiam, quas Diniæ postmodum illa referret, quæ hic omnia ipse connexuisse, & Cymbæ Arcadi retulisse fingitur.

Addit dehinc, vt Mantinias cum Dercyllide (Paapidis pera cum libris, herbarúmque

a Hodie Cabo de finis terræ, nautarum ... apud Ortel. in Thesauro. Mime... nere Pan... Strabo, Me...a, & alij.

arcula sublata) Rhegium e Leontinis traiecerunt, indéque Metapontium, vbi eos Astræus assecutus, Paapin vestigia eorum subsequi significarit, vtque Astræum hi in Thraciam, & Malagetas ad a Zamolxin socium proficiscentem secuti sint. Quid item ille hac in profectione conspexerit, ac quomodo in Zamolxida inciderit, apud Getas iam tum pro Deo cultum: quæque dicere, ac postulare pro se Astræum iusserint Dercyllis atque Mantinias: vt ibi oraculum illis datum sit, in Thulen insulam deferri fatis esse destinatum: tandem tamen in patriam redituros, sed cum alia prius aduersa passuros, tum b impietatis in parentes (tametsi deliquissent inuiti) pœnas daturos: vitam nimirum ipsis cum morte alternis vicibus commutatum iri, & c noctu quidem victuros, interdiu verò semper mortuos futuros. Refert insuper, vt hoc audito vaticinio, inde discesserint, Astræo cum Zamolxide summa apud Getas in existimatione relictis: quæ item ad Boream videre admiranda atque audire ipsis contigerit. Hæc cùm omnia Dinias in Thule, Dercyllide narrante, audisset, eadem nunc referre pergit Cymbæ Arcadi. Adhæc etiam, vt Paapis Dercyllidis vestigia insecutus, in ea insula ipsis superuenerit, & arte sua magica hoc effecerit, vt interdiu morerentur, nocte verò accedente reuiuiscerent, hoc tantùm ritu ad illud efficiendum vsus, quod publice in illorum faciem conspueret. Thuscanum item quendam, Thule oriundum, Dercyllidis amore captum, viso amatam suam Paapidis malis artibus in eum morbum incidisse, ingentem adeò ex eo cepisse dolorem, vt subito Paapida inuadens gladio percusserit, atque interfecerit. Hunc vix tandem Tyrios malorum reperisse exitum. Thuscanum tamen postquam Dercyllida mortuæ similem iacere conspexit, mortem sibi quoque consciuisse. Hæc igitur omnia, & alia id genus plurima, vt eorum sepulturam, & e tumulo reditum, amores Mantiniæ, quæque hinc illis acciderunt, & eius farinæ multa cum Dinias in Thule insula, Dercyllide referente, cognouisset, inducitur nunc eadem Cymbæ Arcadi commemorans. Atque hic tandem finis est tertij & vigesimi libri, Antonij Diogenis *incredibilium de Thule* inscripti, cum nihil pene, ac nisi pauca tantum ab initio huius Operis de hac insula memoriæ prodiderit.

Quartus verò & vicesimus liber inducit Azulin narrantem, atque inde etiam Diniam ad ea, quæ antea Cymbæ retulisset, Azulidis gesta cumulantem. Quo modo nimirum præstigiarum illarum rationem deprehenderit, quibus Paapis Dercyllida, & Mantiniam ludificarat, nocte quidem vt viuentes apparerent, interdiu vero mortui: vtque malum illud depulerit, cùm modũ ac rationẽ huius cruciatus, eiúsque curandi viam didicisset ex perula Paapidis, quam secum Mantinias atque Dercyllis attulerant. Neque hoc solum, sed & illud reperit, quomodo Dercyllis & Mantinias parentes iacentes ingenti malo liberare possent. hos enim illi ex Paapidis præscripto,

τὸ κιβώτιον, ἀπαίρουσιν εἰς Ῥήγιον. κἀκεῖθεν εἰς Μεταπόντιον. ἐν ᾧ αὐτοὺς Ἀστραῖος ἐπικαταλαβὼν, μηνύει κατὰ πόδας διώκειν Παάπιν. καὶ ὡς συναπαίρουσιν αὐτῷ ἐπὶ Θρᾴκας καὶ Μασσαγέτας, πρὸς Ζάμολξιν τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ ἀπιόντι. ὅσα τε κατὰ ταύτην τὴν ὁδοιπορίαν ἴδοι. καὶ ὅπως ἐντύχοι Ἀστραῖος Ζαμόλξιδι, παρὰ Γέταις ἤδη θεῷ νομιζομένῳ· καὶ ὅσα εἰπεῖν αὐτῷ καὶ δεηθῆναι Δερκυλλίς τε καὶ Μαντινίας Ἀστραῖον ὑπὲρ αὐτῶν ἠξίωσαν. καὶ ὡς χρησμὸς αὐτοῖς ἐκεῖθεν ἐξέπεσεν, ἐπὶ Θούλην εἶναι πεπρωμένον ἐλθεῖν· καὶ ὡς ἐς ὕστερον καὶ πατρίδα ὄψονται, πρότερον ἄλλα τε ἐνταλαιπωρήσαντες, καὶ δίκην τῆς ἐς τοὺς τοκέας ἀνοσιότητος (οἱ καὶ ἄκοντες ἥμαρτον) τίνοντες, τῷ τὸν βίον αὐτοῖς εἰς ζωὴν καὶ θάνατον διαμερισθῆναι. καὶ ζῆν μὲν ἐν νυκτὶ, νεκροὺς δὲ ἐν ἑκάστῃ εἶναι ἡμέρᾳ. εἶτα ὡς τοιούτους χρησμοὺς λαβόντες ἀπαίρουσιν ἐκεῖθεν, τὸν Ἀστραῖον σὺν * Ζαμόλξι λιπόντες ὑπὸ Γετῶν * δοξαζόμενον. καὶ ὅσα περὶ Βορρᾶν αὐτοῖς τεράστια ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι συνηνέχθη. ταῦτα πάντα Δεινίας κατὰ Θούλην ἀκούσας, διηγουμένης Δερκυλλίδος, εἰσάγεται νῦν ἀπαγγέλλων τῷ Ἀρκάδι Κύμβᾳ. ἐπὶ τούτοις καὶ ὡς Παάπις διώκων μετ' ἴχνια τοὺς περὶ Δερκυλλίδα, ἐπέστη αὐτοῖς ἐν τῇ νήσῳ· καὶ τὸ πάθος ἐκεῖνος τέχνῃ μαγικῇ ἐπέθηκε, θνήσκειν μὲν ἡμέρας, ἀναβιώσκειν δὲ νυκτὸς * ἐπιγινομένης. καὶ τὸ πάθος αὐτοῖς ἐπέθηκεν, ἐμπτύσας αὐτῶν κατὰ τὸ ἐμφανὲς * τὸ πρόσωπον. καὶ ὡς Θρουσκάνος τις Θουλίτης ἐραστὴς διάπυρος Δερκυλλίδος, ἰδὼν πεσοῦσαν τῷ ἐκ Παάπιδος πάθει τὴν ἐρωμένην, καὶ ὑπεραλγήσας: ἄθρουν ἐπιστὰς, παίει ξίφει ἐκ τοῦ αἰφνιδίου τὸν Παάπιν, καὶ ἀναιρεῖ. * τούτων μόνων τῶν μυρίων κακῶν τέλος εὑραμένων. καὶ ὡς Θρουσκάνος, ἐπεὶ Δερκυλλὶς ἔκειτο δοκοῦσα νεκρὰ, ἑαυτὸν ἐπικατασφάττει. ταῦτα πάντα, καὶ τούτων ἕτερα πολλὰ παραπλήσια, τήν τε ταφὴν αὐτῶν καὶ τὴν ἐκεῖθεν ὑπαναχώρησιν, καὶ τοὺς ἔρωτας * Μαντινίου, καὶ ὅσα διὰ τοῦτο συνέβη, καὶ ἕτερα ὅμοια κατὰ Θούλην τὴν νῆσον Δεινίας μαθὼν, μυθολογησάσης Δερκυλλίδος, εἰσάγεται νῦν συνυφαίνων τῷ Ἀρκάδι Κύμβᾳ· καὶ συμπληροῦται Ἀντωνίῳ Διογένει ὁ εἰκοστὸς τρίτος λόγος τῶν ὑπὲρ Θούλην ἐπηγγελμένων ἀπίστων. καίτοι μηδὲν ἢ βραχέα κατ' ἀρχὰς περὶ Θούλης τῆς συγγραφῆς ὑποδηλωσάσης.

Ὁ δὲ εἰκοστὸς τέταρτος λόγος, εἰσάγει Ἄζουλιν διηγούμενον, κἀκεῖθεν Δεινίαν τοῖς ἔμπροσθεν αὐτῷ μυθολογηθεῖσι πρὸς Κύμβαν συνείροντα τὰ Ἀζούλιδος: ὡς κατανοήσει τῆς γοητείας τὸν τρόπον, καθ' ὃν Παάπις ἐγοήτευσε Δερκυλλίδα καὶ Μαντινίαν, νυκτὶ μὲν ζῶντας, * ἡμέρας δὲ νεκροὺς εἶναι. καὶ ὡς ἀπήλλαξεν αὐτοὺς τοῦ πάθους· τόν τε τρόπον τῆς τιμωρίας ταύτης, καὶ δὴ καὶ τῆς ἰάσεως, ἐκ τοῦ πηριδίου μαθὼν τοῦ Παάπιδος, * ὃ συνεπεφέροντο Μαντινίας καὶ Δερκυλλίς. οὐ μόνον δέ: ἀλλ' * οὗ γε καὶ * πῶς Δερκυλλὶς καὶ Μαντινίας ἀπαλλάξειαν μεγάλου κακοῦ τοὺς τοκέας κειμένους, οὓς ὑποθήκαις Παάπιδος,

Zamolxi.

*Ζαμόλξει.

*δοξαζομένῳ.

* ἐς ἐπιγ. μέρας.

*πρὸς πρόσωπον.

*al. οὗτο μόνον τ. τ. κακοῦ τέλος εὑραμένου.

*Μαντινίου.

*ἐν ἡμέρᾳ.

*in loco imperfecto

*ὃς in τ. παλαιοῖς.

ὡς ἂν ἐπὶ τῷ ἐκείνων συμφέροντι, αὐτοὶ ἐλυμήναντο, ἴσα κεῖσθαι νεκροῖς μακρὸν χρόνον κατεργασάμενοι. εἶτα ὡς ἐκεῖθεν Δερκυλλίς, ἅμα Μαντινίᾳ, ἐπὶ τὴν πατρίδα ἐπανῆλθον, ἐπὶ τῇ τῶν τεκόντων ἀναβιώσει καὶ σωτηρίᾳ. Δεινίας δὲ, ἅμα Καρμάνῃ καὶ Μεινίσκῳ, ἀποχωρισθέντος αὐτοῖς Ἀζούλιδος, περὶ τὰ ὑπὲρ τὴν Θούλην τὴν πλάνην ἐξέτεινον· καθ' ἣν πλάνην τὰ ὑπὲρ τὴν Θούλην ἄπιστα θεάσασθαι, νῦν ἀπαγγέλλων εἰσάγεται Κύμβᾳ. ἐκεῖνα λέγων ἰδεῖν, ἃ καὶ οἱ τῆς ἀστροθεάμονος τέχνης συνειδέναι ὑποτίθενται, οἷον, ὡς ἔστιν ἐνίοις δυνατὸν κατὰ κορυφὴν τὴν ἄρκτον εἶναι, καὶ τὴν νύκτα μηνιαίαν καὶ ἐλάττονα δὲ, καὶ πλείω, καὶ ἑξαμηνιαίαν δὲ, καὶ τὸ ἔσχατον, ἐνιαυσιαίαν. οὐ μόνον δὲ τὴν νύκτα ἐπὶ τοσοῦτον παρατείνεσθαι: ἀλλὰ καὶ τὴν ἡμέραν ταύταις συμβαίνειν ἀνάλογον· καὶ ἕτερα δὲ * ἀπαγγέλλει ἰδεῖν ὅμοια καὶ ἀνθρώπους δὲ ἰδεῖν, καὶ ἕτερά τινα, τερατεύεται, ἃ μηδεὶς μήτε ἰδεῖν ἔφη, μήτε ἀκοῦσαι, ἀλλὰ μηδὲ φαντασίαις ἀνετυπώσατο. καὶ, τὸ πάντων ἀπιστότατον, ὅτι πορευόμενοι πρὸς βορρᾶν ἐπὶ σελήνην, ὡς ἐπί τινα γῆν καθαρωτάτην, πλησίον ἐγένοντο· ἐκεῖ τε γενόμενοι, ἴδοιεν ἃ εἰκὸς ἦν ἰδεῖν τὸν τοιαύτην ὑπερβολὴν πλασμάτων προαναπλάσαντα. εἶτα καὶ ὡς ἡ Σίβυλλα τὴν μαντικὴν ἀπὸ Καρμάνης ἀνέλαβε. μετὰ δὲ ταῦτα ὅτι εὐχὰς ἰδίας ἕκαστος ηὔξατο, καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἑκάστου συνέπεσεν, ὥσπερ ηὔξατο: αὐτὸν δέ φησιν ἐκεῖθεν ἀφυπνώσαντα, εἰς Τύρον, εἰς τὸν τοῦ Ἡρακλέους ναὸν, εὑρεθῆναι· ἐκεῖθέν τε ἀναστάντα, τήν τε Δερκυλλίδα καὶ τὸν Μαντινίαν ἀνευρεῖν εὖ πεπραγότας. καὶ τούς τε γονεῖς τοῦ μακροῦ ἀπαλλάξαι τοῦ ὕπνου, μᾶλλον δὲ ὀλέθρου, καὶ τὰ ἄλλα εὐδαιμονοῦντας. ταῦτα Κύμβᾳ Δεινίας διεμυθολόγησε. καὶ κυπαριττίνας δέλτους προενεγκὼν, ἐγγράψαι ταύτας τὸν Ἀθηναῖον Ἐρασινίδην συνεπόμενον τῷ Κύμβᾳ, ἦν γὰρ τεχνίτης λόγων, παρεκελεύσατο· ὑπέδειξε δὲ αὐτοῖς καὶ τὴν Δερκυλλίδα· αὕτη γὰρ καὶ τὰς κυπαριττίνας δέλτους ἤνεγκε, προσέταξέ τε τῷ Κύμβᾳ δίχα ταῦτα τὰ διαμυθολογηθέντα ἀναγράψασθαι: καὶ θατέραν μὲν τῶν δέλτων αὐτὸν ἔχειν, τὴν ἑτέραν δὲ, καθ' ὃν ἀποβιώῃ καιρὸν, τὴν Δερκυλλίδα πλησίον τοῦ τάφου, κιβωτίῳ ἐμβαλοῦσαν. καταθεῖναι. ὁ * γοῦν Διογένης; ὁ καὶ Ἀντώνιος, ταῦτα πάντα Δεινίαν εἰσαγαγὼν πρὸς Κύμβαν τερατευσάμενον, ὅμως γράφει Φαυστίνῳ, ὅτι τε συντάττει περὶ τῶν ὑπὲρ Θούλην ἀπίστων, καὶ ὅτι τῇ ἀδελφῇ Ἰσιδώρᾳ φιλομαθῶς ἐχούσῃ, τὰ δράματα προσφωνεῖ. λέγει δὲ ἑαυτὸν, ὅτι ποιητής ἐστι κωμῳδίας παλαιᾶς, καὶ ὅτι εἰ καὶ ἄπιστα καὶ ψευδῆ πλάττοι· ἀλλ' οὖν ἔχοι περὶ τῶν [πλείστων] μυθολογηθέντων αὐτῷ ἀρχαιοτέρων μαρτυρίας, ἐξ ὧν σὺν καμάτῳ ταῦτα συναθροίσει. προτάττει δὲ καὶ ἑκάστου βιβλίου τοὺς ἄνδρας. οἳ τὰ τοιαῦτα προαπεφήναντο, ὡς μὴ δοκεῖν μαρτυρίας χηρεύειν τὰ ἄπιστα. ἐπιστολὴν μὲν οὖν κατ' ἀρχὰς τοῦ βιβλίου γράφει πρὸς τὴν ἀδελφὴν Ἰσιδώραν· δι' ἧς εἰ καὶ τὸ προσφωνεῖσθαι αὐτῇ τῶν συγγραμμάτων δείκνυται πεποιημένος· ἀλλ' οὖν εἰσάγει Βάλαγρον

al. ἱστορεῖν.

Sibylla.

al. γάρ.

quasi hoc sibi profuturum esset, graui affecerant incommodo, cum longo eos tempore mortuorum instar iacere fecissent. Accedit huc, vti Dercyllis, & Mantinias in patriá properarint, parentibus vt vitam salutemque redderent.

Dinias interim vnà cum Carmane, & Menisco, separato ab ipsis Azulide, vltra ipsam Thulen etiam oberrauit. quo quidem in errore quæ supra Thulen incredibilia viderit, nunc inducitur referre Cymbæ: ea nimirum à se conspecta esse dicens, quæ & astrorum studiosi docere solent. Qualia sunt ista: Habitare quosdam posse sub polo arctico, & noctem inueniri vnius mensis, aliáque qua breuiorem, qua longiorem, vt sex etiam mensium, & summum anni vnius spatium teneat. Neque verò noctem solùm eo vsque produci, sed diem etiam ipsum noctibus his proportione respondere: aliaque id genus à se visa nuntiat. Homines item conspexisse se, & quædam alia fabulatur, qualia mortalium nemo vidit, audiuit, sed ne mente quidem effinxit. Hoc autem omnium maxime omnem excedit fidem, quòd Boream versus profecti ad Lunam propius, tanquam ad purissimam quandam [a] tellurem, accesserint, indidemque cernere potuerint ea, quæ vidisse par est eum, qui nugas huiusmodi supra fidem confinxerit. Adhæc & Sibyllam vaticinandi artem à Carmane didicisse tradit, ac vota post ista quemque sua & preces concepisse, atque vt optarant, res dein singulis cecidisse: hinc enim è somno ait excitatum se Tyri in templo [b] Herculis repertum: vnde cùm surrexisset, ipsam quoque Dercyllida & Mantiniam reperisse, cum cetera belle hactenus egisse, tum parentes suos è longo illo siue somno, siue interitu potius, [c] feliciter excitasse, beatámque modo in omnibus vitam ducere. Hæc Cymbæ Dinias fabulosè retulit, prolatisque cupressinis tabulis, inscribere eas iubet Erasinidem Atheniensem, Cymbæ comitem, litterarum non imperitum. Ostendit etiam ipsis Dercyllida (hæc enim cupressinas illas tabulas attulit) Cymbæque negotium dedit, vt duplici exemplo eis hactenus narrata inscriberentur: & alteram quidem tabellarum ille penes se haberet: alteram verò Dercyllida cum e vita decessisset, suo in tumulo capsulæ impositam collocaturam.

Diogenes igitur, idémque Antonius, qui hasce omnes prodigiis similes fabulas Diniam facit Cymbæ narrantem, Faustino tamen scribit: *De incredibilibus se, quæ vltra Thulen essent*, scribere, & Isidoræ sorori, literis cum primis deditæ, hæc ipsa dedicare. Veteris præterea comœdiæ Poetam se profitetur: ac licet falsa, eaque incredibilia finxerit, habere tamé de his ipsis fabulis testes longè antiquiores, è quorum scriptis summo hæc labore contulerit. Singulis deinde libris auctores laudat, qui eadem antea in litteras miserint, ne teste scilicet idoneo carere etiam incredibilia illa viderentur.

Ipso igitur Operis initio epistolam ad Isidoram sororem scribit, qua licet hoc illi volumen inscriptum esse ostendat, Balagrú nihilo

a Habitari in Luna, eámque esse terrá multorum vrbiú & montium, dixit olim Xenophanes, vt refert Cic. Acad. quæst. 4.

b Vide Arrian. Curt. Greg. Gyrald. de hoc Hercule.

c Herbis etiá homines ad vitam reuocatos fabulatur Pli. lib. ... & ... alios lib. ... ... Menon ... quoque vita restitutum refert.

secius quendam ibi vxori suæ, Philæ nomine, Antipatri filiæ, scribentem narrantémque facit, cum ab Alexandro Macedonum rege Tyrus caperetur, & ignis plurima deuastaret, venisse ad Alexandrum militem, qui se peregrinum quid, prætérque opinionem indicandum habere diceret. Esse enim quid extra oppidum spectatu dignum. Regem itaque adsumtis vna secum Hephæstione, & Parmenione sociis, militem secutum ad tumulos è lapide subterraneos quosdam peruenisse, quorum alius sic esset inscriptus: LYSILLA VIXIT ANNOS XXXV. Alter verò sic: MNASON MANTINIAE F. VIXIT ANNOS LXVI. *a* POST LXXI. Alius vero titulus erat: ARISTION PHILOCLIS F. VIXIT ANNOS XLVII. *a* POST LII. Alius rursum sic inscriptus lapis: MANTINIAS MNASONIS F. ANNOS VIXIT XLII. NOCTESQVE LX. ET DCC. Item alius: DERCYLLIS MNASONIS FILIA ANNOS VIXIT XXXIX. NOCTESQVE LX. ET DCC. Sextus verò tumulus hoc epigrammate: DINIAS ARCAS VIXIT ANNOS C. ET XXV. His lectis dum animi pendent (præterquam in primo tumulo, cuius clarior erat titulus) ad parietem inciderunt in arculam è cupresso fabricatam, cui sic inscriptum:

HOSPES QVISQVIS ES APERI, VT DISCAS QVÆ ADMIRARIS.

Aperto igitur ab Alexandri sociis scriniolo, cyparissinas inueniunt tabellas, quas, vt apparet, Dercyllis ibi Diniæ mandato collocarat. Hæc ferè vxori scribentem Balagrum inducit, quódque cyparissinas istas tabulas transcribens, eidem coniugi transmiserit. Ab hac occasione fertur deinceps oratio ad cupressinarum lectionem, scriptionémque tabularum, & Dinias quoque adest narrans, quæ prædiximus Cymbæ. Ad hunc ergo modum, ac de his ferè rebus dramatis est fictio ab Antonio Diogene composita.

Videtur autem ipse tempore prior esse iis, *b* qui talia studiosè confinxerunt, vt *c* Luciano, Lucio, *d* Iamblicho, *e* Achille Tatio, *f* Heliodoro, atque *g* Damascio. Nam & *verarum* Luciani *narrationum & transformationum* Lucij fontem hunc & radicem dixeris. Quin & eorum, quæ de Sinonide ac Rodane, de Leucippe ac Clitophonte, de Charicleа ac Theagene, déque fictis eorum rebus, erroribus, amoribus quoque & raptu atque periculis composita sunt, Dercyllis, Ceryllus, Thruscanus, ac Dinias exemplū præbuisse meritò cēseri queant. Qua verò tempestate fabularum hic auctor, Diogenes ille Antonius vixerit, non habeo certò affirmare. Illud tantùm coniicere liceat, non ita diu post Alexandri magni tempora floruisse. Meminit item Antiphanis cuiusdam se antiquioris, quem id genus prodigiosis narrationibus simillima conscripsisse ait. Ex ipsis verò potissimum, vt & è cæteris huius farinæ fictis narrationibus duplex parari, eáque non modica vtilitas potest. Primum quidem, quod hinc, etsi qui iniustè quidpiam admiserunt, effugere sæpius videantur, tandem tamen meritas dare pœnas, discas. Insontes deinde multos, ingentibus vicinos periculis, præter spem omnem sæpenumero seruari.

πρὸς τὴν οἰκείαν γυναῖκα, Φίλαν τοὔνομα, γράφοντα, θυγάτηρ δὲ ἦν Ἀντιπάτρου αὕτη· ὅτι τῆς Τύρου ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως Μακεδόνων εἰς ἅλωσιν ἐλθούσης, καὶ πυρὶ τὰ πλεῖστα διαπανηθείσης, στρατιώτης ἧκεν * ὡς Ἀλέξανδρον, ξένον τι καὶ παράδοξον λέγων μηνύειν. εἶναι δὲ τὸ θέαμα, τῆς πόλεως ἔξω. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἡφαιστίωνα καὶ Παρμενίωνα συμπαραλαβὼν, εἵπετο τῷ στρατιώτῃ, καὶ καταλαμβάνουσιν ὑπογείους λιθίνους σορούς· ὧν ἡ μὲν ἐπεγέγραπτο, Λυσίλλα ἐβίω ἔτη πέντε καὶ τριάκοντα· ἡ δὲ, Μνάσων Μαντινίου ἐβίω ἔτη ἓξ καὶ ἑξήκοντα ἀπὸ ἑνὸς καὶ ο. ἡ δὲ Ἀριστίων Φιλοκλέους ἐβίω ἔτη ζ καὶ μ΄, ἀπὸ β΄ καὶ ν΄. ἄλλη δὲ Μαντινίας Μνάσωνος ἔτη ἐβίω β καὶ μ΄. καὶ νύκτας ξ΄ καὶ ψ΄. ἑτέρα δὲ Δερκυλλὶς ἐβίω Μνάσωνος ἔτη θ΄ καὶ λ΄, καὶ νύκτας ξ΄ καὶ ψ΄. ἡ δὲ ἕκτη σορὸς, Δεινίας Ἀρκὰς ἐβίω ἔτη ε καὶ κ΄ καὶ ρ΄. τούτοις διαπορούντες, πλὴν τῆς πρώτης σοροῦ (σαφὲς γὰρ τὸ ἐκείνης ἦν ἐπίγραμμα) ἐντυγχάνουσι παρὰ τοῖχον κιβωτίῳ μικρῷ κυπαριττίνῳ πεποιημένῳ, ᾧ ἐπεγέγραπτο· Ὦ ξένε, ὅστις εἶ, ἄνοιξον, ἵνα μάθῃς, ἃ θαυμάζεις. ἀνοίξαντες οὖν οἱ περὶ Ἀλέξανδρον τὸ κιβώτιον, εὑρίσκουσι τὰς * κυπαριττίνας δέλτους, ἃς (ὡς ἔοικε) κατέθηκε Δερκυλλὶς κατὰ τὰς ἐντολὰς Δεινίου. Ταῦτα * Βάλαγρον εἰσάγει τῇ γυναικὶ γράφοντα, καὶ ὅτι τὰς κυπαριττίνας δέλτους μεταγραψάμενος, διαπέμψειε τῇ γυναικί. καὶ λοιπὸν ἐμβάλλει ἐντεῦθεν ὁ λόγος εἰς τὴν τῶν κυπαριττίνων δέλτων ἀνάγνωσιν καὶ γραφὴν, καὶ πάρεισι Δεινίας Κύμβᾳ διηγήμενος ἅπερ προείρηται. οὕτω μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τούτοις ἡ τῶν δραμάτων πλάσις τῷ Ἀντωνίῳ Διογένει ἐσχημάτισται. Ἔστι δ', ὡς ἔοικεν, οὗτος χρόνῳ πρεσβύτερος τῶν τὰ τοιαῦτα ἐσπουδακότων διαπλάσαι, οἷον Λουκιανοῦ, Λουκίου, Ἰαμβλίχου, Ἀχιλλέως Τατίου, Ἡλιοδώρου τε καὶ Δαμασκίου. καὶ γὰρ τοῦ περὶ ἀληθῶν διηγημάτων Λουκιανοῦ, καὶ τοῦ περὶ μεταμορφώσεων Λουκίου, πηγὴ καὶ ῥίζα ἔοικεν εἶναι τοῦτο. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τῶν περὶ Σινωνίδα καὶ Ῥοδάνην, Λευκίππην τε καὶ Κλειτοφῶντα, καὶ Χαρίκλειαν καὶ Θεαγένην, τῶν τε περὶ αὐτοὺς πλασμάτων καὶ τῆς πλάνης, ἐρώτων τε καὶ ἁρπαγῆς καὶ κινδύνων, ἡ Δερκυλλὶς καὶ Κήρυλλος καὶ Θρουσκάνος καὶ Δεινίας ἐοίκασι παράδειγμα γεγονέναι. τὸν χρόνον δὲ, καθ' ὃν ἤκμασεν ὁ τῶν τηλικούτων * πλασμάτων πατὴρ Διογένης ὁ Ἀντώνιος, οὔπω τι σαφὲς ἔχομεν λέγειν. πλὴν ἔστιν ὑπολογίσασθαι, ὡς οὐ λίαν πόρρω τῶν χρόνων τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου. μνημονεύει δὲ οὗτος ἀρχαιοτέρου τινὸς Ἀντιφάνους, ὅν φησι περὶ τοιαῦτά τινα τερατολογήματα κατεσχολακέναι. ἔστι δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ μάλιστα, ὡς ἐν τηλικούτοις * πλάσμασί τε καὶ μυθεύμασι, δύο τινὰ θεωρῆσαι χρησιμώτατα· ἓν μὲν, ὅτι τὸν ἀδικήσαντά τι, κἂν μυριάκις ἐκφυγεῖν δόξῃ, εἰσάγει πάντως δίκην δεδωκέναι. καὶ δεύτερον, ὅτι πολλοὺς ἀναιτίους, ἐγγὺς μεγάλῳ γεγονότας κινδύνῳ, παρ' ἐλπίδα δείκνυσι πολλάκις διασωθέντας.

* αὐτ.

* κυπαρισσίνας.

* al. Σάλαγρ.

Lucianus. Lucius. Iamblichus. Achilles Tatius. Heliodorus. Damascius.

* πραγμάτων.

* πλάσμασί τε καὶ μυθεύμασι.

ΙΩΑΝ-

CLXVII.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΣΤΩΒΑΙΟΥ ΕΚΛΟΓΑΙ ἀποφθεγμάτων ὑποθηκῶν βιβλία δʹ.

167. Io. Stobaei Eclogarum, &c. libri IV.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Ἰωάννου Στοβαίου ἐκλογαὶ ἀποφθεγμάτων, ὑποθηκῶν, βιβλία τέσσαρα ἐν τεύχεσι δυσί. προσφωνεῖ δὲ ταῦτα, δι᾽ ὃν καὶ τὴν συναθροισιν φιλοπονῆσαι λέγει, * Σεπτιμίῳ ἰδίῳ υἱῷ. ἡ δὲ συναγωγὴ αὐτῷ ἐκ τε ποιητῶν καὶ ῥητόρων, καὶ τῶν κατὰ τὰς πολιτείας λαμπρῶς βεβιωκότων ἐγένετο. ὧν, ὡς καὶ αὐτός φησι, τῶν μὲν τὰς ἐκλογάς, τῶν δὲ τὰ ἀποφθέγματα, καί τινων ὑποθήκας συλλεξάμενος, ἐπὶ τῷ ῥυθμίσαι καὶ βελτιῶσαι τῷ παιδὶ τὴν φύσιν, ἀμνημονεστέραν ἔχουσαν, πρὸς τὴν τῶν ἀναγνωσμάτων στήλην συνλεγεν. Ἔστι δὲ αὐτῷ τὸ μὲν πρῶτον βιβλίον, φυσικόν· τοῦ δὲ δευτέρου μέν τι κατ᾽ ἀρχὰς λογικόν, τὸ δὲ λοιπὸν καὶ * πολιτικὸν καὶ ἠθικόν. καὶ τὸ τρίτον δὲ καὶ τὸ τέταρτον, πλὴν ὀλιγίστων, ἠθικά καὶ πολιτικά. καὶ γὰρ τὸ μὲν πρῶτον ἔχει μὲν κεφάλαια ξ, οἷς καὶ τὰς τῶν παλαιῶν ἁρμόζει χρήσεις καὶ χρείας· ταῦτα δέ εἰσι μετὰ τὸ περὶ θεοῦ διαλαβεῖν, ὅτι δημιουργὸς τῶν ὄντων, καὶ διέπει τὸ ὅλον τῷ τῆς προνοίας λόγῳ. δεύτερον, περὶ τῶν νομιζόντων μὴ εἶναι πρόνοιαν, καὶ ἑπομένας ταύτῃ θείας ἐπὶ τῇ τοῦ παντὸς διοικήσει δυνάμεις. εἶτα περὶ δίκης παρὰ τοῦ θεοῦ τεταγμένης ἐπεπιβλέπειν τὰ γινόμενα ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ποινηλάτιδος οὖσαν τῶν ἁμαρτανόντων· καὶ περὶ ἀνάγκης θείας, καθ᾽ ἣν ἀπαραιτήτως τὰ κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ γίνεται βούλησιν· περί τε εἱμαρμένης, καὶ τῆς τῶν γινομένων εὐταξίας· περὶ τύχης ἢ ταὐτομάτου· καὶ ὅτι ἀλόγιστος ἡ φορὰ τῆς τύχης· περί τε χρόνου οὐσίας καὶ μερῶν, καὶ πόσων εἴη αἴτιος; καὶ περὶ ἀφροδίτης οὐρανίας, καὶ ἔρωτος θείου. δέκατον, περὶ ἀρχῶν καὶ στοιχείων, καὶ τοῦ παντός. εἶτα περὶ ὕλης. περὶ ἰδέας. περὶ αἰτίων. περὶ σωμάτων, καὶ περὶ τῆς τούτων τομῆς, καὶ περὶ ἐλαχίστου. περὶ σχημάτων. περὶ χρωμάτων. περὶ μίξεως καὶ κράσεως. περὶ * κενοῦ καὶ τόπου, καὶ χώρας· περὶ κινήσεως. εἰκοστὸν δὲ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς. περὶ κόσμου, καὶ εἰ ἔμψυχος, καὶ προνοίᾳ διοικούμενος; καὶ ποῦ * ἔχει τὸ ἡγεμονικόν, καὶ πόθεν τρέφεται; περὶ τάξεως τοῦ κόσμου. εἰ ἓν τὸ πᾶν; περὶ τῆς οὐρανοῦ οὐσίας καὶ διαιρέσεως· περὶ οὐσίας ἄστρων καὶ σχημάτων, κινήσεώς τε καὶ ἐπισημασίας· περὶ οὐσίας ἡλίου καὶ μεγέθους, σχήματός τε καὶ τροπῶν, καὶ ἐκλείψεως καὶ σημείων, καὶ κινήσεως· περὶ σελήνης οὐσίας, μεγέθους καὶ σχήματος, φωτισμῶν τε, καὶ περὶ ἐκλείψεως, καὶ περὶ ἀποστημάτων καὶ σημείων· περὶ γάλακτος· περὶ κομητῶν, καὶ διαττόντων, καὶ τῶν τοιούτων· περὶ βροντῶν, ἀστραπῶν, κεραυνῶν, πρηστήρων, τυφώνων. τριακοστὸν δέ, περὶ ἴριδος, περὶ ἅλω, καὶ παρηλίου, καὶ ῥάβδων. καὶ δὴ καὶ περὶ νεφῶν, ὁμίχλης, ὑετῶν, δρόσου, χιόνος, πάχνης, χαλάζης· περὶ ἀνέμων. περὶ γῆς, εἰ μία καὶ πεπερασμένη. καὶ * περὶ ποίου μεγέθους, καὶ περὶ θέσεως αὐτῆς, καὶ περὶ σχήματος αὐτῆς τῆς γῆς. καὶ πότερα μένει ἡ γῆ, ἢ κινεῖται; περί τε * σεισμοῦ γῆς. καὶ περὶ θαλάσσης, πῶς ἀμπώτεις καὶ πλημμύραι γίνονται. περὶ ὑδάτων. περὶ τοῦ παντός. περὶ φύσεως καὶ τῶν συμβαινόντων ἐξ αὐτῆς αἰτίων. περὶ τῆς τῶν ζώων γενέσεως, καὶ τὰ ἑξῆς.

* Σεπτιμίῳ. * πολιτικόν. * κενοῦ. * ἔχει. * ἐν μεγέθους. * σεισμοῦ.

IOANNIS STOBAEI *Eclogarum, Apophthegmatum, & vitae praeceptionum libri IV.*

LEGIMVS IOANNIS STOBAEI *Eclogarum, Apophthegmatum, & praeceptionum vitae libros quatuor*, voluminibus duobus. Dedicat eos, cuius maximè gratia collectos affirmat, a Septimio filio suo. Collegit autem (vt ipse met indicat) e [philosophis] poetis, oratoribus, atque eis, qui in omni repub. rebus gestis claruerunt, partim eclogas, partim apophthegmata, partim denique instituendae vitae praecepta, quae instar columnae alicuius erigere voluit, quo ad hanc rerum lectarum fidem dubium nonnihil filij ingenium componeret, meliusque redderet. Primus autem liber totus est physicus: alter deinde *b* aliqua sui parte ad sermonem ab initio pertinet: cetera verò, & longe maxima, ethicus est. Tertius denique & quartus, pauca si demas, ethica rursum & politica *c* continent.

Primus itaque liber capita complectitur *d* LX. ad quae veterum sententias celebriáque dicta redegit. Sunt autem ista:

Postquam de Deo disseruit, *e* cunctorū cum opificem esse, & prouidentia sua gubernare vniuersum.

Secundum caput de iis agit, qui prouidentiam tollunt, diuináque facultates eas, quae illam ipsam ad vniuersum administrandū cō-sequuntur. 3 Deinde de constituta a Deo iustitia ad hominum facta inspicienda, & peccata punienda. 4 De diuina necessitate, qua necessariò cuncta quae ex Dei voluntate sunt, fiunt. 5 De fato, & apto eorum quae fiunt ordine. 6 De fortuna siue casu. 7 Temere huc illuc fortunam ferri. 8 De temporis natura ac partibus, & *f* quot quantarúmque rerum causa sit. 9 De Venere coelesti, & diuino amore. 10 De principiis, & elementis, atque vniuerso. 11 Hinc de materia. 12 De idea. 13 De caussis. 14 De corporibus, eorúmque sectione, & de minimo. 15 De figuris. 16 De coloribus. 17 De mistione, & temperamento. 18 De vacuo, loco, & spatio.

19 De motu. 20 De ortu atq; interitu. 21 De mundo: &, Animatúsne sit ac prouidētia regatur, atque vbi principatum habeat, & vnde nutriatur? 22 De mundi ordine: &, An vnum sit vniuersum. 23 De coeli natura ac diuisione.

24 De siderum natura, figura, motu, significatione. 25 De Solis natura, magnitudine, figura, conuersionibus, defectu, signis, & motu.

26 De lunae natura, magnitudine, figura, & illustratione, deque eclipsi, eiusdē *g* interuallo, ac signis. 27 De lactea via. 28 De cometis, & trāsuolantib. stellis, ac similib. 29 De tonitruis, fulguribus, fulminibus, *h* igneis turbinibus, & typhonibus. 30 De iride, de corona, parelio, ac virgis. 31 Item de nubibus, nebulis, pluuiis, rore, niue, pruina, & grandine. 32 De vētis. 33 De terra: sitne vna, & finita 34 Quantae magnitudinis terra sit, deq; eius situ 35 De figura ipsius terrae. 36 Fixáne terra sit atq; immota, an mobilis? 37 De terrae motu. 38 De mari: quónam pacto aestus eius modo recedat, modò accedat.

39 De aquis. 40 De vniuerso. 41 De natura, caussisque ex ea ortis. 42 De animantium generatione, *i* ceterisque.

a Suidas Σεπτίμιον vocat (puto legend. vtrobiq; Σεπτίμιον) ipsúmque & ipsos quatuor Stobaei libros numerat, quorum vix tres hodie integri circumferuntur.

b Sex prima capita, quae & interciderunt.

c Quin & oeconomica quaedam.

d Habes ea omnia, aut penè omnia, Graece & Latine a Gul. Cantero pridem edita, sed aliter aliquando digesta, & nonnunquam perturbata, aut variis sine titulo dispersa, praeterquam quod multa in locis corrupta sint ac mutila.

e Quod hic interciderat a Cātero editione de numeris caput, e prolegomenis huc mire translata docet Post pag. seq. & mitra frag. menta eiusdem Cantero ideo ex Cod. m. Bibliothecae Augustana. Ε tamen in Cantero editione, viδεῖ ἀρ.

g Addit Cāterus libri Facierum: de qua Plutarchus in opusculo libellum, haneq; apocd. epit. Vide Pl. lib. 2. cap. 48. & seq.

i Cum sequentibus, quae apud Gul. Canterum inscribuntur, de caussis similitudinis parentum & matrum. Item Quare septimestres partus vitales.

IO. STOB.

43. Quot sint animantium genera: &, An omnia ratione sensúque prędita? 44 De somno & morte. 45 De a stirpibus. 46 De animantium nutrimento, eódemque appetitu. 47 De natura hominis. 48 De mente. 49 De b anima. 50 De sensibus, & sensuum obiectis: &, An etiam veræ sint sensiones? 51 Quot sint sensus, cuiusque naturæ singuli, atque efficaciæ. 52 De visu, & speciebus visibilibus. 53 De auditu. 54 De olfactu. 55 De gustatu. 56. De tactu.

57 De voce: &, An corporis expers, ac quid sit in ea præcipuum. 58 De imaginatione, ac diiudicandi facultate.

Nonum vero & quinquagesimum: De opinione.

Sexagesimum denique: De respiratione atque (eius) affectionibus.

Et hæc quidem libri primi capita sunt, taliáque continent, ad naturam omnium pertinentia, paucis duntaxat initio exceptis, quæ ad metaphysica quispiam rectius retulerit. Per hæc ergo capita, vt diximus, veterum sententias, siue consentientes, siue repugnantes legendis Stobæus apposuit. Hoc ipso tamen libro, antequam ea, quæ modo recensui, aggrediatur capita, de aliis duobus disserit. Quorum primum Philosophiæ laudatio est, & ea quidem ex variis congesta scriptoribus. Alterum vero de sectis, quæ in ea conspirarunt. Vbi pariter veterum opiniones de Geometria, Musica, & Arithmetica describit.

Alter dein liber c sex & quadraginta absoluitur capitibus.

Primum quidem de sacrorum interpretibus, & quòd a mortalibus spiritualium vera natura comprehendi nequeat.

2 Hinc de arte disserendi. 3 De bene dicendi facultate. 4 De oratione, ac d litteris. 5 De arte poetica. 6 De charactere, seu forma orationis. 7 De e morum Philosophia. 8 De iis, quæ in nostra sunt potestate.
9 Neminem sponte esse improbum.
10 Qualem deceat esse Philosophum.
11 Pietatem erga DEVM colendam esse.
12 Piis ac iustis f numen auxilio esse.
13 De vaticinio. 14 Sapientum consuetudinem magni esse faciendam: fugiendos vero, ac declinandos improbos atque imperitos.
15 De eo quod videtur tantùm, & de eo quod vere est. 16 Non e verbis, sed moribus de homine esse iudicandum.
17 Eos qui aliis insidientur, seipsos potius imprudentes lædere. 18 De nominis gloria. 19 De fama. 20 Modum esse optimum. 21 Virtutem ægrè parari: Vitium contra facilè acquiri. 22 Non oportere stultorum iudicij rationem habere.
23 Fictionem siue hypocrisin, quæ non iis tantùm, apud quos exercetur, sed ipsis quoque fingentibus nocet, ex animo esse pellendam.
24 g Curiositatem esse vitandam: præbere enim ansam inuidiæ, atq; h calumniæ. 25 Optimum esse resipiscere, in quib. ipse deliqueris.
26 Conuitium minime esse bonum. 27 In conuitiando considerandum, ne in eadem ipsi quandoque errata incidamus. 28 De vitæ necessitate. 29 Opportune res agi debere.
30. De voluntate: non esse eam temerè differendam. 31 Aduersis affligi summæ sæpenumero vtilitati esse, maximè verò imprudentibus.
32 De educatione, atque institutione. 33 Optimum bonorum omnium esse amicitiam.

a Hæc refero Canteri illud: Quo modo stirpes animantur, & animata sint.
b De qua fusè [illegible] Canter. [illegible]

c De quibus [illegible] primum [illegible] Reliqua [illegible] libri al[illegible] capita, magno sanè damno [illegible] tur.
d Hæc planè pertinent quæ [illegible] Canteri edit. [illegible] leguntur.
e Cur versum capita [illegible] Cant. [illegible] tamen vltimum illud est, quod [illegible] locum obtinet.
f τὸ κρεῖττον.

g Vide Plutarchum libello de Curiositate.
h lege Luciani libell. Non esse calumniæ credendum.

πόσα γένη ζώων, καὶ εἰ πάντα λογικὰ καὶ αἰσθητά; περὶ ὕπνου καὶ θανάτου. περὶ φυτῶν. περὶ τροφῆς καὶ ὀρέξεως τῶν ζώων. περὶ φύσεως ἀνθρώπων· περὶ νοῦ, περὶ ψυχῆς· περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν, καὶ εἰ ἀληθεῖς αἱ αἰσθήσεις; πόσαι εἰσὶν αἱ αἰσθήσεις, καὶ ποίας οὐσίας καὶ ἐνεργείας ἔχουσι; περὶ ὁράσεως καὶ κατοπτρικῶν ἐμφάσεων· περὶ ἀκοῆς, περὶ ὀσφρήσεως, περὶ γεύσεως, περὶ ἁφῆς· περὶ φωνῆς, καὶ εἰ ἀσώματος ἡ φωνή, καὶ τί αὐτῆς τὸ ἡγεμονικόν; περὶ φαντασίας, καὶ κριτηρίου. νθ', περὶ δόξης. καὶ ξ', περὶ ἀναπνοῆς καὶ παθῶν. καὶ τὰ μὲν τοῦ πρώτου βιβλίου κεφάλαια τοσαῦτα, καὶ περὶ τούτων· καὶ δῆλον ὅτι φυσικά, πλὴν ἐνίων τῶν ἐν ἀρχῇ, ἃ μᾶλλον ἄν τις εἰς τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ τάξειε. τούτοις δὲ, ὡς ἔφημεν, τὰς τῶν παλαιῶν δόξας, εἴτε συμφώνους αὐτοῖς, εἴτε καὶ διαφώνους, παρατίθησιν. ἐν μέντοι τούτῳ τῷ βιβλίῳ, πρὸ τοῦ τοῖς εἰρημένοις κεφαλαίοις * ἐπιβαλεῖν, περὶ δύο κεφαλαίων διαλαμβάνει. ὧν τὸ μὲν ἔπαινός ἐστι φιλοσοφίας, καὶ ἔστιν ἐκ διαφόρων αὐτῷ συνηθροισμένον· τὸ δὲ περὶ τῶν * κατ' ταύτην συνεστηκυιῶν αἱρέσεων. ἐν ᾧ καὶ περὶ γεωμετρίας, καὶ μουσικῆς, καὶ ἀριθμητικῆς, δόξας παλαιὰς συναναγράφει. * ἐπιβάλλειν * κατ' αὐτὴν

Τὸ δὲ δεύτερον βιβλίον συμπληροῦται μὲν κεφαλαίοις μϛ', καὶ διαλαμβάνει δὲ τὸ πρῶτον μὲν περὶ τῶν τὰ θεῖα ἑρμηνευόντων, καὶ ὡς ἐστιν ἀνθρώποις ἀκατάληπτος ἡ τῶν νοητῶν κατὰ τὴν οὐσίαν ἀλήθεια. εἶτα περὶ διαλεκτικῆς, καὶ περὶ ῥητορικῆς, καὶ περὶ λόγου καὶ γραμμάτων, περὶ ποιητικῆς, περὶ χαρακτῆρος, περὶ τοῦ ἠθικοῦ εἴδους τῆς φιλοσοφίας, περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν, ὅτι οὐδεὶς ἑκὼν πονηρός· ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν φιλόσοφον· ὅτι χρὴ σέβειν τὸ θεῖον· ὅτι τοῖς εὐσεβέσι καὶ δικαίοις βοηθεῖ τὸ κρεῖττον· περὶ μαντικῆς. ὅτι χρὴ περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι τὰς τῶν σοφῶν συνουσίας, ἐκκλίνειν δὲ τοὺς φαύλους καὶ ἀπαιδεύτους· περὶ τοῦ δοκεῖν καὶ τοῦ εἶναι· καὶ ὅτι οὐκ ἐκ τῶν λόγων χρὴ κρίνειν τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τῶν ἔργων. ὅτι οἱ ἄλλοις ἐπιβουλεύοντες, ἑαυτοὺς λανθάνουσι καταβλάπτοντες· περὶ εὐδοξίας· περὶ φήμης· ὅτι μέτρον ἄριστον· ὅτι δυσκατόρθωτον ἡ ἀρετή, εὐμεταχείριστον δὲ ἡ κακία. ὅτι οὐ χρὴ λόγον ποιεῖσθαι περὶ τῆς τῶν ἀσυνέτων δοκιμασίας. ὅτι τὴν ὑπόκρισιν, τοῖς κεχρημένοις ἐπιβλαβῆ οὖσαν, καὶ πρὸς οὓς γίνεται, τῆς ψυχῆς ἐκβλητέον. ὅτι οὐ χρὴ πολυπραγμονεῖν, φθόνου γὰρ καὶ διαβολῆς αἴτιον γίνεται τὸ τοιοῦτον. ὅτι ἐν οἷς πλημμελεῖ τις τὸ μεταμελεῖσθαι κάλλιστον. περὶ λοιδορίας, ὡς οὐκ ἀγαθόν. ὅτι ἐν τῷ λοιδορεῖσθαι χρὴ σκοπεῖν, μὴ τοῖς αὐτοῖς περιπεπλέχθαι ἐλαττώμασι. περὶ ἀνάγκης τῆς κατὰ τὸν βίον· ὅτι εὐκαίρως δεῖ πράττειν. περὶ τοῦ βουλεύεσθαι, ὅτι οὐ δεῖ ὡς ἔτυχεν ἀναβάλλεσθαι. ὅτι τὸ δυστυχῆσαι πολλάκις ἐπωφελὲς γίνεται, καὶ μάλιστα τοῖς ἄφροσι. περὶ ἀγωγῆς καὶ παιδείας. ὅτι κάλλιστον ἡ φιλία τῶν ἀγαθῶν

ὅτι ἡ

ὅτι ἡ ὁμοιότης τῶν τρόπων φιλίαν ἀπεργάζεται. ὅτι χρὴ ἐν ταῖς δυστυχίαις καὶ τοῖς κινδύνοις μὴ περιορᾶν τοὺς φίλους. ὅτι οὐ χρὴ συναδικεῖν τοῖς φίλοις. περὶ γνησίων καὶ ἀβεβαίων φίλων. ὅτι χρὴ ταχείας ποιεῖσθαι τὰς πρὸς τοὺς φίλους διαλλαγάς, τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν φέροντας, μετὰ τῆς ἀμνηστείας. ὅτι ἐν ταῖς ἀτυχίαις τοὺς γνησίους τῶν φίλων διαγινώσκομεν. φιλικὰ παραγγέλματα. περὶ ἔχθρας, καὶ ὁποῖόν τινα εἶναι χρὴ πρὸς τοὺς ἐχθρούς. περὶ τοῦ πῶς ὅτι ἔστιν ἀπ᾽ ἐχθρῶν ὠφεληθῆναι. περὶ τοῦ εὐεργετεῖν· ὅτι μείζων ἡ χάρις ἐν καιρῷ δοθεῖσα. περὶ τοῦ ἀντευεργετεῖν. ὅτι τοὺς πονηροὺς οὐ χρὴ εὖ ποιεῖν, οὐδὲ παρ᾽ αὐτῶν εὐεργετεῖσθαι. καὶ τὸ τελευταῖον περὶ εὐχαριστίας. ἐν οἷς καὶ τὰ τοῦ δευτέρου κεφάλαια.

Ἐν δὲ τῷ γ´ περιέχεται κεφάλαια μβ´. πρῶτον περὶ ἀρετῆς. εἶτα περὶ κακίας. περὶ φρονήσεως. περὶ ἀφροσύνης. περὶ σωφροσύνης. περὶ ἀκολασίας. περὶ ἀνδρείας. περὶ δειλίας. περὶ δικαιοσύνης. περὶ πλεονεξίας καὶ ἀδικίας. περὶ ἀληθείας. περὶ ψεύδους. περὶ παρρησίας. περὶ κολακείας. περὶ ἀσωτείας. περὶ φειδωλίας. περὶ ἐγκρατείας. περὶ ἀκρασίας. περὶ ἀνεξικακίας. περὶ ὀργῆς. περὶ τοῦ γνῶθι σαυτόν. περὶ ὑπεροψίας. περὶ φιλαυτίας. περὶ τοῦ συνειδότος. περὶ μνήμης. περὶ λήθης. περὶ ὅρκου. περὶ ἐπιορκίας. περὶ φιλοπονίας. περὶ ἀργίας. περὶ αἰδοῦς. περὶ ἀναιδείας. περὶ σιγῆς. περὶ τοῦ εὐκαίρως λέγειν. περὶ βραχυλογίας. περὶ ἀδολεσχίας. περὶ χρηστότητος. περὶ φθόνου. περὶ πατρίδος. περὶ ξένης. περὶ ἀπορρήτων. καὶ μβ´ περὶ διαβολῆς.

Τὰ δὲ τοῦ τετάρτου βιβλίου ἐστὶ ταῦτα· πρῶτον περὶ πολιτείας, δεύτερον περὶ νόμων καὶ * ἐθῶν. περὶ δήμου. περὶ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δυναστῶν. περὶ ἀρχῆς, καὶ περὶ τοῦ ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν ἄρχοντα· ὅτι κάλλιστον ἡ μοναρχία. ὑποθῆκαι περὶ βασιλείας. ψόγος τυραννίδος. περὶ πολέμου. περὶ τόλμης. περὶ νεότητος. περὶ στρατηγῶν, καὶ περὶ τῶν κατὰ πόλεμον χρειῶν ὑποθῆκαι. περὶ εἰρήνης. περὶ γεωργίας. περὶ ἡσυχίας. περὶ ναυτιλίας. περὶ τεχνῶν. περὶ δεσποτῶν καὶ δούλων. περὶ ἀφροδίτης πανδήμου. περὶ ἔρωτος τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἡδονῶν. περὶ κάλλους. περὶ γάμου, καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ κεφαλαίου τούτου. γαμικὰ παραγγέλματα. καὶ περὶ παίδων, καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ κεφαλαίου τούτου. καὶ ὅτι χρὴ τοὺς γονεῖς τῆς καθηκούσης τιμῆς καταξιοῦσθαι παρὰ τῶν τέκνων. ὁποίους χρὴ εἶναι τοὺς πατέρας περὶ τὰ τέκνα· ὅτι κάλλιστον ἡ φιλαδελφία καὶ ἡ περὶ τοὺς συγγενεῖς διάθεσις. οἰκονομικός. περὶ εὐγενείας, καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ κεφαλαίου τούτου. περὶ δυσγενείας. περὶ πλούτου, καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ κεφαλαίου τούτου. περὶ πενίας· σύγκρισις πενίας καὶ πλούτου. ὅτι ὁ βίος βραχὺς, καὶ φροντίδων ἀνάμεστος.

34 Morum similitudinem amicitiam conciliare. 35 In aduersis suis atque periculis, non esse negligendos amicos. 36 Non esse amicos iuuandos, cum quid iniuste faciendum suscipiunt. 37 De fidis atque infidis amicis. 38 Cito esse cum amicis in gratiam redeundum, eorumque vitia ferenda, cum erratorum obliuione. 39 In aduersis fidos explorari amicos. 40 Præcepta amicitiæ. 41 De inimicitiis, &, quo se quis modo cum hoste gerat. 42 Qua ratione *a* ex inimicis capi possit vtilitas. 43 De bene merendi studio. 44 Maius esse beneficium quod in tempore confertur. 45 De remunerandis beneficiis. 46 Non esse benigne faciendum improbis, neque ab iis beneficium vllum accipiendum. *b* Denique de Gratitudine. Atque hæc summa Capitum secundi libri.

Tertius dehinc Capita continet c XLII.

Primum de Virtute. Alterum de Vitio. 3 De Prudentia. 4 De Imprudentia. 5 De Temperantia. 6 De Intemperantia. 7 De Fortitudine. 8 De Timiditate. 9 De Iustitia. 10 De habendi Cupiditate, atque Iniustitia. 11 De Veritate. 12 De Mendacio. 13 De loquendi libertate. 14 De Assentatione. 15 De Prodigalitate. 16 De Parsimonia, [seu Tenacitate.] 17 De Continentia. 18 De Incontinentia. 19 De Patientia, [seu Malorum tolerantia] 20 De Iracundia. 21 De cognoscendo se ipsum. 22 De Fastu. 23 De cæco sui amore. 24 De Conscientia 25 De Memoria. 26 De Obliuione. 27 De Iureiurando. 28 De Periurio. 29 De laboris studio. 30 De Ignauia. 31 De Pudore. 32 De Impudentia. 33 De Silentio. 34 De tempestiua oratione. 35 De dicendi breuitate. 36 De *d* Garrulitate. 37 De Benignitate. 38 De Inuidia. 39 De Patria. 40 De peregrina terra. 41 De Arcanis. Et 42 de Calumnia.

Quarti denique libri Capita hæc sunt.

e Primum de Repub. Alterum de legibus, & consuetudinibus. 3 *f* De Plebe. 4 De potentibus in ciuitate. 5 De Principatu, &, Qualem esse principem, ac Magistratum deceat. 6 Optimum esse vnius imperium. 7 Regni administrandi præceptiones. 8 Vituperatio Tyrannidis. 9 De bello. 10 *g* * De Audacia. 11 *h* De Iuuentute. 12 De belli Imperatoribus: &, De iis, quæ militi vsui esse possint præceptis. 13 De Pace. 14 De * Agricultura. 15 De Tranquillitate. 16 De Nauigatione, (& naufragio.) 17 De *Artibus. 18 De Dominis, & seruis. 19 De Venere vulgari, (*i* quæ generationis humanæ causam fouet.) 20 De *k* amore voluptatum corporis. 21 De * Pulchritudine. 22 De Nuptiis, & eius capitis *l* cætera. 23 Connubialia præcepta. 24 De Liberis, *m* & eius generis reliqua. 25 Debito parentes honore a liberis esse afficiendos, [&, An per omnia eis obedire conueniat.] 26 *n* Quales deceat esse parentes erga liberos, [& quod vtrinque naturali quadam necessitate mutuo afficiantur.] 27 Fraternum amorem, & animi affectum, erga cognatos esse honestissimum, [quodque hi necessarij sint.] 28 De rei familiaris tuendæ ratione. 29 De nobilitate [nobiles illos esse, qui ex virtutis præscripto viuant, tametsi nec bonis moribus præditis parentibus orti sint] & *o* reliqua eiusdem argumenti. 30 De Ignobilitate. 31 De * Diuitiis, & huius generis *p* cæteris. 32 De * Inopia. 33 Diuitiarum paupertatisque comparatio. 34 Vitam esse perbreuem, curarúmque plenam.

* ἠθῶν.

IO. STOBÆVS.

a De quo & Plutarch. libellum.

b Vox ea in monade a superiore col... aberrauimus, quem facile errorem corriget, qui eum bene librum vel integrum in lucem dabit.

c Quæ totidē, & iisdem inscriptionibus, Sermonum nomine, vna cum quarto libro, edita fuere apud Græcos Venetiis, Gesnerum Tiguri non semel, ac denique Francofurti ... qui ...

d De qua Plutarch. etiam.

e Hodie in Stobæo vulgato sermo est XLIII.

f Qui Sermo in libris editis non extat.

g Hoc signo notauimus, quæ in editis desiderantur, ut ... reperimus.

h In Stobæo est hoc de Militia, & viribus corporis.

i E vulgatis libris hoc additum.

k In editis ... præcedenti capiti ... Vituperatio Veneris, & quod malus sit amor, ac multorum malorū auctor.

l De quibus sex habent capita libri editi.

m Quæ libri editi per tria distributa capita exhibent.

n Tres hic inserti Sermones ... in libris a nobis ... suppeditauimus.

o Tribus explicata capitibus in libris editis.

p Quæ in duo capita distributa sunt ...

35 De Tristitia, eiúsque molestia. 36 De morbo & medelis. 37 De Valetudine, eiúsque permansione. 38 De Medicis,& medicina. 39 De Felicitate. 40 De Infelicitate. 41 Instabilem esse mortalium prosperitatem. 42 De his qui præter meritum felices sunt. 43 De his qui præter meritum infelices sunt. 44 Quæcumque accidunt, constanter esse ferenda [hominibus, quorum est ex virtute vitam instituere.]

45 *a* Secundas res ostendi, aduersas contra tegi oportere, [& rebus præstantibus rectè vtendum.] 46 De spe. 47 De insperatis euentibus. 48 De aliorum infortunio gaudendum non esse. 49 Infelices indigere condolentibus. 50 *b* De Senectute, *c* aliáque huc spectantia. 51 De Morte, [& eam euitari non posse.] 52 De Vita. 53 *d* Vita & mors inuicem comparata. 54 *e* De Luctu. 55 De Sepultura. 56 Consolatoria.

57 In vita functos non esse exercendam contumeliam. 58 Plurimorum à morte memoriam cito euanescere.

Hæc quarti libri LVIII. Capita sunt: cum quattuor ipsorum librorum in vniuersum *e* octo sint supra ducenta: quibus, vti diximus, sententias, testimonia, & Chreas ex Eclogis, & Apophthegmatis, ac vitæ præceptis Stobæus proponit.

PHILOSOPHI *autem, ex quibus ista collegit, hi ferè sunt:*

a Ægimæus. Æschines Socraticus. Albinus. Amelius. Anacharsis. Anaxagoras. Anaxarchus. Anaximander. Anaximenes. Antipater Istieus. Antisthenes. Apelles. Apollodorus. Apollonius. Apollophanes. Arcesilaus. Archenetus. Archedemus Hecatæus. Archelaus. Archimedes. Archytas. Arianus. Aristagoras. Aristander. Aristarchus. Aristippus. Aristobrotus. Ariston. Aristonymus. Aristoteles. Aristoxenus. Asclepiades Aristæi F. Atticus. Beronice. Berosus. Bias. Bion. Boëthus. Brotinus. Callicratides. Callimachus. Carneades. Cebes. Charondas. Chilon. Chion. Chrysippus. Cleanthes. Cleobulus. Clineas. Clitomachus. Coriscus. Crantor. Critias. Critolaus. Criton. Damármenes. Damippus. Demetrius. [Democritus.] Demonax. Didimus. Diocles. Diodorus. Diogenes. [Dion.] Diotimus. Dius. Ecphantus. Ecpôlus. Empedocles. Epandrides. Epicharmus. Epictetus. Epicurus *Gargitius. Epicurus Atheniensis. Epidicus. Epigenes. Erasistratus. Eratosthenes. *b* Erysus. Euclydes. Eudoxus. Euenius. Euphrates. Euryphamus. Euristratus. Eusebius. Glauton. Harpocration. Heraclides. Heraclitus. Hermes. Herophilus. Hierax. Hierocles. Hieronymus. Hippalus. Hippias. Hippodamus. Hippônus. Hypsæus. Iamblichus. Ion. Iuncus. Leophanes. Leucippus. Longinus. Lucius. Lycus. Lyncon. Lysis [Epaminôndæ Præceptor] Maximus. Melissus. Melon. Menechmus. Menedemus. Metôpus. Metrocles. Metrodorus. Moderatus. Mnesarchus. Musonius. Naucratus. Naumachius. Nicolaus. Nicostratus. Nictus. Numenius. Ocellus. Onatus. Onêtor. Panaceus. Panætius. Parmenides. Pempe-

περὶ λύπης, ὅτι λίαν μοχθηρά. περὶ νόσου καὶ ἰάσεων· περὶ ὑγιείας καὶ διαμονῆς αὐτῆς· περὶ ἰατρῶν. περὶ εὐδαιμονίας. περὶ κακοδαιμονίας. ὅτι ἀβέβαιος ἡ τῶν ἀνθρώπων εὐπραξία. περὶ τῶν παρὰ τὴν ἀξίαν εὐτυχούντων. περὶ τῶν παρὰ τὴν ἀξίαν δυστυχούντων. ὅτι δεῖ γενναίως φέρειν τὰ προσπίπτοντα. ὅτι δεῖ τὰς εὐτυχίας προφαίνειν, τὰς δὲ ἀτυχίας κρύπτειν. περὶ ἐλπίδος. περὶ τῶν παρ᾽ ἐλπίδα. ὅτι οὐ χρὴ ἐπιχαίρειν τοῖς ἀτυχοῦσιν. ὅτι οἱ ἀτυχοῦντες χρήζουσι τῶν συμπασχόντων. περὶ γήρως, καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ κεφαλαίου τούτου· περὶ θανάτου· περὶ ζωῆς. σύγκρισις ζωῆς καὶ θανάτου. περὶ πένθους· περὶ ταφῆς. παρηγορικά. ὅτι οὐ χρὴ παροινεῖν εἰς τοὺς τετελευτηκότας. ὅτι τῶν πλειστων μετὰ θάνατον ἡ μνήμη διαρρεῖ ταχέως ὁμοῦ. τὰ κεφάλαια τοῦ τετάρτου νή. τῶν δὲ τεσσάρων βιβλίων, σή. οἷς παρατίθησιν, ὡς ἔφημεν, Ἰωάννης ἔκ τε τῶν ἐκλογῶν καὶ τῶν ἀποφθεγμάτων, καὶ τῶν ὑποθηκῶν, δόξας τε καὶ χρήσεις καὶ χρείας. ἀγείρει δὲ ταύτας ἀπὸ μὲν φιλοσόφων, ἀπό τε Αἰσχίνου τοῦ σωκρατικοῦ, καὶ Ἀναξάρχου, καὶ Ἀναχάρσιδος, Ἀριστωνύμου, καὶ Ἀπολλωνίου, Ἀντισθένους καὶ Ἀριστίππου, Ἀρίστωνος καὶ Ἀριστοξένου, καὶ Ἀρχύτου, Ἀριστοτέλους,* Ἀναξιμάνδρου, Ἀναξιμένους, Ἀρχελάου, Ἀναξαγόρα, Ἀρχαινέτου, Ἀρκεσιλάου, Ἀρειανοῦ, Ἀντιπάτρου Ἱστιαίου, Ἀρχεδήμου Ἑκαταίου, Ἀπολλοφάνους* αἰγιμαίου, Ἀπολλοδώρου, Ἀριστάρχου Ἀσκληπιάδου ἀρισταίου, Ἀττικοῦ, Ἀμελίου, Ἀλβίνου, Ἀριστάνδρου, Ἁρποκρατίωνος, Ἀπελλοῦ, Ἀρισταγόρου, Ἀριστοβρότου, Ἀρχιμήδους· Βοηθοῦ, Βίαντος, Βηρώσου, Βερονίκης, Βροτίνου, Βίωνος. Γλαύτωνος. Δημώνακτος, Δημητρίου, Δαμίππου, Διογένους, Διοδώρου, Διοτίμου, Διοκλέους, Δαμαρμένους, Διδύμου, Δίου· Εὐκλείδου, Εὐφράτου, Ἐπιχάρμου, Ἐπανδρίδου. Ἐρασιστράτου, Ἐκπώλου, Ἐπικούρου γαργητίου· Ἐπικτήτου, Ἑρμοῦ, Ἐμπεδοκλέους, Ἐπικούρου ἀθηναίου. Εὐσεβίου, Ἐρύσου, Ἐρατοσθένους, Εὐρυστράτου. Ἐκφάντου, Ἐπιδίκου, Εὐδόξου, Ἐπιγένους, Εὐηνίου, *Εὐρυφάμου· Ζαλεύκου, Ζήνωνος, Ζωροάστρου· Ἡρακλείδου, Ἡρακλείτου, Ἡροφίλου. Θεμιστίου, *Θεοβόλου, Θεαγένους, Θεάγους, Θεοφράστου, Θεοδώρου, Θάλητος, Θεοκρίτου, Θρασύλλου. Ἱερωνύμου, Ἱππίου, Ἰαμβλίχου, Ἱεροκλέους· Ἱππάλου, Ἴωνος, Ἱππώνου, Ἱέρακος, Ἱπποδάμου, Ἱππάσου, Ἰούγκου· Κρίτωνος, Κλεοβούλου, Κέβητος, Κορίσκου, Κλειτομάχου, *Κριτολάου, Κλινίου, Καρνεάδου, Κλεάνθους, Καλλιμάχου, Κριτίου, Κράντορος, Καλλικρατίδου· Λευκίππου, Λυκίου, Λύσιδος, Λύκου, Λύγκωνος, Λεωφάνους, Λογγίνου. Μενέχμου, Μητροκλέους, Μετώπου, *Μενεδήμου, Μουσωνίου, Μνησάρχου, Μελίσσου, Μητροδώρου, Μήλωνος, Μοδεράτου, Μαξίμου· Νικολάου, Νημηνίου, Ναυμαχίου, Ναυκράτους, Νίκτου, Νικοστράτου.

Ξενοκράτους, Ξενοφάνους· Ὀνάτου, Ὀκέλλου, Ὀνήτορος· Πανακαίου, Πιττακοῦ, Περιάνδρου,

Margin notes (left):

IO. STOB.

a Infeʀunt hoc loco vulgati libri caput De Pusillanimitate.

b Diuulsa hinc videntur, quæ in edito libro d. Ilinda cap. faciunt: Facilius esse aliũ admonere, quam seipsum.

c Libri editi singulari capite ponunt: Quòd senectutis molestiam prudẽtia tollat, ipsamque multa reuerentia dignam efficit.

d Addũt hic typis excusi caput De laude mortis.

e Atqui sex tantum supra ducenta singulorum librorũ calculi collecti conficiunt. Erroris ansa forsãsis ex numerorum notis obiecta. Ceterum ex his XXIIX. secũdi libri, quæ intercesserunt, capita desideramus.

a Commodum tibi fore, lector, arbitratus sum, si neglectum a suis ex elementorum ordinem accurate restituerem.

*Ex C.H.St.

* Nomis satis liberaliter Photius duos nobis offert Epicuros, cũ vnus idémq. ab vrbe Atheniensis dicatur, qui a pago Gargettius est, vt docet Laert. lib. X. tant.

b Eurysus a-liĳ.

Margin notes (right):

* αἰγιμίου.

* Εὐφράτου.

* Θεοβόλου.

* Κριτολάου.

* al. Μενεδί-μου.

Πυθαγό-

eius nomen sortirentur, clari exstiterint. Propterea & Achilles ille Thetidis filius, illustris exstitit. Chironis quoque præceptor Achilles nominatus: vnde Pelei filius per Chironem sic appellatus. Adhæc, qui primus a ostracismum Athenis excogitauit, Achilles dictus, filius Lysonis. Ioui quoque & Lamiæ Achilles quidam natus, aiunt, præstantissima plane forma, vt etiam de pulchritudine contendens, Pane Deo iudice, vicerit. Ita ergo de caussa Venerem indignatam, Pani Echus amorem immisisse: & certe sic deformasse, vt ipsa duntaxat specie turpis & amabilis nemini videretur. Insuper & Galati cuiusdam filius Achilles vocatus, quem ab ipsa natiuitate canum fuisse refert. Fuere & alij fama illustres quinquaginta quatuor Achilles: quorum duo canum instar impudentes, nefandis quoque operibus admirandi. Priamus, inquit, Iouis amasius factus, auream ab eo accepit vitem, quam ille post Eurypylo Telephi F. quod bello auxilium portasset, muneri dedit. Aesopus quoque Delphis interfectus vitam recepit, & ad Thermopylas vnà cum Græcis militauit. Philoctetem in Lemno insula Pylius Vulcani F. medendo sanauit, iaculandi artem vicissim ab eo edoctus. Scamandro fluuio natum aiunt filium Melum, insigni corporis forma, cuiusque caussa contendisse aiunt Iunonem, Palladem, & Venerem, cuius potissimum sacerdos esset. Paridem ergo iudicando secundum Venerem sententiam dixisse, atque b ex ea historia fabulam esse de malo ortam. Hypermenes adhæc in sua de Chio narratione, Homeri famulum fuisse refert, *Scindapsum* nomine, huncq; mille drachmis a Chiis multatum, quod herum mortuum non exussisset. At qui *σκινδαψὸν* ab eo nominatum c instrumentum lyricum repperit, Eretrius fuit, & Phereclis tibicinæ filius. Hæc fere libri sexti summa est.

SEPTIMO denique libro de his agit: Theodorus Samothrax narrat Iouem natum d septem continuos dies risisse, indeque septenarium numerum pro perfecto æstimatum.

Achillem, quod ex igne seruatus sit, cùm illum mater adureret, Pyrisoum [quasi *ab igne seruatum*] prius esse dictum. At quia labrum ipsius alterum adustum erat, propterea eum pater Achillem appellauit. Sirenes Telemachum, cum eum Vlyssis filium esse didicissent, interfecerunt. Vlysses in Tyrrhenia tibia certauit, ac vicit. Cecinit autem e Demodoci poema de Troiæ excidio. f Inuentus est Stichius Ætolus, Herculis amasius, cum secaretur, hirsutum cor habere. Interfectus vero est ab ipso Hercule, dum furore correptus hic, suos quoque liberos occidit: adduntque propter solum hunc heroem illum luxisse. Mercurius Pollucis, vnius gemellorum, amore captus, Thessalico cum equo muneris loco donauit. Cum Apollo funebres ederet ludos Pythoni, certauit ibi Mercurius ac Venus: & victrix illa præmij loco citharam accepit, quam post donauit Paridem. cuius & Homerus sic meminit:

g Οὐκ ἄν τοι χραίσμῃ κίθαρις
Non tibi profuerit cithara. & h quę sequuntur.

PTOLEM. Hephæstion.

a Quem exscripsit Diod. Sicul. lib. 11. & Suid. sequens Plut.

b Præter vulgarem sententiam Hygini Fab. XCII. & aliorum.

c Athen. describit lib. 4. & Eustath.

d Varum Syncellum eodem quo genitus esset die, risisse, pro valde insolito adfert Plin. lib. 7. cap. 16.

e Vide Suidā in [illegible]

f Idem de Aristomene Messenio Plin. lib. 11. c. 37. & Valer. Max. lib. 1. c. vlt. atque de Hermogene Rhet. Leonida, Lysandro, sane Alexandro. Vid. Rhodiginum lib. 4. c. 16.

g Iliad. Γ. v. 54.

h [illegible]

Πτολεμ. Hephæstion.

Apud Bacchylidem quid sit, quod tanquam a Sileno dictum refert, & cui hoc carmen pronuntiatum. a Leucas petra, inquit, a Leuco Vlyssis socio nomen sumsit, qui genere Zacynthius, interfectus est (vt refert b Homerus) ab Antipho. Hunc quoque dedicasse ferunt templum Apollinis Leucatæ. Eos igitur, qui hoc saliant saxo amore liberari: atque hanc esse caussam. Post interfectum Adonidem, obambulasse narrant, atque eum inuestigasse Venerem, repertumque Argi, Cypri ciuitate, in Apollinis Erythij fano, corpus secum auexisse, sermone etiam cum Apolline de Adonidis amore collato. Hunc ergo eam in Leucada petram adduxisse, & præcipitem inde dare sese iussisse: & vero saxo salientem, amoris æstu liberatam. Interrogante porro Dea caussam, respondisse ferunt Apollinem, quod vates cum esset, senserit Iouem quoque semper Iunonis amore captum, ad saxum hoc accessisse, atque ei insidendo amoris impotentiam sedasse, compluresque alios vtriusque sexus mortales amore ardentes, eodem liberatos, ex hoc saxo desilientes. Sic Artemisiam illam Lygdamidis filiam, quæ Persæ militauit, amore captam Dardani Abydeni, dormientis oculos, cum is eam contempsisset, eruisse: Amore vero illius Deorum ira crescente, ex oraculo ad Leucadem profectam seipsam præcipitasse, & interfectam ibidem esse sepultam. Hippomedonta quoque Epidamnium, adolescentis cuiusdam oræ illius amore possessum: cumque repulsam pateretur, quod alteri ille se applicaret, eundem occidisse. Verum ad Leucadem profectum, sese ex alto præcipitantem periisse. Nicostratum item comicum Tettigidæam Myrrhinæam amantem, indeque se deiicientem, amore solutum ferunt. Macêta autem Buthrotium aiunt *Leucopetram* cognominatum esse, quod quater inde se demittens, amoris sit impotentia liberatus. Magnam quoque hominum copiam ita liberatam prædicant. Sic enim Boulagoram Pharagoritem, Diodorum Auleten perdite amantem, indeque se præcipitantem, in senecta periisse. Periisse quoque Rodopen Amissenam, dum se inde præcipitat, geminorum duorum, qui Antiochi regis corporis custodes erant, amore captam, quibus nomina erant Cyri & Antiphontis. Charinus quoque Iamborum scriptor, Eunuchum quendam Erota, Eupatoris pincernam, perdite amauit, fabulæque de petra illa fidem habens, præcipitauit & ille. At cum ex lapsu crure fracto, doloris iam vi exspiraret, hos versus Iambicos effudit:

Fallax peri, peri mala, ô Leucas petra:
Charinon, heu, heu, me poetam Iambicum
Spei adussisti inanibus quæ fabulis.
In tantum Erota, ô Eupator si diligat.

Nereus insuper Catanæus Palladis Atticæ amore possessus, saxo accedens se præcipitauit, & liberatus est molestia. Igitur illapsus in piscatoris rete subiectum, quo vnà cum auri plena cistula extractus est, piscatori etiam de auri capsula litem intendit. Verum Apollo secundùm quietem visus, à litigando minis deterruit. Oportere enim ob solutum amorem gratum esse, non autem alienum aurum appetere.

a De quo Strab. lib. X. & ... b Iliad. 2. v. 491.

Τί ἐστι τὸ παρὰ Βακχυλίδῃ ὡς ἀπὸ Σιληνοῦ εἰρημένον, καὶ πρός τινα εἴη τὸ ἔπος. ὡς ἡ Λευκὰς πέτρα ἀπὸ Λεύκου τοῦ Ὀδυσσέως ἑταίρου τὴν κλῆσιν ἔλαβεν, ὃς Ζακύνθιος μὲν γένος ἦν, ἀνῃρέθη δ' (ὥς φησιν ὁ ποιητὴς) ὑπ' Ἀντίφου. τοῦτον ἱδρύσασθαί φασι καὶ ἱερὸν Λευκάτου Ἀπόλλωνος. τοὺς μὲν οὖν καθαλλομένους ἀπὸ τῆς πέτρας, παύεσθαί φασι τοῦ ἔρωτος. καὶ ἡ αἰτία· μετὰ τὸν Ἀδώνιδος φασὶ θάνατον περιερχομένη, καὶ ζητοῦσα ἡ Ἀφροδίτη, εὗρεν αὐτὸν ἐν Ἄργει πόλει τῆς Κύπρου, ἐν τῷ Ἐριθίου Ἀπόλλωνος ἱερῷ, καὶ ἀνεῖλεν αὐτὸν, ἀνακοινωσαμένη Ἀπόλλωνι καὶ τὸν περὶ Ἀδώνιδος ἔρωτα. ὁ δ' Ἀπόλλων ἀγαγὼν αὐτὴν ἐπὶ τὴν Λευκάδα πέτραν, προσέταξε ῥίψαι κατὰ τῆς πέτρας. ἡ δὲ ἑαυτὴν ῥίψασα, ἐπαύσατο τοῦ ἔρωτος. ζητούσης δὲ τὴν αἰτίαν, εἰπεῖν λέγεται τὸν Ἀπόλλωνα, ὡς μάντις ὢν ἐγνώκει, διότι ὁ Ζεὺς ἀεὶ ἐρῶν Ἥρας, ἐρχόμενος ἐπὶ τῇ πέτρᾳ ἐκαθέζετο, καὶ ἀνεπαύετο τοῦ ἔρωτος. καὶ πολλοὶ δὲ ἄλλοι, καὶ πολλαὶ ἔρωτι κάμνουσαι ἀπηλλάγησαν τοῦ ἔρωτος, ἐπεὶ τῆς πέτρας κατήλαντο. Ὡς καὶ Ἀρτεμισία ἡ Λυγδάμιδος ἡ τῷ Πέρσῃ συστρατεύσασα, ἐρασθεῖσα Δαρδάνου Ἀβυδηνοῦ καὶ ὑπερορωμένη, ἐκκόψει τοὺς ὀφθαλμοὺς κοιμωμένου. τῆς δ' ἐπιθυμίας κατὰ θεῶν μῆνιν ἐπιταθείσης, παραγενομένη κατὰ χρησμὸν εἰς Λευκάδα ἔρριψεν ἑαυτὴν κατὰ τῆς πέτρας καὶ ἀναιρεθεῖσα ἐτάφη. καὶ Ἱππομέδοντά φασιν Ἐπιδάμνιον, παιδὸς ἐγχωρίου ἐρασθέντα, καὶ μὴ τυγχάνοντα, ὅτι πρὸς ἕτερον ἔκλινεν, ἀνελεῖν. εἰς δὲ τὴν Λευκάδα παραγενόμενον, καὶ ῥίψαντα ἑαυτὸν ἀποθανεῖν. καὶ Νικόστρατον δὲ τὸν κωμικὸν Τεττιγιδαίας τῆς Μυρρινουσίας ἐρασθέντα, ῥίψαι ἑαυτὸν, καὶ ἀπαλλαγῆναι τοῦ ἔρωτος. Μάκητα δέ φασι τὸν Βουθρώτιον Λευκοπέτραν ἐπικληθῆναι, διότι τετράκις αὐτὴν καταβαλὼν, τῆς ἐρωτικῆς κακώσεως ἀπηλλάττετο. καὶ πλῆθος ἄλλο ἴσως ἀπαλλαγῆναι λέγεται. καὶ Βουλαγόραν δὲ τὸν * Φαναγορίτην, ἐρασθέντα Διοδώρου τοῦ αὐλητοῦ, καταβαλόντα αὐτὸν, ἀναιρεθῆναι γηραιὸν ἤδη ὄντα. ἀναιρεθῆναι καὶ * Ῥόδωπιν Ἀμισηνὴν, καταβαλοῦσαν ἑαυτὴν, διδύμων παίδων σωματοφυλάκων Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως ἐρασθεῖσαν, οἷς ὀνόματα Ἀντιφῶν καὶ Κῦρος. Χαρῖνος δὲ ὁ ἰαμβογράφος ἠράσθη Ἔρωτος * ἡμιάρρενος τοῦ Εὐπάτορος οἰνοχόου· καὶ πιστεύσας τῷ περὶ τῆς πέτρας λόγῳ, κατέβαλεν ἑαυτόν. ἐπεὶ δὲ καταβαλὼν, τὸ σκέλος κατεάγη, καὶ ὑπὸ ὀδύνης ἐτελεύτα, ἀπέρριψε τάδε τὰ ἰαμβεῖα.

Ἔρροις ἀπατῶσα καὶ κακὴ πέτρη Λευκάς,
Χαρῖνον αἰαῖ τὴν ἰαμβικὴν Μοῦσαν,
κατηνθράκωσας ἐλπίσιν κεναῖς μύθου,
τοιαῦτ' Ἔρωτος Εὐπάτωρ ἐρασθείη.

Νηρεὺς δὲ Καταναῖος ἠράσθη τῆς Ἀττικῆς Ἀθηναίας, καὶ ἐλθὼν κατέβαλεν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς πέτρας, καὶ ἀπελύθη τοῦ ἐνοχλοῦντος. πεσὼν δὲ εἰς δίκτυον ἐνέπεσεν ἁλιέως, ἐν ᾧ ἀνειλκύσθη σὺν κιβωτίῳ χρυσίου. ἐπεδικάζετο δὲ πρὸς τὸν ἁλιέα περὶ τοῦ χρυσίου. ἀλλ' ὁ Ἀπόλλων νυκτερινῇ ὄψει ἀπέστησεν αὐτὸν τοῦ ἐπιδικάζεσθαι, δεῖν δὲ χαρίζεσθαι ὑπὲρ τῆς ἀπαλλαγῆς, ἀπειλήσας μὲν, ἀλλὰ καὶ μὴ ἀλλότριον περιεργάζεσθαι χρυσίον.

* al. Φαναγορίτην ...

* al. Ῥοδώπην.

* al. εὐνούχου.

Πάντα

Πᾶνα δέ φησιν ἰχθὺν εἶναι θαλάσσιον κητώδη, ὅμοιον τῷ Πανὶ κατὰ τὴν ὄψιν· ἐν τούτῳ λίθον εὑρίσκεσθαι τὸν ἀστερίτην, ὃν εἰς ἥλιον τεθέντα, ἀνάπτεσθαι. ποιεῖν δὲ καὶ πρὸς φίλτρον. τοῦτον δὲ τὸν λίθον εἶχεν Ἑλένη, γλυφὴν ἔχοντα, αὐτὸν τὸν ἰχθὺν τὸν Πᾶνα, καὶ ταύτῃ ἐκέχρητο τῇ σφραγῖδι. ἐν οἷς καὶ τὰ τοῦ ἑβδόμου τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Ἡφαιστίωνος εἰς πολυμάθειαν καινῆς ἱστορίας τὰ κεφάλαια.

Pana piscem ait esse marinum, Balenæ magnitudine, forma Pani non absimilem. In hoc pisce lapidem reperiri asteriten, quem Soli oppositum incendi ferant: valere etiam ad philtrum: adeoque hunc Helenam lapidem habuisse, insculpta Panis piscis imagine, quo & in obsignando sit vsa. Hæc sunt ergo capita libri septimi nouæ Ptolemæi Hephæstionis ad variam eruditionem historiæ.

ΤΟΥ̃ ΜΕΓΆΛΟΥ ΒΑΣΙΛΕΊΟΥ τὰ ἀσκητικά.

S. Basilii Magni *Ascetica*.

CXCI.

Basilij M. ascetica.

ΑΝΕΓΝΏΣΘΗ τοῦ ἐν ἁγίοις Βασιλείου, ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, τὰ λεγόμενα ἀσκητικά, ἐν δυσὶ λόγοις. χρήσιμον μὲν τὸ βιβλίον, εἴπερ τι ἄλλο, ἑκάστῳ τῶν εὐσεβεῖν αἱρουμένων, καὶ τυχεῖν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν. μάλιστα δὲ τοῖς ἐν κοινοβίῳ τὸν ἀσκητικὸν διαθλοῦσιν ἀγῶνα. ἔχει δὲ καὶ ἀπορημάτων πολλῶν γραφικῶν, ὅσα συντεινει πρὸς ἦθος, ἐν συνόψει λύσεις τε καὶ σαφηνισμόν. ἐν μὲν οὖν τοῖς λόγοις τὸ συνήθως αὐτοῦ ἦθος διαπρέπει, καὶ τῆς σαφηνείας τὸ καθαρὸν πλέον ἐπ' ἐνίοις τῶν ζητημάτων ἐστί πως αὐτοῦ παριστάμενον, καὶ τὸ ἐμφατικὸν οὐ τῆς λέξεως εἰς γλῶτταν νεανιευομένης, οὐδὲ τῆς συνθήκης περιβολαῖς ἐπηλυγαζομένης, οὐ μὲν οὐδ' ἄλλῃ τινὶ ξενιζούσῃ, καὶ ἀνακεχωρηκυίᾳ ἢ τοῦ ἰδίου τρόπου, ἢ τοῦ πολιτικοῦ λόγου, περιεργίᾳ καὶ δεινότητι· ἀλλὰ ταῦτα φυλάττων, ὡς ἔθος, τὸ ἐμφατικὸν ὥσπερ ἐναποῤῥίπτει, μηδεμίαν ἐναφιεὶς ἐπιτηδεύματος ἔννοιαν. πλὴν ὅσα γε τῇ συντομίᾳ προσβάλλει αὐτό, τὸ μέν τι ἐνδεές, ἔτι δὲ κεφαλαιωδῶς προβεβλημένος τὸν λόγον, καιρὸν οὐχ ὁρῶν εὑρεῖν, οὐδ' ἐχρήσατο τὰ πολλά. ἐπήκει δ' αὐτοῦ καὶ τὸ δριμὺ μετὰ τοῦ πιθανοῦ πολλαχοῦ τῶν ζητημάτων ταῖς λύσεσι. πανταχῆ δὲ τὸ ψυχωφελὲς καὶ σωτήριον, οὐ μὲν τοι τῇ συντομίᾳ μόνῃ περιθραύεται τὸ σαφές· οὐδὲν δ' ἔλαττον, καὶ μὴ τοὺς λύσιν ἐπιζητοῦντας λόγους εἰς τὸ συμπερασματικὸν ἀπαρτίζεσθαι σχῆμα: ἀλλ' ἐν τῷ διερριμμένῳ μὲν τῶν προτάσεων, αἰτιολογίᾳ δὲ καὶ συνειλημμένῳ τῶν ἀποδείξεων, τὴν διάνοιαν περιπλανᾶσθαι. ἡ δὲ τούτων αἰτία εἰς ποικίλην περισχίζεται μεθόδιον προνοίας, ἣν ἀφίημι τὸ συνετόν σου περισκοπεῖν. οὐκ ἐν τοῖς δυσὶ δὲ λόγοις τὸ ἐμφατικὸν ἐπιτρέχει. αὐτίκα ὁ πρῶτος οὐδὲν ἐπιδείκνυσι τοιοῦτον. πλὴν ἅπαξ που τῇ ἀποσιωπήσει τὸ δύσφημον οἰκονομῶν· ἐπεὶ τά γε ἄλλα, πολὺς μὲν ἐστι τὸ ἀσφαλές· ἴσος δὲ τὸ καθαρὸν· ἀλλὰ καὶ τὸ εὐκρινές: διὰ μέντοι τῶν δύο αὐτῷ διήκει τὸ ἀπλούστερον καὶ καθωμιλημένον τῆς τε λέξεως καὶ τῆς συνθήκης, πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ἀκοὴν διατυπούμενόν τε καὶ ἀπεσκημμένον, καὶ μόνης τῆς τῶν ἀκροατῶν σωτηρίας καταστοχαζόμενον. ὁ μὲν οὖν πρῶτος αὐτῷ λόγος διεξέρχεται, τίς ἡ αἰτία καὶ ὁ κίνδυνος τῆς τοσαύτης τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἑκάστου πρὸς τὸν ἕτερον διαφωνίας τε καὶ διαστάσεως; δεύτερον, ὅτι πάσης ἐντολῆς Θεοῦ παράβασις σφοδρῶς καὶ φοβερῶς ἐκδικεῖται: ἡ ἀπόδειξις ἐκ τῶν γραφῶν.

LEGIMVS B. BASILII *Episcopi Cæsareæ Cappadociæ*, qui vocantur *a Asceticorum libros duos.* Vtile sane hoc opus, si quod aliud, pietatis studiosis, quique æterna illa bona consectantur: maxime vero iis, qui in monasteriis ad pietatem veram exercentur. Continet autem cùm è S. Scriptura, variarum quæstionum, quæ ad mores componendos faciant, breuiarium: tum his solutiones additas, atque explanationes. *b* Eminet porrò huius in libris egregiè, non ille modo sollemnis adeò ipsi affectus leuior, sed pura etiam perspicuitas. nisi quod in quæstionibus quibusdam emphaseos aliquid ab eo adspersum appareat: non id adeò vocabulis minus vsitatis inuenilter adhibitis, neque compositione per circumductiones obscurata: quin neque aliqua peregrina, & à priuato vsu ciuilique sermone remotiore curiositate, aut acrimonia: sed quòd hisce de more seruatis, emphasim veluti intericiat: nullo interim [lectori] indito instituti sui sensu. quanquam ea quæ breuiter proposuit, plurimum non pertractat, eo quòd summa capita dumtaxat oratione persequi propositum habens, clarioris explicationis opportunitatem nullam reperiat.

Et adhibet ille quidem suum ad persuadendum accommodatum acumen multis quæstionum solutionibus, sed animæ salus atque vtilitas planè vbique spectatur. Quanquam non sola breuitate violetur apud eum perspicuitas: verum & ex eo, quod solutionis indigentem orationem claudat, nulla concludendi forma adhibita: vt inter disiectas propositiones, & inferendi atque concludendi vi destitutas probationes, mens aberret.

Harum autem rerum causa in variam prouidentiæ methodum dissecatur, quam sapientiæ *c* tuæ considerandam permitto. In his [tamen] duobus libris non semper ad emphasim recurrit. Statim enim primus liber nihil præ se fert tale, nisi quod semel alicubi per Reticentiam malum omen auertat. Nam ad cætera quod attinet, valde ibi est firmus, & æque purus atque dilucidus, perque duos hosce libros decurrit simplicior quidã & perfamiliaris sermo ac compositio, ad vulgi aures comparata atque demissa, & ad solam demum auditorum salutem intenta.

Igitur primus eius liber *d* continet: Quæ sit causa, quantúmque periculum huiusmodi cum Ecclesiarum Dei, tum singulorum hominum inter ipsos dissentionis atque discidij. Deinde, quod omnis præcepti diuini transgressio vehementer ac terribiliter punitur, idq. è Scripturis sacris demonstratum.

a Similia horum iecta referuntur sup. Cod. CXLIV

b Iterum de B. Basilij stylo iudicium tulit supr. Cod. CXLI.

c Tarasium fratrem compellat.

d Leguntur hoc hodie aliter distributa. Nam neque in libros distinctitur Ascetica, & septem saltem Lemmata tre[...] hasce 1. Libr. partes autem [...] dunt, prima etiam hic [...] secunda pars in [...] caput De iu[...] dicio Dei [...] posita.

BASILIUS MAGNUS.

Tertio, de Fide nostra Catholica, siue De pura nostra & sincera confessione sanctissimæ Trinitatis.

Liber vero secundus, Christiani hominis quandam veluti a descriptionem per summa capita breuiterque proponit: similemque rursum descriptionem eorum, qui docendo Euangelio præfecti sunt. Deinde quasi regulas quasdam asceticas interrogando ac respondendo propositas exponit, numero quinquaginta quinque: iterumque breuiores b alias trecentas tredecim.

a Vtraq; hæc Descriptio ... Moralium ... Regularum ... b Hæc etiam ... transgredientium pœnas, pro ... CXCII.

B. Maximi Monachi & Confessoris
Quæstionum e S. Scriptura Solutiones CLXIV.

LEGIMVS B. a MAXIMI MONACHI simul & CONFESSORIS Thalassio Presbytero sanctissimo atque Præfecto inscriptum Opus, quo Quæstionum è S. Scriptura solutiones b CLXIV. continentur. Cæterum in præfatione disputat de ortu humanarum perturbationum: asseritque peccatum cum nihil sit omnino subsistens (non qualitas, non quantitas, non habitus, non perturbatio denique ipsa naturaliter saltem in existentium aliquo considerata:) tantum insitarum nobis a natura facultatum esse defectionem suæ actionis a fine, vt sit hoc modo naturalium facultatum ex errante iudicio inconsideratus quidam motus, ad aliud quam ad suum finem tendens. Finem vero illum modo dico, quem naturaliter quidem omnia appetunt, sed quem iam deceptus à serpente Adamus non agnouit, totum in sensum pronus, iumentisque similis factus. Immo quantum studij ponebat in cognitione, quæ per sensum adducitur, tantum à diuina cognitione recedebat. Rursum quantum in hac recessione perseuerabat, tantum etiam rerum cognitarum fruitioni quasi assidebatur, vnaque cum iis præceps ferebatur. Quantum item his inhærebat, tantum quoque in eo noxius ille amor sui accendebatur. Quam denique firmiter amori adhærebat sui, tam etiam studiose multas variasque voluptatis rationes comminiscebatur. Hæc enim amoris sui soboles est. Quoniam vero malitia omnis cum iis vna rebus interit, quæ illam crearant, ipseque experimento discebat voluptatis omnino comitem esse dolorem, illam vel supra vires retinere conatus, cum dolore acriter pugnabat, fieri posse arbitratus (quod nullo modo poterat) vt ab inuicem hisce diuulsis, & sola voluptate perfrueretur, & sui amorem huic voluptati permistum retineret. Hinc [ergo ait] omnis perturbationum multitudo. Nam voluptatem præ amore nostri consectantes, doloremque fugientes, inexplicabiles illos perniciosarum passionum ortus mente concipimus. Et quatenus euidem in amore proprio voluptatem consectamur, ex eo gulam gignimus, superbiam, auaritiam, & quæcumque pro re nata voluptatem pariunt. Sin ex amore proprio dolorem fugimus, iram mox, inuidiam, odium, desperationem parimus, & alias id genus, quæ carent affectiore dolore concitate. Ex vtriusque porro mistione nascitur simulatio, assentatio, dolus, & si quæ omnino alia improbitatis genera, mixtæ sunt vtriusque ægritudines.

a Legeres ab eo ge... fuit scriptas apud Baron. Card. To. IIX. b Irrepsisse hic notam P constat cum non nisi 64. Quæstiones ... enumeret Phot. Extat Opus hoc cum aliis pluribus eiusdem S. Maximi cum in Vaticana, tum in Augustana nobilissima Biblioth.

ρίτον, περὶ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως ἡμῶν, ἤτοι τῆς εἰς τὴν Τριάδα καθαρᾶς ἡμῶν καὶ εἰλικρινοῦς ὁμολογίας. ὁ δεύτερος οἷον χαρακτῆρα Χριστιανοῦ κεφαλαιωδῆ καὶ σύντομον παραδείκνυται, καὶ χαρακτῆρα πάλιν παραπλήσιον τῶν προεστώτων τοῦ λόγου. εἶτα οἷον ὅρους τινὰς ἀσκητικοὺς, ὡς ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει προηγμένους, ἐκτίθεται τὸν ἀριθμὸν πεντήκοντα [πέντε] καὶ πάλιν συντομωτέρους ἑτέρους ὅρους * τιγ.

* al. διγ.

ΤΟΥ̃ ἘΝ ἉΓΊΟΙΣ ΜΑΞΊΜΟΥ
τοῦ ὁμολογητοῦ, ἀπορηματικῶν γραφικῶν κεφάλαια ρξδʹ.

ΑΝΕΓΝΩ΄ΣΘΗ τοῦ ἐν ἁγίοις Μαξίμου μοναχοῦ, τε καὶ ὁμολογητοῦ πρὸς Θαλάσσιον ὁσιώτατον πρεσβύτερον καὶ ἡγούμενον προσπεφωνημένον βιβλίον, ἐν ᾧ γραφικῶν ἀπορημάτων ρξδʹ ἀναγράφει λύσεις. ἐν μὲν τῷ προοιμίῳ διαλαμβάνει περὶ τῆς γενέσεως τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν, καὶ φησίν: ὡς τὸ κακὸν μηδὲν μηδόλως τῶν ὄντων ὑπάρχον, μὴ ποιότης, μὴ ποσότης, μὴ σχέσις: ἀλλὰ μηδὲ τὸ πάθος φυσικῶς τινι τῶν ὄντων ἐνθεωρούμενον, καὶ εἴη αὖ ἔλλειψις τῆς πρὸς τὸ τέλος ἐνεργείας τῶν ἐγκειμένων τῇ φύσει δυνάμεων, καὶ τοῦτο τῶν φυσικῶν δυνάμεων κατ' ἐσφαλμένην κρίσιν ἐπ' ἄλλο παρὰ τὸ τέλος ἀλόγιστος κίνησις. αἰτίαν δὲ σημαίνων, ἧς πάντα φυσικῶς ἐφίεται, ἣν ὁ Ἀδὰμ, ἀπάτην τοῦ πονηροῦ νοσήσας, ἠγνόησε, πρὸς ἣν δὲ κατεσύρη τὴν αἴσθησιν, παραυσυμβληθεὶς τοῖς κτήνεσι· καὶ ὅσον τῆς πρὸς αἴσθησιν * ἐπεπλεῖτο γνώσεως, τοσοῦτον τῆς θείας ἐξέπιπτε· καὶ ὅσον ἐκπίπτων διέμενε, τοσοῦτον τῇ ἀπολαύσει τῶν * γνωσθέντων προσηλοῦτο καὶ συγκατεφέρετο· ὅσον δὲ τούτοις ἐνέκειτο, τοσοῦτον ὁ τῆς βλαβερᾶς φιλαυτίας ἐξήπτετο ἔρως· ὅσον δ' εἴχετο τῆς φιλαυτίας, τοσοῦτον ἐπενόει τῆς ἡδονῆς ποικίλους καὶ πολλοὺς τρόπους. γεννήματα γὰρ τῆς φιλαυτίας ταῦτα. καὶ ἐπειδὴ πᾶσα κακία τοῖς συνισῶσιν αὐτὴν συνδιαφθείρεται, εὑρίσκων ἐξ αὐτῆς πείρας, τῇ ἡδονῇ πάντως διάδοχον τὴν ὀδύνην: τῆς μὲν ὑπὲρ δύναμιν ἀντείχετο, τῇ ὀδύνῃ δὲ σφοδρῶς κατηγωνίζετο οἰόμενος, ὅπερ ἦν ἀμήχανον, διαζεῦξαι ταύτας ἀλλήλων, καὶ μόνῃ τῇ ἡδονῇ ἐντρυφᾶν καὶ τὴν φιλαυτίαν ταύτῃ συνῃωρημένην ἔχειν. ἐντεῦθεν ὁ πᾶς ὄχλος τῶν παθῶν. ἡδονὴν γὰρ διὰ τὴν φιλαυτίαν ἀσπαζόμενοι, καὶ ὀδύνην ἀποφεύγοντες, τὰς ἀμυθήτους τῶν φθοροποιῶν παθῶν ἐπινοούμεθα γενέσεις. καὶ οἷον εἰ μὲν τὴν ἐν φιλαυτίᾳ ἡδονῆς ἀσπαζόμεθα, γεννῶμεν τὴν γαστριμαργίαν, τὴν ὑπερηφανίαν, τὴν φιλαργυρίαν, καὶ ὅσα τὸν τυχόντα τρόπον πορίζει ἡδονήν. εἰ δὲ τὴν ἐν φιλαυτίᾳ * φευγόμενοι * ὀδύνην: γεννῶμεν τὸν θυμὸν, τὸν φθόνον, τὸ μῖσος, τὴν ἀπόγνωσιν, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς * ὀδυνηρᾶς ἐστερηται διαθέσεως. ἐκ δὲ τῆς ἀμφοῖν μίξεως τίκτεται ἡ ὑπόκρισις, ἡ κολακεία, ὁ δόλος· καὶ ἁπλῶς ὅσα ἄλλα μοχθηρίας εἴδη, τῆς μικτῆς εἰσὶ πανουργίας * ἀποσήματα.

ρϟβʹ. Maximi monachi confessoris liber ad Thalassium presbyterum.

* al. ἐπιμελεῖτο.

* al. φθαρτῶν.

* al. φεύγοντες * ὀδύνην.

* al. ὀδυνηρᾶς.

* al. ἀποτελέσματα.

ἀλλ'

ἀλλ', ὃ καὶ προείρηται, τῆς θείας ὁ ἄνθρωπος, διὰ τῆς ἀπάτης, καταπεσὼν γνώσεως, καὶ πρὸς τὴν αἴσθησιν ὅλως ἐπιστραφεὶς, τὴν φαινομένην κτίσιν εἰς θεὸν παρεγνώρισε, διὰ τὴν ἀπ' αὐτῆς τοῦ σώματος χρείαν, τῇ κτίσει λατρεύσας παρὰ τὸν κτίσαντα. καθ' ὃ σῶμα τὴν φθοροποιὸν ἀποπληρῶν λατρείαν, ἡδονὴν εἶχεν ἀεὶ καὶ ὀδύνην ἐνεργουμένην, ἐσθίων ἀεὶ ξύλον τῆς παρακοῆς τοῦ καλοῦ καὶ κακοῦ διὰ τῆς * πορείας μιᾶς, καὶ κατὰ τὴν αἴσθησιν παρεχομένην γνῶσιν. καὶ τάχα ξύλον εἶναι καλοῦ καὶ πονηροῦ τὴν φαινομένην εἰπὼν κτίσιν, τῆς οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ἀληθείας. ἡδονῆς γὰρ καὶ λύπης ποιητικὴν ἔχει φυσικῶς τὴν * μετάληψιν. ἢ πάλιν, ἐπειδὴ καὶ λόγους ἔχει πνευματικοὺς ἡ ὁρωμένη κτίσις νοῦν τρέφοντας, καὶ δύναμιν πάλιν φυσικὴν τὴν μὲν αἴσθησιν τέρπουσαν, τὸν δὲ νοῦν διαστρέφουσαν· διὰ τοῦτο ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ κακοῦ προσηγορεύθη. παθῶν γὰρ γίνεται διδάσκαλος τοῖς σωματικῶς αὐτῆς μεταλαμβάνουσι. διὸ τυχὸν καὶ τῷ ἀνθρώπῳ τὴν μετάληψιν αὐτῆς ὁ θεὸς ἀπηγόρευσε τέως· ἵνα πρότερον, ὥσπερ ἦν δίκαιον, διὰ τῆς ἐν χάριτι μετοχῆς τὴν οἰκείαν ἐπιγνοὺς αἰτίαν, καὶ τὴν χάριτι δοθεῖσαν ἀθανασίαν· διὰ τῆς τοιαύτης μεταλήψεως πρὸς ἀπάθειαν καὶ ἀτρεψίαν στομώσας, ὡς θεὸς ἤδη τῇ θεώσει γενόμενος, μετὰ θεοῦ τὰ τοῦ θεοῦ διασκέψηται κτίσματα, μηδὲν ὑπ' αὐτῶν παραβλαπτόμενος, καὶ τὴν αὐτῶν ἀναλήψηται γνῶσιν, ὡς χάριτι θεὸς καὶ οὐκ ἄνθρωπος. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν προοιμίοις φιλοσοφήσας, καὶ ἐπαγγειλάμενος, ὡς ἐν ἑτέροις τελειότερόν τε καὶ ἀκριβέστερον περὶ αὐτῶν ἐπισκέψοιτο, καὶ ἰδίᾳ πραγματείᾳ τὴν περὶ αὐτῶν ἀφορίσει πραγματείαν· ἐφεξῆς τῶν ἐρωτήσεων καὶ ἀποκρίσεων ἅπτεται. ὧν πρῶτον ζήτημα, περὶ τοῦ τί σημαίνει ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται. δεύτερον δὲ περὶ τοῦ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τὸ κεράμιον τοῦ ὕδατος βαστάζοντος. τρίτον, περὶ τοῦ, μὴ κτήσησθε δύο χιτῶνας. τέταρτον, περὶ τῆς καταραθείσης γῆς ἐν τοῖς ἔργοις τοῦ Ἀδάμ. πέμπτον περὶ τοῦ, ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ θεοῦ, ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ. ἕκτον, περὶ τοῦ, τοῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη. ἕβδομον, περὶ τοῦ, ὁ θεὸς φῶς ἐστιν. ὄγδοον, περὶ τοῦ, πῶς ἐσμὲν τέκνα θεοῦ, καὶ πῶς μετὰ ταῦτα ἐσόμεθα. ἔνατον, περὶ τοῦ, ὁ φοβούμενος οὐ τετελείωται ἐν τῇ ἀγάπῃ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. δέκατον, περὶ τοῦ, τίς ἡ ἀρχὴ τῶν μὴ * τηρησάντων αὐτὴν ἀγγέλων, καὶ ὅσα αὐτοῖς ἀπόκειται. ἑνδέκατον, τίς ὁ ἀπὸ τῆς σαρκὸς * ἐσπιλωμένος χιτών. δωδέκατον, τί ἐστι, τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς κτίσμασι νοούμενα καθορᾶται. ιγ΄. τί ἐστι, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. ιδ΄. περὶ τοῦ, τὸ γὰρ ἄφθαρτον πνεῦμά σου ἐστὶν ἐν πᾶσι. ιε΄. περὶ τοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ χωνευθέντος μόσχου. ις΄. περὶ τοῦ ἀγγέλου τοῦ ἀπειλήσαντος θανατῶσαι τὸν Μωσῆν ἐν τῇ ὁδῷ Αἰγύπτου. ιζ΄. περὶ τοῦ, εἰ οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται, πῶς οἱ ἐν νόμῳ δικαιούμενοι, τῆς χάριτος ἐκπίπτουσιν;

* al. πείρας.

* al. μοναδικήν.

* al. τηρήσαντες.

* al. ἐσπιλωμένος.

At postquam (vt iam paulo ante diximus) per deceptionem homo a diuina excidit cognitione, & ad sensum sese penitus conuertit, creaturam, quæ sub aspectum cadit, pro Deo cœpit peruerse agnoscere, ob vtilitatem scilicet, quam ex ea corpus percipiebat, a creaturæ potius quam creatori seruiens. Quo quidem corpore perniciosum illud præstando obsequium, voluptatem assidue sentiebat, vehementémque dolorem, re ipsa semper inobedientiæ illud lignum boni & mali comedens, & sensilem sibi cognitionem afferens. Quare fortasse, qui lignum boni & mali dixerit, creaturam esse visibilem, à vero non aberrabit. Natura enim ipsa ita comparatum est, vt vsus eius voluptatis dolorísque efficiendi vim habeat. vel rursum: quia & spirituales habet rationes aspectabilis creatura, quæ mentem nutriunt: & b iterum vim quandam naturalem, quæ sensum quidem delectat, sed mentem peruertit, propterea lignum scientiæ boni & mali hæc est appellata. Passionum enim magistra fit iis, qui eius partem aliquam corporeo modo accipiunt. Hinc forte & homini Deus, ne huius fieret particeps antea interdixit: vt prius (quod par erat) per gratiæ participationem proprio ipse cognito auctore, vna cum gratis impartita immortalitate, per hanc participationem ad indolentiam & immutabilitatem firmatus, ac velut Deus iam per Deificationem factus, cum Deo contemplaretur Dei creaturas, nullóque ab iis accepto detrimento earum cognitionem consequeretur; quasi Deus nimirum aliquis per gratiam, non homo effectus. Hæc & alia consimilia in proœmio philosophatus atque pollicitus, (quasi esset alibi perfectius accuratiúsque de iis acturus, ac proprium ei negotio Tractatum destinaturus) Interrogationes deinceps Responsionesque aggreditur: quarum

Prima quæstio est, quid illud significet: *Pater meus vsque modo operatur.* (Ioan.5.17.) Altera de illo, qui in Euangelio amphoram aquæ baiulat. (Marc. 14.13. Luc.22.10.) Tertia de illo: *Nolite possidere duas tunicas.* (Matt.10 10. Luc. 9.3.) IV. De maledicta terra in operibus Adam. (Genes.3 17.) V. De illo: *Qui natus est ex Deo, peccatum non facit.* (1.Ioan.3.9.) VI. De illo: *Hoc enim & mortuis euangelizatum est.* (1. Pet.4.6.) VII. De illo: *Deus lux est.* (1.Ioan. 1.5.) IIX. De illo: Quomodo [*nunc*] *sumus filij Dei*, & quomodo post hæc erimus? (1.Ioá. 3.2.) IX. De illo: *Qui timet, non est perfectus in dilectione.* (1.Ioan.4.18.) &, *Non est inopia timentibus eum.* (Psal.33.9.) X. Quis ille principatus fuerit, quem non seruarint angeli, & quæ illis reseruantur. (Iudæ ver. 6.) XI. Quæ sit illa per carnem commaculata tunica. (Iudæ v.23.) XII. Quid illud: *Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea quæ creata sunt intellecta conspiciuntur.* (Rom. 1.20.) XIII. Quid illud ibidem: *Coluerunt & seruierunt creaturæ potius, quam creatori.* (ibid. v.25.) XIV. De illo: c *Nam incorruptibilis spiritus tuus est in omnibus.* (Sapient. 12.1.) XV. De vitulo quem in deserto cóflarunt. (Exod.32.4.) XVI. De angelo mortem minitantem Mosi in itinere Ægypti. (Exodi 4.24.) XVII. De illo: *Si factores legis iustificabuntur.* (Rom. 2.13) quomodo d qui in lege iustificantur, gratia excidunt.

MAXIMVS Monachus.

a Rom. 1.25.

b *Expunge, quæ hoc loco in textu Græco vitiosè repetuntur, voces paucium.*

c *Secundum LXX. vers. ad vulg.* O quam bonus & suauis est Domine, spiritus tuus.

d Galat. 5.4. *Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini.*

MAXIMVS Monachus.

XXIIX. Quid est: *Quicunque sine lege peccauerunt, sine lege etiam peribunt.* (Rom. 2. 12.) XIX. Quid in Euangelio sit ficus arefacta, & quæ ad eam spectant. (Matt. 21. 19. Marc. 11. 20.) XX. De illo: *Exspolians principatus & potestates*, & reliqua. (Colos. 2. 15.) & quomodo exuitur, qui nequaquam induit? XXI. Si [demum] seculis venturis Deus ostendet diuitias bonitatis suæ. (Rom. 2. 3.) quomodo in nos seculorũ fines peruenerunt? (1. Cor. 10. 11.) XXII. De illo dicto: *Dabit ei Deus sedem Dauid patris sui.* (Luc. 1. 32.) Quomodo dare potest, cum regnũ Dauid ad eas deuenerit gentes, quæ natum ex eo a nõ cognouerint? XXIII. Quid est: *Transeuntes primam & secundam custodiam:* & quæ illa porta ferrea? (Actor. 12. 10.) XXIV. De illo: *Omnis viri caput Christus est.* & quæ sequũtur. (1. Corinth. 11. 3.) XXV. De Rege Babylonis, & Iudæ, & Gentium. XXVI. De reuelatione Petro super Cornelio facta, vtq; Cornelij causa quidam aduersus Petrum disceptarint. (Act. 10.) XXVII. Ad quos dictũ sit: *Venite, & descendamus, & confundamus ipsorum linguas.* (Genes. 11. 7.) XXVIII. Quid sit in actis Apostolorum: *qui per spiritum Paulo dixerunt, ne ascenderet Hierosolymam.* (21. 4.) XXIX. Quodnam sit poculi & baptismatis discrimen. (Marc. 10. v. 38.) XXX. De illo: *Si non in manu factis templis habitat Deus.* (Act. 17. 24.) quomodo in Iudæorum templo habitare dictus? XXXI. De illo: *Si forte attrectent, aut inueniant Deum.* (Actor. 17. 27.) XXXII. De illo dicto: *Amen dico vobis, quicumque dixerit huic monti*, & reliqua. (Marc. 11. 23. Matth. 17. 20.) XXXIII. De illo: *Quæcumque orates petitis, credite quod accipiatis*, & quæ sequuntur. (Marc. 11. 24. Matt. 21. 22.) XXXIV. De illo, Quod iubemur comedere carnem, & bibere sanguinem; non tamen comminuere ossa. (Ioan. 6. & 19. 33. Exodi 12. 9. Numer. 9. 6.) XXXV. Quæ fuerint Israelitis animantium, quæ immolabantur, corpora? XXXVI. De vipera, quæ Pauli manum comprehendit. (Act. 28. 3.) XXXVII. De Saducæorum quæstione, qua septem viros vni mulieri iunctos fingebant. (Matth. 22. 25. Marc. 12. 20. Lucæ 20. 29.) XXXVIII. Quid tres dies illi significant, quibus in deserto turba mansit cum Christo? (Matth. 15. 32. Marc. 8. 2.) XXXIX. Quid sibi vult numerus sex hydriarum in nuptiis Canæ Galileæ. (Ioan. 2. 6.) XL. Quid sibi vult numerus quinque virorum Samaritanæ, & sexti qui vir eius non erat? (Ioan. 4. 18.) XLI. Quomodo dicimus, Nos peccatum & facere, & scire: Christum autem factum esse peccatum, non scire tamen? (2. Corinth. 5. 21.) XLII. De ligno vitæ ac ligno inobedientiæ. (Genes. 2. 6.) XLIII. Ad quemnam dixit: [Deus:] *Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis.* (Genes. 3. 22.) Si enim ad Filium, quomodo Adam cum Filio comparatur? Si vero ad Angelos, quomodo rursum Angelum secum componit? XLIV. Quid designet pectusculum b oblationis, & armus separationis. (Leuit. 10. 14.) XLV. Quid differat ab ænigmate speculum. (1. Corinth. 13. 2.) XLVI. Quid est illud: *Vox clamantis in deserto*, & reliqua? Isa. 40. 3. Matth. 3. 3.) XLVII. De cisternis & turribus ab Ozia rege Iuda ædificatis. (2. Paral. 26. 10.) XLVIII. Quid sit rursum in eodem Paralipomenon libro: *Et vidit Ezechias, quod venerat Senacherib.* & reliqua. (32. 2.)

a Sequor τὸ κήρυγμα.

b Pro ἐπιθέματος legitur hodie in textu LXX. ἀφορίσματος. Vulg. tamen edit. cum B. Maximi lectione conspirat.

ιη'. τί ἐστιν, ὅσοι ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται; ιθ'. τί ἐστιν ἡ ξηρανθεῖσα ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συκῆ, καὶ ὅσα περὶ αὐτήν. κ'. περὶ τοῦ, τί ἐστιν ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πῶς ὁ μηδόλως ἐνδυσάμενος ἀπεκδύεται; κα'. εἰ ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις ὁ θεὸς δείξει τὸν πλοῦτον τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, πῶς εἰς ἡμᾶς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν; κβ'. περὶ τοῦ· δώσει αὐτῷ ὁ θεὸς τὸν οἶκον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, πῶς δίδωσι, τῆς βασιλείας Δαβὶδ εἰς τὰ ἀγνοήσαντα ἔθνη τὸν ἐξ αὐτοῦ μεταπεσούσης; κγ'. τί ἐστι, διελθόντες πρώτην καὶ δευτέραν φυλακήν, καὶ τίς ἡ σιδηρᾶ πύλη; κδ'. περὶ τοῦ, παντὸς ἀνδρὸς κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστι, καὶ τὰ ἑξῆς. κε'. περὶ τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος καὶ Ἰούδα καὶ τῶν ἐθνῶν. κϛ'. περὶ τῆς ἀποκαλύψεως Πέτρου τῆς ἐπὶ τῷ Κορνηλίῳ, καὶ πῶς διεκρίνοντο τινὲς πρὸς Πέτρον, διὰ τὸν Κορνήλιον. κζ'. τὸ, δεῦτε καὶ καταβάντες συγχέωμεν αὐτῶν τὰς γλώσσας, πρὸς τίνας εἴρηται. κη'. τί ἐστι τὸ ἐν ταῖς πράξεσιν, οἵτινες διὰ τοῦ πνεύματος ἔλεγον τῷ Παύλῳ, μὴ ἀναβῆναι εἰς Ἱεροσόλυμα. κθ'. τίς ἡ διαφορὰ ποτηρίου καὶ βαπτίσματος. λ'. περὶ τοῦ, εἰ οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς ὁ θεὸς κατοικεῖ, πῶς ἐν τῷ τῶν Ἰουδαίων ναῷ ἐλέγετο οἰκεῖν. λα'. περὶ τοῦ, εἰ ἄρα ψηλαφήσειαν καὶ εὕροιεν θεόν; λβ'. περὶ τοῦ Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἂν εἴπῃ τῷ ὄρει τούτῳ, καὶ τὰ ἑξῆς. λγ'. περὶ τοῦ ὅσα ἂν προσευχόμενοι* αἰτῆσθε, πιστεύετε ὅτι λαμβάνετε, καὶ τὰ ἑξῆς. λδ'. περὶ τοῦ, ὅτι κελευόμεθα τρώγειν τὴν σάρκα καὶ πίνειν τὸ αἷμα, μὴ συντρίβειν δὲ τὰ ὀστᾶ. λε'. περὶ τοῦ, τίνα ἐστὶ τὰ τῶν θυομένων ζώων σώματα τοῖς Ἰσραηλίταις. λϛ'. περὶ τῆς ἐχίδνης, ἣ καθήψατο τῆς χειρὸς Παύλου. λζ'. περὶ τῆς ἐρωτήσεως τῶν Σαδδουκαίων, ἥτις ἑπτὰ ἄνδρας ἀνέπλαττε* συνεζεῦχθαι τῇ γυναικί. λη'. τί εἰσιν αἱ τρεῖς ἡμέραι, ἃς προσεμείνασιν οἱ ὄχλοι τῷ Χριστῷ ἐν τῇ ἐρήμῳ. λθ'. τί σημαίνει ὁ ἀριθμὸς τῶν ἓξ ὑδριῶν τῶν ἐν τῷ γάμῳ τῷ ἐν τῇ Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας. μ'. τίς ὁ λόγος τῶν πέντε ἀνδρῶν τῆς Σαμαρείτιδος, καὶ τοῦ ἕκτου μὴ ὄντος ἀνδρός; μα'. πῶς ἡμεῖς [μὲν] λέγομεν τὴν ἁμαρτίαν [καὶ] ποιεῖν καὶ εἰδέναι· ὁ δὲ κύριος γενέσθαι μὲν ἁμαρτία, μὴ γνῶναι δ' αὐτήν. μβ'. περὶ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ τοῦ ξύλου τῆς παρακοῆς. μγ'. πρὸς τίνα εἶπεν, ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν; εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὸν υἱόν, καὶ πῶς συγκρίνεται ὁ Ἀδὰμ τῷ υἱῷ; εἰ δὲ πρὸς ἀγγέλους· πῶς πάλιν τὸν ἄγγελον ἑαυτῷ συγκρίνει. μδ'. τί σημαίνει τὸ στηθύνιον τοῦ ἐπιθέματος, καὶ ὁ βραχίων τοῦ ἀφαιρέματος; με'. τίς ἡ διαφορὰ τοῦ ἐσόπτρου πρὸς τὸ αἴνιγμα. μϛ'. τί ἐστι φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ τὰ ἑξῆς. μζ'. περὶ τῶν Ὀζίου τοῦ βασιλέως Ἰούδα λάκκων καὶ πύργων ὧν ᾠκοδόμησε. μη'. τί ἐστι πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ τῶν παραλειπομένων, Καὶ εἶδεν Ἐζεκίας ὅτι ἥκει Σενναχηρείμ, καὶ τὰ ἑξῆς.

* αἰτήσητε.

* τῇ μιᾷ.

μθ΄. τί ἐστι πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ, καὶ προσηύξατο Ἐζεκίας ὁ βασιλεύς, καὶ Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμώς, καὶ τὰ ἑξῆς. ν΄. τί ἐστι, καὶ πολλοὶ ἔφερον δῶρα τῷ κυρίῳ, καὶ δόματα Ἐζεκίᾳ τῷ βασιλεῖ Ἰούδα. να΄. περὶ τοῦ, ὅτι οὐ κατὰ τὸ ἀνταπόδομα ὃ ἀνταπέδωκεν αὐτῷ ὁ Θεός, ἀνταπέδωκεν Ἐζεκίας, καὶ τὰ ἑξῆς. νβ΄. περὶ Ἐζεκίου πάλιν, ὅτι ἔθαψαν αὐτὸν ἐν ἀναβάσει υἱῶν Δαυίδ, καὶ τὰ ἑξῆς. νγ΄. περὶ τῶν ἐν τῷ πρώτῳ Ἔσδρᾳ, ὅτι γέγραπται περὶ Ζοροβάβελ, ἦρε τὸ πρόσωπον εἰς τὸν οὐρανὸν ἐναντίον Ἰσραήλ, καὶ περὶ τῆς προσευχῆς αὐτοῦ. νδ΄. περὶ τοῦ, οἱ δὲ πάντες ἦσαν ἐξ Ἰσραὴλ ἀπὸ δωδεκαετοῦς, χωρὶς παιδίων καὶ γυναικῶν, μυριάδες * δ΄. τξ΄ καὶ τὰ ἑξῆς. νε΄. περὶ τοῦ ἐν τῷ δευτέρῳ Ἔσδρᾳ γεγραμμένου, καὶ ἀκούσαντες οἱ ἐχθροὶ τῆς φυλῆς Ἰούδα καὶ Βενιαμίν, ἐληλύθασιν ἐπιγνῶναι τίς ἡ φωνὴ τῶν σαλπίγγων, καὶ τὰ ἑξῆς. νς΄. τί ἐστι πολὺ ἰσχύει δέησις δικαίου ἐνεργουμένη. νζ΄. περὶ τοῦ, ἐν ᾧ ἀγαλλιᾶσθε ὀλίγον ἄρτι, εἰ δέον ἐστὶ λυπηθέντας ἡμᾶς καὶ ἑξῆς, πῶς τις λυπούμενος ἐν * πειρασμοῖς δύναται ἀγαλλιᾶσθαι. νη΄. περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν προφῆται. νθ΄. περὶ τοῦ ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ προεγνωσμένου, ὑπὸ τίνος προεγνωσμένου. ξ΄. τί ἐστιν, ὅτι καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρίμα ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. ξα΄. περὶ τοῦ δρεπάνου, ὃ εἶδε πετόμενον ὁ Ζαχαρίας. ξβ΄. περὶ τῆς χρυσῆς λυχνίας, ἣν εἶδεν ὁ αὐτὸς προφήτης. ξγ΄. τί ἐστιν, ἐν ᾗ κατοικοῦσι πλείους ἢ δώδεκα μυριάδες ἀνθρώπων, οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν δεξιὰν αὐτῶν ἢ ἀριστεράν. τίνες οἱ ἄνδρες, καὶ τίς ἡ δεξιὰ καὶ ἀριστερά; ξδ΄. διὰ τί μετὰ θάνατον Σαοὺλ τοῦ ἀδικήσαντος τοὺς Γαβαωνίτας, ὁ μηδὲν ἀδικήσας Δαυὶδ ἀπῃτήθη δίκας, λιμῷ τῆς χώρας αὐτοῦ κακουμένης, ἕως ἐξέδωκε τοὺς ἐκ τοῦ σπέρματος Σαοὺλ ἑπτὰ ἄνδρας τοῖς Γαβαωνίταις.

Τούτων μὲν τὰς λύσεις ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ καὶ γενναῖος ὁμολογητὴς ἀποδιδόναι ὑπέρχεται πόνον. ἔστι δὲ τὴν φράσιν μηκυντικὸς τῶν περιόδοις, καὶ χαίρων ὑπερβατοῖς, ἀκμάζων τε ταῖς περιβολαῖς, καὶ κυριολογεῖν οὐκ ἐσπουδασμένος. ἐξ ὧν αὐτοῦ τῇ συγγραφῇ καὶ τὸ ἀσαφὲς καὶ * δυσπαρακολούθητον διατρέχει. τῷ δὲ τραχεῖ τῆς ἀνωμαλίας, ἔν τε τῇ συνθήκῃ καὶ ἀναπαύσει, τὸν λόγον ὑποβάλλων, οὐδ' ἡδεῖαν εἶναι σπουδάζει τὴν ἀκοήν. καὶ ἡ μεταφορὰ αὐτῷ τῶν λέξεων οὐκ εἰς τὸ χαρίεν καὶ γεγανωμένον συνείλεκται, ἀλλ' οὕτως ἁπλῶς καὶ ἀπεριμερίμνως παραλαμβάνεται. ὁ δ' εἴγε καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἀποκναίει ἐσπουδακότας, πόρρω τοῦ γράμματος καὶ τῆς ἐγνωσμένης ἱστορίας, ἢ μᾶλλον καὶ αὐτοῦ τοῦ ἠπορημένου αἱ λύσεις αὐτοῦ περιΐστανται. πλὴν εἴ τινι φίλον ἀναγωγαῖς καὶ θεωρίαις τὸν νοῦν ἐνασχολεῖν, οὐκ ἂν ποικιλωτέραις οὐδ' ἐσπουδασμέναις μᾶλλον ἢ ταύταις περιτύχοι. συλλέγει μὲν γὰρ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ εἰς ἔνια τῶν ἠπορημένων εἰρημένα. συνάπτει δὲ καὶ τὰ οἴκοθεν εἰσηγητοῖς οὐδὲν ἔλαττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, τὸ γλαφυρόν τι καὶ περιεσκεμμένον περιβεβλημένα.

* τέσσαρες μυριάδες τ.

* πειρασμοῖς.

* δυσπαρακολούθητον.

XLIX. Quid iterum in eodem ipso libro: *Et orauit Ezechias Rex, & Esaias filius Amos*, & quæ sequuntur? (32.20.) L. Quid est: *Et multi offerebant munera Domino, & dona Ezechiæ Regi Iuda*. (Ibid. v. 23.) LI. De illo: *Et non iuxta retributionem, quam a retribuit ipsi Deus, retribuit Ezechias*, & reliqua (ibid. v. 25.) LII. De Ezechia iterum: *Sepelierunt eum supra sepulchra filiorum Dauid*, & quæ sequuntur. (ibid. v. 33.) LIII. De eo, quod libro primo Esdræ de Zorobabel scriptum est: *Sustulit faciem in cælum contra Israel*. & de oratione eius. (1. Esdræ 9. 6.) LIV. De illo. b *Omnes erant ex Israel ab anno duodecimo, exceptis pueris ac feminis myriades quattuor, tria millia, trecenti & sexaginta*, & quæ sequuntur. (3. Esdræ 5. 41. qui est in Græco primus.) LV. De illo, quod in libro secundo Esdræ scriptum: *Et audierunt inimici tribus Iuda & Beniamin, & venerunt scire, quæ esset vox tubarum*, & quæ sequuntur (ibid. v. 66. In Græco item non habentur hæc libro secundo, sed primo, cap. 5. sub fin.) LVI. Quid est: *Multum valet deprecatio iusti assidua*. (Iacobi 5.16.) LVII. De illo: *In quo exsultatis modicum nunc, si opus est contristatos vos*, & reliqua. (1. Pet. 1.6.) quomodo contristatos quis in tentationibus exsultare queat. LVIII. De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt Prophetæ (ibid. v. 10.) LIX. De illo: *Quasi immaculati & incontaminati Christi, præcogniti quidem ante constitutionem mundi*. (1. Petri 1,19.) sed a quo præcogniti? LX. Quid est: *Quoniam tempus incipit iudicium a domo Dei*, & reliqua? (1. Pet. 4.17.) LXI. De c falce, quam volantem vidit Zacharias. (Zach. 5.1.) LXII. De candelabro aureo, quod idem vates conspexit. (Zach. 4.2.) LXIII. Quid est: *In qua habitant plures quam centum viginti millia virorum, qui non cognouerunt dexteram suam aut sinistram?* (Ionæ 4.11.) Quinam hi viri sunt, quæque dextra & sinistra? LXIV. Quare post mortem Saul, qui Gabaonitas iniuria affecerat, ab innoxio Dauide pœna exacta fuerit, fame eius regione vexata, donec traderet ex semine Saul septem viros Gabaonitis (2. Regum 21.1.) Has igitur soluere Quæstiones diuinus ille vir & Confessor egregius allaborauit.

Oratio eius comprehensionibus continenter producitur, gaudetque hyperbatis, circumductionibus quoque inualescens: etsi proprie loqui minime satagit. Ex quibus per scriptum hoc eius, & obscuritas, & difficultas illud comprehendendi passim decurrit. Asperitatem deinde inæqualis dictionis, (quantum ad compositionem cessationemque) sua in oratione secutus, ne auditu quidem esse iucundus studet. Verborum insuper translatio, nequaquam ad gratiam colligendam lectoremque d elliciendum floride composita est; sed simpliciter atque incuriose assumitur. Idem præterea sui studiosos propemodum obtundit: adeo procul a littera & nota historia, siue potius ab eo ipso, quod petitum erat, solutiones ipsius recedunt. Tantum si cui forte gratum Anagogicis ac contemplationibus mentem implicare, nunquam is sane reperiat hisce aut magis varia, aut diligentius elaborata. Etenim cum aliorum colligit sententias in dubiis quibusdam pronunciatas, tum & adiicit, quæ ipsius diligentiæ nihilo his minorem, si non maiorem, præferunt venustatem atque sollertiam,

a Melius ... τῶν LXX ... Interp. ... edit. ...

b Hoc ... cum ... Græca ... Lat. edit. ...

c In vulgata editione ... volumen volans.

d Hoc ... commodiore ordine ... retraho.

MAXIMVS Monachus.

Vbique autem viri pietas, & purum germanumque Christi desiderium elucet.

Eivsdem B. Maximi *Epistolæ XVII.*

CCCII. Distinguendi gratia eius notula fuit ad repetitam mate numerum alienanda.

LECTAE adhæc *variæ eiusdem epistolæ* de rebus necessariis, & animo vtilibus, iis (maxime) qui mores suos corrigere, mentemque in pietate excitatam conseruare student, numero viginti septem. Harum erat vna bene longa ad Ioannem Philosophum missa: cuius hæc fere *a* capita, Primum, Increpatio eorum, qui hæreticorum sectatores, ac potissimum Seueri, defendendos susceperunt. Alterum deinde, Oportere omni ratione traditam nobis incorruptam seruare Religionem. Tertium, De differentia, quaque ratione consiteri pie liceat, duas in CHRISTO post vnionem naturas. Quartum est, Numerum neque diuidere, neque diuidi, nec diuisionem in vniuersum vllam secundum propriam rationem adferre iis, quibus additur. Quintum, Quomodo pie numerus ad indicandam differentiam adhibeatur.

a Quæ potero nunc repetita egit ad Pr. [illegible]

Sextum, Quomodo B. Cyrilli dictum epistola ad Succensum sit accipiendum. Non etiam pugnare hanc vocem *in duabus*, cum iis, qui dicunt vnam Verbi naturam carnem esse factam, nisi ex opinione Nestorij impie fama tur. Septimum, Rerum siue *b* Substantiarum in CHRISTO, esse differentiam, non qualitatum: omnemque adeo differentiam necessitate quadam adducere secum eorum, quorum est, quantitatem: quemadmodum rursum quantitas, siue continua illa sit, siue discreta numerum se exprimentem adducit. VIII. Impie dici, Christum vnam esse compositam naturam: illudque cum veritate pugnare. IX. De Hypostasi composita, & breuis expositio receptarum de fide vocum, quæ recte de Christo ex vsu Ecclesiæ Catholicæ proferuntur. X. De Hypostasi composita magis naturalis disputatio, vna cum accurata demonstratione, quod in eadem nequaquam incidant, qui Christum profitentur vnam compositam hypostasin, cum iis, qui vnam eum dicunt esse compositam naturam. XI. Per assumptionem factam esse solam illam Verbi cum carne vnionem *, tanquam præexistentis, & ad vnionem carnis vniri volentis: quod in alio omnino composito minime obseruetur. In aliis enim, non per alterutrius assumptionem fit vnio, sed ambobus, ex eo quod non est, ad compositi perfectionem atque constitutionem concurrentibus. Hæc ergo est ad Ioannem epistola, & eius illa capita.

b Naturarum quoq. [illegible]

Reliquarum deinde tres datæ ad Thalassium Presbyterum ac Præfectum: duæ ad Ioannem Cubicularium, totidem ad Sophronium monachum cognomento Eucratam: vna ad Ioannem Sophistam, & altera ad Ianiam Præfectam. Iterum vna Thalassio præfecto ac presbytero missa, altera Iordanæ presbytero, Stephanoque præfecto ac presbytero. Vna quoq; Cyrthicio Episcopo, rursumque altera Ioanni Cubiculario, similiter & Stephano Præfecto,

πανταχοῦ δὲ τὸ εὐσεβὲς αὐτοῦ καὶ τὸ εἰς Χριστὸν πόθου τὸ καθαρὸν καὶ γνήσιον διαλάμπει.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟλαὶ κζ.

ΕΤΙ ΑΝΕΓΝΩΣΘΗΣΑΝ αὐτοῦ καὶ ἐπιστολαὶ περὶ διαφόρων ὑποθέσεων, ἀναγκαίων τε καὶ ψυχωφελῶν τοῖς ὀρθοῦν τε τὰ ἤθη, καὶ τὸν νοῦν ἐγρηγορότα συντηρεῖν πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἐσπουδακόσι, τὸν ἀριθμὸν ζ καὶ κ. ὧν μία πολύστιχος, ἡ πρός τινα φιλόσοφον Ἰωάννην. ἧς ἐστι τὰ κεφάλαια· πρῶτον ἐπιτίμησις τοῖς ἐκδικοῦσι τοὺς αἱρετίζοντας, καὶ μάλιστα τοὺς ἀπὸ Σευήρου. δεύτερον, ὅτι δεῖ παντὶ * τρόπῳ τὴν παραδεδομένην ἀπαράτρεπτον εὐσέβειαν διαφυλάττειν. τρίτον περὶ διαφορᾶς, καὶ πῶς ἐστιν εὐσεβῶς δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖν. τέταρτον, ὅτι ὁ ἀριθμὸς οὔτε διαιρεῖ, οὔτε διαιρεῖται, οὔτε διαίρεσιν εἰσάγει κατὰ τὸν ἴδιον λόγον τὸ σύνολον, οἷς ἐπιλέγεται. πέμπτον, πῶς εὐσεβῶς ὁ ἀριθμὸς πρὸς δήλωσιν τῆς διαφορᾶς παραλαμβάνεται. ἕκτον, πῶς χρὴ νοεῖν τὸ κείμενον ῥητὸν ἐν τῇ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου· καὶ ὅτι οὐ μάχεται ἡ ἐν δύο φωνὴ τοῖς λέγουσι μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην, εἰ μὴ κατὰ τὸ τοῦ Νεστορίου δοκοῦν, ἀσεβῶς λαμβανομένη. ἕβδομον, ὅτι πραγμάτων, ἤγουν οὐσιῶν ἐπὶ Χριστοῦ ἡ διαφορά, ἀλλ' οὐ ποιοτήτων· καὶ ὅτι πᾶσα διαφορὰ ἐξ ἀνάγκης συνεισάγει ἑαυτῇ τὴν ὧν ἐστι ποσότητα· καὶ ἡ ποσότης πάλιν τὸν ἑαυτῆς σημαντικὸν ἀριθμόν, κἂν τε συνεχὴς ἐστι κἂν τε διῃρημένη. ὄγδοον, ὅτι ἀσεβές ἐστι τὸ λέγειν μίαν σύνθετον φύσιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενον. ἔνατον, περὶ ὑποστάσεως συνθέτου, καὶ ἔκθεσις σύντομος τῶν ἐκδοχῆς τῶν ὀρθῶς ἐπὶ Χριστοῦ κατὰ τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν ὁμολογουμένων τῆς πίστεως φωνῶν. δέκατον, περὶ ὑποστάσεως συνθέτου φυσικωτέρα διάληψις· καὶ ἀπόδειξις ἀκριβής, τοῦ μὴ τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν τοὺς ὁμολογοῦντας μίαν σύνθετον ὑπόστασιν τὸν Χριστόν, τοῖς μίαν αὐτὸν σύνθετον λέγουσι φύσιν. ἑνδέκατον, ὅτι κατὰ πρόσληψιν ἡ πρὸς τὴν σάρκα μόνη τοῦ λόγου γέγονεν ἕνωσις, ὡς προόντος, καὶ πρὸς ἕνωσιν σαρκὸς ἑνωθῆναι θελήσαντος· ὅπερ οὐκ ἔστιν ὅλως ἐπ' ἄλλου τῶν συνθέτων ἰδεῖν. ἐπὶ γὰρ τῶν ἄλλων, οὐ κατὰ πρόσληψιν θατέρου ἡ ἕνωσις γίνεται, ἀλλ' ἀμφοῖν * συνιόντων ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὴν τοῦ συνθέτου συμπλήρωσιν καὶ κτίσιν. ἡ μὲν οὖν πρὸς Ἰωάννην ἐπιστολὴ αὕτη, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ κεφάλαια.

rub. Emissi Maximo epistola.

* al. τρόπῳ.

S. Cyrilli epistola ad Succensum.

* al. συνιόντων.

Τῶν δ' ἄλλων ἐπιστολῶν τρεῖς μέν εἰσι πρὸς Θαλάσσιον πρεσβύτερον καὶ ἡγούμενον, δύο δὲ πρὸς Ἰωάννην Κουβικουλάριον, δύο δὲ πρὸς Σωφρόνιον μονάζοντα τὸν ἐπίκλην Εὐκρατᾶν· καὶ μία πρὸς Ἰωάννην σοφιστήν, καὶ μία πρὸς Ἰανίαν ἡγουμένην· καὶ μία Θαλασσίῳ ἡγουμένῳ καὶ πρεσβυτέρῳ, καὶ μία Ἰορδάνῃ πρεσβυτέρῳ, καὶ Στεφάνῳ ἡγουμένῳ καὶ πρεσβυτέρῳ, καὶ μία Κυριζικίῳ ἐπισκόπῳ, καὶ μία ἔτι ἑτέρα Ἰωάννῃ Κουβικουλαρίῳ, ὁμοίως καὶ Στεφάνῳ * ἡγουμένῳ,

καὶ μία Κόνωνι πρεσβυτέρῳ καὶ ἡγουμένῳ· ἐπὶ Θαλασσίῳ ἡγουμένῳ καὶ πρεσβυτέρῳ, καὶ δύο Ἰωάννῃ ἐπισκόπῳ· ἐπὶ Ἰωάννῃ κουβικουλαρίῳ περὶ τῆς κατὰ Θεὸν λύπης· καὶ Κωνσταντίνῳ ἰλλουστρίῳ καὶ ἀπὸ σακελλαρίων, δύο· καὶ τῷ ἀββᾷ Πολυχρονίῳ τρεῖς· καὶ πρὸς Ἰουλιανὸν Ἀλεξανδρέα, ἀπὸ τῆς τῶν ἀκεφάλων αἱρέσεως ἐπιστραφέντα, μία. καὶ ὡς ἀπὸ Γεωργίου ἐπάρχου Ἀφρικῆς πρὸς μονατρίας ἀποκοινωνητάτας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, μία. ἐν ταύταις ἦν ἁπάσαις ταῖς ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἐπιστολαῖς, ὁ μὲν ἄλλος χαρακτὴρ αὐτῷ τῶν λόγων καὶ ἡ εὐσέβεια μάλιστα διαπρεπὴς γίνεται: τὸ δ' ἀσαφές, εὖγε τοῦ ἀνδρὸς ποιοῦντος, καὶ τιμῶντος ἐπιστολῆς κατὰ τοῦτο νόμους, οὐκ ἔχει τὸ ἀνοικονόμητον. δῆλον δ' ὅτι καὶ ἃ τὴν ἀσάφειαν ἐποίει, τὰ μὲν ἐρρίπται, τὰ δὲ κεκόλασται.

cum vna ad Cononem Presbyterum ac præfectum. Item Thalassio præfecto ac Presbytero, & duæ ad Ioannem Episcopum. Item Ioanni Cubiculario, De eo, qui secundum Deum est dolore, & Constantino Illustri ac Sacellario duæ. Abbati quoque Polychronio tres, & ad Iulianum Alexandrinum, ab Acephalorum hæresi conuersum, Epistola vna, alteráq; a Georgij Africę Præfecti nomine ad Monachas excõmunicatas Alexandriæ.

In his omnibus viginti septem epistolis, cum alia eiusdem dicendi forma & pietas potissimum enitet, tum obscuritas (euge virum, qui hac in parte saltem epistolæ colat leges atque obseruet) nusquam temere adhibita fuit. Liquet vero, quædam, quæ obscuritatem b adferebant, partim hic esse reiecta, partim castigata.

MAXIMVS.

a Idem alias Gregorius appellatum legitur.

b In cætera B. Maximi scripta.

CXCIII.

ρϟγ'. Eiusdem Maximi Liber Asceticus, & Centuriæ de Dilectione.

ΤΟΥ̃ ΑΥ̓ΤΟΥ̃ ἈΣΚΗΤΙΚῸΣ ΛΌΓΟΣ· καὶ ἑτέρα πραγματεία περὶ ἀγάπης, ἐν υ' κεφαλαίοις.

ΕΤΙ ἈΝΕΓΝΏΣΘΗ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Μαξίμου λόγος ἀσκητικός, εἰς πεῦσιν ἐσχηματισμένος καὶ ἀπόκρισιν. καὶ χρήσιμος μὲν ἅπασιν ὁ λόγος, μάλιστα δὲ οἷς ἄσκησις ἡ πολιτεία. ἠθῶν γὰρ, δι' ὧν ἄν τις οὐρανοπολίτης γένοιτο, ἐστὶ διδάσκαλος καὶ γεωργός· μάλιστα δὲ τῆς ἀγάπης καὶ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν ἐργασίαν πολλὰς ἐνδίδωσιν ἑλεῖν ἀφορμάς. συνετέτακτο δὲ καὶ ἑτέρα πραγματεία, εἰς τετρακόσια κεφάλαια πληθυνομένη, ἣ καὶ προσεπεφώνητο Ἐλπιδίῳ τινὶ, ὁσιότητι καθωσιωμένῳ. καὶ αὐτὸς μὲν ὁ συγγραφεὺς περὶ ἀγάπης τὸν πόνον ἐπιγράφει ἴσως, ὅτι ταύτην τὲ ἀρχὴν τῷ γράμματι ὑποβάλλεται, καὶ ἀλλαχοῦ πολλάκις περὶ αὐτῆς καταβάλλεται λόγον. οὐ μὴν ἀλλὰ γὰρ καὶ πολλῶν προβλημάτων τε καὶ θεωρημάτων, οἷς θεολογία κρατύνεται, καὶ ἃ τὸν ὅσιον βίον καὶ καθαρὸν ποιεῖ, ἱκανὴν ἔστιν ἐν αὐτοῖς τοῖς * φιλοπόνως αὐτὰ μετιοῦσι καρπώσασθαι τὴν ὠφέλειαν. καὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ τοῦ λόγου, εἰς τὸ λευκόν τε καὶ εὔτονον, ἅπερ οἱ ἄλλοι, διατυποῦται, καὶ οὐδὲν παρέχει ὅ ἄν τις δικαίως μωμήσασθαι. πλὴν ἔσθ' ὅτε τὴν Ἀττικὴν τῆς ἄλλης φωνῆς οὐ προκρίνει.

* ἐς αὐτά. vett.

Eivsdem B. Maximi *Liber Asceticus, & Centuria de Dilectione.*

LEGEBATVR etiam eiusdem S. MAXIMI *Liber Asceticus*, per interrogationem responsionémque conformatus. Vtilis sane omnibus, tum vero iis maxime, qui pietatis studio deditam ducunt vitam. Eorum enim morum Magister est, & cultor, quibus cœli ciuis quis euadat, maximeque caritatis, partim notitiam, partim exercitationem consequendi, variam sane opportunitatem præbet.

Erat in eodem volumine a *Opus quadringentorum capitum*, Elpidio cuidam sanctitatis studioso inscriptum, cui titulum ipsemet scriptor indidit *De Charitate*. Idcirco fortasse, quod inde exordium sumpserit, & alibi frequenter de eadem disserat. Quamquam & è multis ibidem Problematis ac Theorematis (quibus cum Theologia firmatur, tum sanctior ac purior hominis vita redditur) copiosum sane colligere fructum queant ij, qui hæc diligenter perlegant.

Dictionis genus candidum præ cæteris atque tersum hic [illegible]: nec quidquam ibi adest, quod reprehendendi causam, siquam excutere possit, tantum alicubi voces Atticas cæteris non anteponit.

a Græce olim & Latinè in Germania editum.

CXCIV.

ρϟδ'. Eiusdem Maximi epistola ad Georgium eparchum.

ΤΟΥ̃ ΑΥ̓ΤΟΥ̃ ΠΡῸΣ ΓΕΏΡΓΙΟΝ Ἔπαρχον ἐπιστολή· καὶ λόγοι β', ἐν οἷς θεολογικὰ, καὶ ἠθικὰ κεφάλαια σ'. καὶ ἐπιστολαὶ ε'.

ΕΤΙ ἈΝΕΓΝΏΣΘΗ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου ἀνδρὸς πρὸς Γεώργιον ἔπαρχον ἐπιστολὴ, πολλῆς ὠφελείας καὶ κατανύξεως γέμουσα· καὶ τὸ τῆς φράσεως αὐτῆς εἰς τὸ σαφές τε καὶ ἠθικὸν ἀνειλυγμένον πρὸς τὰ τετρακόσια κεφάλαια τὴν συγγένειαν ἀσύγχυτον δεικνῦσιν ὅτι διασώζει. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ τεύχει συνανεγνώσθη λόγος, κεφαλαίοις ἑκατὸν διειλημμένος· καὶ ἕτερος ὁμοίως τοῖς ἴσοις ἀπηρτισμένος. ἐν οἷς θεολογία τε διαλάμπει, καὶ ἠθῶν διακόσμησις διαπρέπει. καὶ οὐκ ἂν ἐν οὐδενὶ τὸ ὁμοφυὲς αὐτοῖς πρὸς τὰ τετρακόσια κεφάλαια ἐνοθεύετο, εἰ μὴ τὸ ἀλληγορικὸν ἐν πολλοῖς ὑποβαλλόμενον, καὶ ὁμόφυλά πως αὐτὰ παραστήσας ἐν τῇ συντάξει·

• Eivsdem B. Maximi *Epistola ad Georgium Eparchum.*

Theologicorum, Moraliumque Capitum Centuriæ, siue libri II. & Epistolæ V.

LECTA præterea est eiusdem sancti viri *Epistola ad Georgium Eparchum*, perutilis sane & compunctionis plena. Dictio vero eius in perspicuitatem & lenitatem excurrens, [illegible] sese retinere cum quadringentis illis capitibus quasi cognationem satis declarat.

κηρύσσειν τοῖς κλητοῖς Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν καὶ Θεοῦ σοφίαν. πάλιν δὲ πῶς οὐ δόξῃ μάχεσθαι τό, εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέρχησθε. πορεύεσθε δὲ πρὸς τὰ πρόβατα, τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. ὅσον γὰρ αἱ ἀπώλλει τὰ πρόβατα, δικαιοσύνης μᾶλλον καὶ ἀρετῆς ἐγγύτερα πάντως τῶν Σαμαρειτῶν καὶ Ἑλλήνων ἐτύγχανον. πῶς δὲ καὶ τέκνα δεῖν [τὸ] χορτασθῆναι πρότερον διεμαρτύρατο, καὶ τὰ περιττὰ τοῖς κυναρίοις ὑπολείπεσθαι. ἀλλὰ καὶ τοὺς μαθητὰς διατάττων, εἰς ἣν ἄν φησι πόλιν ἢ κώμην εἰσέλθητε, ἐξετάσατε, τίς ἐστὶν ἐν αὐτῇ ἄξιος· οὐχὶ τίς ἐστιν ἁμαρτωλός· κἀκεῖ μείνατε ἕως ἂν ἐξέλθητε ἐκεῖθεν. τοῦτο δὲ καὶ ἡ πορφυρόπωλις εἰδυῖα, τοῖς περὶ Βαρνάβαν καὶ Παῦλον ἔλεγεν, εἰ πιστήν με κεκρίκατε τῷ κυρίῳ, μείνατε πρός με. καὶ τὸ λέγειν μὲν πρὸς τοὺς ἀποστόλους, οἵτινες ἀρετῆς ὑπῆρχον κανόνες, ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται· δηλονότι τοῖς ἀναξίοις. τούτοις οὖν τοῖς εἰρημένοις ἅπασι πῶς οὐκ ἀντιπεσεῖται λαμπρῶς τό, οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλούς· εἴ τις ἐπιμερίζων τοὺς ἀνθρώπους εἰς ἁμαρτωλῶν καὶ δικαίων * τάγμα, οὕτω τὴν τοῦ ῥητοῦ διάνοιαν ἐκλαμβάνει. ἔτι δὲ εἰ τοὺς μὲν δικαίους οὐ κέκληκεν, οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ οὐ προσέρχονται· πᾶς γὰρ ὁ τὰ φαῦλα πράττων, μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει τὰ πονηρά· καὶ ποσάκις ἠθέλησα συναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, καὶ οὐκ ἠθελήσατε. εἰ οὖν τοὺς μὲν δικαίους οὐ κέκληκεν, οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ τὸ ἀποσκιρτᾶν τοῦ προσιέναι, καθάπερ εἴρηται, προτετιμήκασι· τίσιν ἐκηρύχθη τὸ κήρυγμα; σὺ δέ μοι καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων σκόπει· ἔδει μητέρα Θεοῦ ἐπὶ γῆς γενέσθαι, τὴν πασῶν πάσαις ἀρεταῖς ὑπερανελθοῦσαν ἐκάλεσεν. ἔδει πατέρα καὶ ἀδελφοὺς ἐπὶ γῆς ὀνομάσαι τὸν ἀπάτορα· οὐκ ἐκ τῶν λῃστῶν καὶ * πορνῶν τούτους ἐξελέξατο, ἀλλὰ τοὺς ἐν δικαιοσύνῃ διαλάμποντας. τοιοῦτος γὰρ Ἰωσήφ, καὶ οἱ τούτου παῖδες. ὁ δὲ Ἰάκωβος ἐφ' ὅσον ἀρετῆς ὕψος ἀνῆλθε, καὶ τίνα παρεῖχεν ὑπόληψιν τῷ τῶν Ἰουδαίων λαῷ, καὶ ἡ κλῆσις ἀναβοᾷ. * Ἰωβλίαν γὰρ αὐτὸν τὸ πλῆθος, διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς μέγεθος, καὶ τὴν πρὸς τὸ θεῖον παρρησίαν, τοῦτ' ἔστι, περιοχὴν καὶ σκέπην τοῦ λαοῦ, κατωνόμαζεν. πάλιν ἔδει προδραμεῖν τοῦ λόγου πρόδρομον, ὁ μείζων προφητῶν καὶ πάντων ἀνθρώπων προτρέχει. ἔδει μάρτυρα τῆς αὐτοῦ προβάλλεσθαι δόξης, τὸν Συμεὼν καὶ τὴν Ἄνναν ἐκάλεσεν. ἔδει μαθητὰς προσλαβεῖν, τοὺς ἀρίστους λογάδας τίθεται. οἶδα γάρ φησιν, οὓς ἐξελεξάμην. [ἔδει] νεκρὸν ἐγεῖραι [τὸν ἐκ Βηθανίας] Λάζαρον· ἀλλ' ἐξ εὐσεβοῦς οἰκίας, ἐν ᾗ Μάρθα καὶ Μαρία, ἧς τὴν ἀγαθὴν ἐκλέξασθαι μερίδα, τὸ θεῖον ἀπέφηνε ψήφισμα. ἐξ ἐθνῶν ἔδει κληθῆναι, ἀπαρχὴ τῶν ἄλλων ὁ Κορνήλιος καλεῖται. ὅσος δὲ τὴν ἀρετὴν καὶ πρὸ τοῦ βαπτίσματος, τὸ ἱερὸν ἀνακηρύττει γράμμα. σταυροῦνται δύο λῃσταί· ἀλλ' ὁ μὲν εὐγνώμων ἀνοίγει τὸν παράδεισον,

* al. σύγματα.
* al. πορνῶν.
* al Ἰακώβ.

a Prædicare se vocatis Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Iterumque, quomodo non pugnare illa videantur? *b In viam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis? sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel.* Quatenus enim, qui perierant, oues erant, iustitiæ omnino & virtuti viciniores erant, quam Samaritani atque gentes. *c* Quomodo item filios antea esse saturandos edocet, ac tum quæ supersunt canibus relinqui? Sed & discipulos colligens: *d In quamcumque,* ait, *ciuitatem aut castellum intraueritis interrogate, quis in ea dignus sit* (non quis sit peccator) *& ibi manete, donec inde exeatis.* Hoc item purpuraria illa mulier non ignorans, Barnabæ ac Paulo dixit: *e Si iudicastis me fidelem, manete apud me.* Et dictum illud Apostolis, qui virtutis erant norma: *f Vobis datum est nosse mysteria, illis autem non est datum.* nimirum indignis. His igitur omnibus iam dictis, quomodo non repugnabit clare illud: *Non veni vocare iustos, sed peccatores.* si quis de hominum diuisione in Iustos & Iniustos huius loci sententiam accipiat. Adhæc vero, si iustos non vocauit, peccatores autem non accedunt. *g* (*Omnis enim qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem.* Et, *h Malus homo de cordis sui malo thesauro profert mala.* Item, *i Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti.*) Si, inquam, iustos non vocauit, peccatores autem resilire, quam accedere, (quemadmodum diximus) maluerunt? quibusnam prædicatum est Euangelium? Atque idem mihi iam e factis quoque ipsis obserua. Oportebat Dei matrem in terra esse: eam vocauit, quæ omnibus virtutibus alias omnes superaret. Patrem oportebat, & fratres super terram nominare eum, qui sine patre esset. Non e latronibus hos, & meretricibus, deligendos putauit, sed qui iustitia collucerent. Talis Ioseph, tales & eius liberi. Iacobus vero in quantum virtutis gradum ascendisset, quantámque de se opinionem apud Iudæorum populum excitasset, vel sola eius appellatio clamat. Ipsum enim populus propter virtutis magnitudinem, atque agendi cum Deo libertatem *k* OBILAM, hoc est, *populi præsidium,* & *protectionem* vocabant. Rursum, Verbo præcurrere oportuit Præcursorem & *l* qui prophetis, omnibúsque adeo hominibus maior esset, præcurrit. Oportuit & testem offerri, qui eius gloriam testaretur. *m* Simeonem itaque & Annam vocauit. Discipulósne legisse oportuit? optimos vtique delegit: *n Scio enim,* inquit, *quos elegerim.* [Oportebat] mortuum resuscitare [Bethaniensem] *o* Lazarum. Sed eum non nisi ex pia domo, in qua Martha & Maria, quam *p* bonam elegisse partem diuina pronunciauit sententia. Ex gentibus quoque vocari aliquos oportuit: primus omnium *q* Cornelius vocatur, qui quantus virtute (etiam ante baptismum) fuerit, sacræ loquuntur litteræ. *r* Cruci adfiguntur duo latrones: sed cui mens melior, paradisum sibi aperit;

a Ioan. 1. 24.
& 1. Cor. 1. 24.
b Matth. 10. 5. & 6.
c Matt. 15. 26
d Matt. 10. 11
e Act. 16. 15.
f Matt. 13. 11.
g Ioan. 3. 20.
h Matth. 12. 35
i Idem 23. 37.
k Confirmat Euseb. lib. II. cap. 23. ex Hegesippo. Vitiatum ergo hic exemplar Græcum corrige.
l Luc. 7. 28.
m Luc. 2. 25. & 36.
n Ioan. 13. 18.
o Ioan. 11.
p Luc. 10. 42.
q Act. 10.
r Luc. 23. 39. & seq.

Iobius.

blasphemus contra, & peccati indelebilia gestans vulnera, ex pœna in damnationem mittitur.

Sic in omni etiam natione, tam familia & vitæ genere, qui ex virtute viuerent videmus vocatos accurrere, vocantémque sequi potius, qui neque contrariis essent dediti studiis. Quod si tu prostibulorum mihi aut publicanorum aliquem adduxeris, etiam illo e numero fuisse atque ordine ad vocantem Saluatorem accedere, qui exiguam saltem humanæ nobilitatis scintillam retinerent, vt merito præ multitudine non accedentium ad Deum, digni habeantur atque dicantur. Vbi est igitur peccatorum vocatio, quando e meretricibus, publicanis & latronibus hosce solos diuinam esse vocationem amplexatos videmus, qui inter consortes, quamquam ingenti in malorum barathro iacerent, tamen meliorum rerum studio præstabant.

a Matth. 25. Neque vero illud præterire fas est. a Decem erat admodum virginum cœtus. sed non nisi quinque prudentes sponsali thalamo fruuntur, quinque fatuæ repelluntur. Sic ille b qui nuptialem vestem non attulerat, cæteris suum quisque locum tenentibus, solus eiicitur. Quinam vero ab angelo c in extremo iudicii die in occursum Domini assumuntur? Nonne iusti, & non peccatores? Quid igitur sibi vult illud: d *Non veni vocare iustos, sed peccatores.* hoc est, Quod ab integra atque perfecta iustitia exciderat humanum genus, vocatum veni, & in eam sortem reducturus, quam amiserat. Etsi enim vitæ genere valde inter se homines illi differant, qui indecentius vixerint, quique continentius, nemo tamen est sine peccato. Consonat huic menti, etiam ipsa sententiæ enunciatio, sine articulo relatiuo prolata. Nam si dixisset: e *Non veni vocare iustos, sed ipsos peccatores.* Forsitan illa opinio locum habere poterat, quæ peccatores vocatum venisse, non autem iustos, opinatur. At cum vox hæc absolute sine relatione prolata sit, omnino periculosam ac fallacem hanc esse opinionem demonstrat. Hoc autem & diuinus ille Paulus confirmat, cum ait; f *Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere: quorum primus ego sum.* Et rursum: g *Causati sumus Iudæos & gentes omnes, sub peccato esse, sicut scriptum est:* h *Non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum.* i *Omnes enim peccauerunt, & egent gloria DEI.* Illúdque: k *Venit Dominus quærere, & saluum facere quod perierat;* de toto nimirum hominum genere dicitur, quod etiam supplementum illius centenarii rationabilium ouium designat: quemadmodum & l drachma illa vna e decem sordibus obruta. Huic etenim [generi] m mors imperauit, iuxta eundem B. Paulum, non quibusdam tantum, & quibusdam non, sed ab Adamo vsque ad Mosem, in quibus fuerunt Abel, atque Enos, & reliqua sub lege Iustorum ac Prophetarum multitudo. Ac rursum idem caritatis præco, & incensus amator: n *Diligentibus Deum,* inquit, *omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt.* Et post hæc: *Quos præsciuit, etiam prædestinauit:*

b Matth. 22. — c 1. Thess. 4. 16. — d Matt. 9. 13. — e Matt. 9. 13. — f 1. Tim. 1. 15. — g Rom. 3. 10. — h Psal. 13. 1. & 52. 4. — i Rom. 3. 23. — k Luc. 19. 10. — l Luc. 15. 4. 8. — m Rom. 5. 14. — n Rom. 8. 28. & seq.

ὁ δὲ βλάσφημος καὶ τῆς ἁμαρτίας ἀνεξάλειπτα φέρων τὰ στίγματα, εἰς δίκην ἐκ τιμωρίας * πέμπεται. οὕτω καὶ παντὸς ἔθνους, καὶ γένους, καὶ πολιτείας ἰδίωμα, τοὺς κατ' ἀρετὴν ἐστι μᾶλλον βιοῦντας ὁρᾶν, ἢ τοὺς τἀναντία σπουδάζοντας, καλοῦντος, καὶ προσδραμόντας, καὶ ἀκολουθήσαντας τῷ καλέσαντι. εἰ δὲ πορνῶν καὶ τελωνῶν εἴπῃς, κἀκείνων ἴσθι τοὺς ἐξ ἐκείνων καὶ πολιτευμάτων, τινὰ βραχεῖαν ἀποσῴζοντας τῆς ἀνθρωπίνης εὐγενείας διασώζοντας * προσελθεῖν καλοῦντι τῷ σωτῆρι, καὶ δικαίους πρός γε τὸ πλῆθος τῶν μὴ προσελθόντων ἀξίους καὶ νομίζεσθαι καὶ ὀνομάζεσθαι. ποῦ τοίνυν τῶν ἁμαρτωλῶν ἡ κλῆσις, ὅτε πόρναι καὶ τελῶναι καὶ λῃσταὶ, ἐκεῖνοι μόνοι ἀσπασάμενοι τὴν σωτήριον κλῆσιν, οἳ τῶν ὁμοτέχνων, ὡς ἐν τοσούτῳ κακῶν βάθει, ὅμως προεῖχον ἐν τοῖς ἀμείνοσιν. οὐδὲ ἐκεῖνο δὲ παρελθεῖν δίκαιον· τὸ τάγμα τῶν παρθένων ἡ δεκὰς ἐπλήρου· ἀλλ' αἱ μὲν φρόνιμοι τοῦ νυμφῶνος ἀπολαύουσιν· αἱ δὲ μωραὶ ἀπελαύνονται. καὶ ὁ τὸ ἔνδυμα τοῦ γάμου μὴ φορῶν, τῶν ἄλλων μενόντων ἐν τῇ ἰδίᾳ τάξει, αὐτὸς ἐκβάλλεται μόνος. τίνες δὲ καὶ ὑπ' ἀγγέλων ἐν τῇ τελευταίᾳ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου παραλαμβάνονται; ἢ δῆλον ὡς οἱ δίκαιοι, ἀλλ' οὐχὶ ἁμαρτωλοί; τί οὖν ἐστι τὸ, οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλούς; τουτέστι, τὸ ἀνθρώπινον γένος τῆς ἀκριβοῦς καὶ τελείας διαμαρτὸν δικαιοσύνης, ἦλθον καλέσαι, καὶ ἐπαναγαγεῖν πρὸς ἐκείνην τὴν λῆξιν, ἧς κατώλισθαν. εἰ γὰρ καὶ διαφέρουσι πρὸς ἀλλήλους κατὰ τὴν πολιτείαν τὸ γένος ἡμῶν ἔχουσιν, οἱ μὲν ἐκπρεπέστερα βεβιωκότες, οἱ δὲ ἀνεκτότερα· ὅμως οὐδεὶς χωρὶς ἁμαρτίας. συνᾴδει δὲ τῇ διανοίᾳ ταύτῃ, καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ ῥητοῦ προφορὰ, ἄνευ τοῦ ἀναφορικοῦ ἄρθρου προφερομένη. εἰ γὰρ ἔλεγεν, οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ [τοὺς] ἁμαρτωλούς· τάχα ἂν εἶχεν ἡ ὑπόνοια χώραν, ἢ τοὺς ἁμαρτωλοὺς μὲν καλέσαι μόνους, οὐκέτι δὲ τοὺς δικαίους· τὸ δὲ ἀπόλυτον τῆς φωνῆς, καὶ χωρὶς ἀναφορᾶς προελθεῖν, παντελῶς ἀποφαίνει τὴν ὑπόνοιαν σφαλεράν. τοῦτο δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐπισφραγίζει, λέγων· Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον, ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ. καὶ πάλιν· προῃτιασάμεθα Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι, καθὼς γέγραπται, οὐκ ἔστι δίκαιος, οὐδὲ εἷς· οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν, οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὸν θεόν. πάντες γὰρ ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ. καὶ τὸ, ὁ κύριος ἦλθε ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς, δηλονότι περὶ ὅλην τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν εἴρηται· ὃ καὶ ἀναπλήρωμα τῶν λογικῶν προβάτων ἑκατοντάδος νοεῖται· ὥσπερ καὶ ἡ καταχωσθεῖσα δραχμὴ, μία οὖσα τῶν δέκα δραχμῶν. καὶ γὰρ ταύτης ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος, κατὰ τὸν αὐτὸν θεσπέσιον Παῦλον, οὐ τινῶν μὲν, τινῶν δὲ οὐ, ἀλλ' ἀπὸ Ἀδὰμ [καὶ] μέχρι Μωϋσέως, ἐν οἷς ἦν Ἄβελ καὶ Ἐνὼς, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν ἐν νόμῳ δικαίων καὶ προφητῶν χορός. πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς τῆς ἀγάπης καὶ κῆρυξ καὶ διάπυρος ἐραστής· τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν, φησὶ, πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθὸν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσι. καὶ μετ' ὀλίγα, οὓς προέγνω, καὶ προώρισε·

* al. παραπέμπεται.

* al. ἀφορίζειν.

καὶ οὓς προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε· οὓς ἐκάλεσε, καὶ ἐδικαίωσε, καὶ ἐδόξασε. καὶ, ἐξελέξατο ἡμᾶς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· οὐ μόνον ἐξ Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐθνῶν. καὶ ἡ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν. καὶ ὅς ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων μάλιστα πιστῶν. καὶ ἀδιεξόδευτον ἂν εἴη τὰ τοιαῦτα φέρειν εἰς ἀριθμόν. ταῦτα συνετιμότερον ὁ* φιλόπονος οὗτος συγγραφεὺς διελθὼν, καὶ περὶ τριακοστὸν ὄγδοον τέλος ἐπιτίθησι κεφάλαιον.

* al. [illegible]

Ἐν δὲ τῷ λθ' τὴν δοκοῦσαν ἐν τοῖς ἱεροῖς λογίοις διαφωνίαν πολυπραγμονεῖ καὶ διευθύνει. ἐπαπορεῖ γὰρ, πῶς ὁ μὲν κύριος ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι σημεῖα ποιεῖν οὐκ ἠδύνατο διὰ τὴν ἀπιστίαν τῶν ἐν αὐτῇ· καὶ πάλιν πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας, ὅτι οἱ μαθηταὶ οὐκ ἐξέβαλον τὸ δαιμόνιον, τὴν αἰτίαν εἰς τοὺς ἐγκαλοῦντας ἀναφέρων ἔφη, διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν. ὁ δέ γε τούτου γνήσιος μαθητὴς Παῦλος, τἀναντία λέγει· Τὰ γὰρ σημεῖα, φησὶ, τοῖς ἀπίστοις, οὐχὶ τοῖς πιστεύουσι. καὶ ἐπιλύεται τὸ ἀπόρημα, λέγων ὡς καθολικῷ μὲν καὶ κοινῷ λόγῳ τὰ σημεῖα διὰ τοὺς ἀπίστους τερατουργεῖται, ἄγειν αὐτοὺς εἰς σωτήριον πειθὼ τοῦ θαυματουργοῦντος προαιρούμενα. ἐκείνοις μέντοι ταῦτα προβάλλεσθαι, οἳ τὸ ἐπιτήδειον τῆς ὑπακοῆς εἴ τι παρέχονται, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῶν ὠφέλειαν εἰσοικίζονται· ὅσοι δὲ τῶν ἀπίστων ἑκουσίως πρὸς τὰ τῶν ἔργων ὑπὲρ φύσιν τυφλώττοντας ἐπιτεταμένα, τούτοις ἡ* τῶν σημείων προβολὴ ἀνόνητόν τε καὶ μάταιον. ὥστε καὶ τοῖς ἀπίστοις τὰ σημεῖα προβάλλεται. καὶ πρὸς τὸ μὴ δεῖν αὐτοῖς ταῦτα προβάλλειν, σύμφωνόν τε καὶ ἁρμόδιον· τὸ μὲν, ὅτι δι' αὐτῶν τὴν σωτηρίαν κερδαίνουσι· τὸ δὲ, ὅτι πρὸς βάθος* καταδύντες ἀπωλείας, ἐξ ὧν ἄλλοι μέγα κέρδος συλλέγουσιν, αὐτοὶ κακουργοῦντες πρὸς τὸ χεῖρον κατασύρονται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ.

* al. τῶν σημείων.

* al. καταδύοντες.

Ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς ἱερῶν φιλοσοφημάτων ἐμβατεύων αἰτιολογεῖ, διὰ τί μὴ ὑπὲρ ἀγγέλων πεσόντων, ὥσπερ ὑπὲρ ἀνθρώπων γέγονεν ἄνθρωπος, οὕτω καὶ ἄγγελος; καὶ πρώτην μὲν ἀποδίδωσιν αἰτίαν, ὅτιπερ ἐπειδὴ ἐκ πάσης τῆς λογικῆς φύσεως μόνος ὁ ἄνθρωπος σαρκὶ καὶ* ὕλῃ συνεδέθη, ἑτοίμη δὲ πρὸς ὄλισθον ἡ ὕλη· ἔτι δυσὶ φύσεσι μαχομέναις συντεθεὶς ὁ ἄνθρωπος, ἑκατέρας πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐπειγομένης διασπᾶσθαι φιλεῖ τὸ ζῶον καὶ διαμερίζεσθαι (τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ὡς καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐπιμαρτύρεται, τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται·) διὰ ταῦτα ὡς* μόνος τῶν λογικῶν ὁ ἄνθρωπος τοιαύταις σωματικαῖς συντεθεὶς πέδαις, εἶτα καὶ τὴν μετάνοιαν οἴκοθεν τοῦ ὀλισθήματος προβαλλόμενος, εἰκότως καὶ προνοίας εἰς τὸ ἀναστῆναι πλείονός τε καὶ μείζονος δεῖται, καὶ τῆς θείας δαψιλεστέρας ἀπολαύει βοηθείας. καὶ ὃ κατ' ἀρχὰς ἐλάττονα τῶν ἄλλων λογικῶν* ἀπέφηνεν ἡμᾶς, τοῦτο μεγάλης ἡμῖν σωτηρίας ἀφορμὴν ὁ δίκαιος ἀνέδειξε κριτής. ὃς καὶ συνέδησε μὲν τῇ* σαρκὶ κολάζων τὴν ἔπαρσιν, δι' ἧς καὶ ἄγγελοι τὸ ἐκ ... ἐξαγγελθέντα, ἀνίατον ἔχει τὸ παράπτωμα. εἶτα δὲ καὶ ἀφορμὴν τῆς ὑπερκοσμίου εὐεργεσίας τὸν νομισθέντα δεσμὸν, τῆς ὕλης ὑπέθετο. τί γὰρ ἂν εἴη μεῖζον καὶ ὑψηλότερον εἰς εὐεργεσίαν,

* al. ὕλαις.

* al. μόνον.

* al. ἀπέφηνε.

* al. σαρκί.

& quos prædestinauit, hos & vocauit; & quos vocauit, etiam iustificauit, & hos glorificauit. Item: a Elegit nos ante mundi constitutionem. Non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus. Rursum: b Electio consecuta est: cæteri vero excæcati sunt. Et, c Qui est Saluator omnium hominum, maximè fidelium. vt infinitum fuerit talia vel numerando recensere. Hæc vbi studiosus ille scriptor honorificentius discernit, & tricesimo octauo Capiti finem imponit.

Ioan. 3.
a Ephes. 1. 4.
b Rom. 11. 7.
c 1. Tim. 4. 10.

XXXIX. eam, quæ in sacris scripturis videbatur esse dissensio, curiose inquirit, atque perscrutatur. Dubitat enim, Quomodo Dominus in sua patria signa facere non posset, d propter incredulitatem illorum, rursumque ad incusantes quod discipuli dæmonium non eiecissent, culpam in accusantes regerendo dixerit: e Propter incredulitatem vestram. Cum germanus huius discipulus Paulus contradicat: f Signa enim, inquit, infidelibus, non autem fidelibus. Nodus ab illo sic dissoluitur, vt dicat Vniuersè quidem & communiter propter infideles prodigiosa signa fieri, quo hæc ipsos eo adducant, vt salubriter acquiescant ei, qui & admiranda illa patrat, & mentem iam tam ea ab illis præceptus est. Illis tamen solis hæc offerri, qui, cum obtemperandi studium sua ex parte adferant, etiam nascentem ex his vtilitatem in se admittant. Nam quos ex incredulis sponte sua cæcos ad supernaturalia opera nouimus, his signa fore vlla nimirum prudentia, & vane oblata videntur. itaque & incredulis illa proponi, & eadem rursus non proponi oportere, consentaneum congruúmque [videtur.] Illud quidem, quia salutem per hæc consequuntur: hoc vero, quia in profundam interitus demersi, vnde alij magnum lucrum colligunt, ipsi malefici ad deteriora abripiuntur. Atque ista hoc Capite Iobius.

d Matt. 13. 58.
e Matt. 17. 19.
f 1. Cor. 14. 22.

Sequentibus vero, XL. & XLI. curiosam ingressus speculationem, causas reddit, *Quare non pro Angelis lapsis sit factus Angelus* [Dei Filius] *quemadmodum pro hominibus homo factus est.*

Primam ergo istam causam adfert. Quandoquidem ex omni rationali natura, solus homo carne & materia compactus est (materia vero ad casum prona) atque ex duabus insuper pugnantibus naturis compositus, dum vtraque ad suam eum conditionem impellit, distrahi debet animal, ac diuidi (g *Sapientia enim carnis*, vt diuinus ait Paulus, *legi Dei non est subiecta*) propterea solus homo inter ratione prædita, huiusmodi corporalibus vinculis innexus, deindeque lapsus sui resipiscentiam e seipso offerens, merito & prouidentia ad surgendum ampliore atque maiore indiget, & diuino copiosius fruitur auxilio. Ita quod ab initio intra reliquas ratione præditas creaturas nos esse ostendit, hoc magnæ nobis salutis causam attulisse iustus iudex declarauit, qui nos colligauit quidem carni ad coërcēdam superbiam, per quam ipsi ante cæterũ ordines irreparabili lapsu in præceps acti sunt; sed statutum illud materiæ vinculũ infinitæ postea beneficentiæ occasionem vertit. Quænam enim aut maior, aut præstantior beneficentia esse possit,

g Rom. 8. 7.

Iesvs. quam ad dexteram Dei Patris viuere sedentem nostram conditionem: & rebellantem quondam naturam obedientem iam ac pacificam, & vniuersorum parenti conciliatam contueri? Quod post hanc assumptam, per suam primitiarum oblationem, Verbum perfecit. Atque hanc mihi pacem mundo per Apostolos velut pignoris loco relinquendo, dicere videtur: a Ioan.14.27. *a Pacem meam do vobis.* Et, *Non quemadmodum mundus dat pacem.* Cui etiam concinit germanus eius discipulus, b Philip.4.7. *b Pax,* inquit, *Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra.* Et, c Rom.5.1. *c Iustificati ex fide pacem habemus ad Deum, per Dominum nostrum* IESVM *Christum, per quem & accessum habuimus.* Non enim profecto e bello pacem natam mutuam illam inter nos hic intelligere oportet: sed quam habet vnusquisque secum, ac per eandem etiam cum eius largitore, & imperturbabilis salutis suppeditatore, quæ & corda nostra custodit, & omnem excedit sensum, & quam mundus dare non potest. Quare cum his non pugnat illud: d Matt. 10. 34. *d Non veni mittere pacem, sed gladium.* Mundi enim pacem, inquit, non veni mittere. Rursum: e Marc.13.13 *e Eritis odio omnibus,* & id genus plurima. Piorum enim cum Deo affinitas, ad odium, inuidiam, & metum impios concitauit. Venit igitur Saluator pacem mittere, quæ cum animo ea consentire, quæ corporis sunt, facit; quodque deterius est, melioris arbitrio subiicit. Quam quidem nobis præbuit, cum rebelli nostræ naturæ pacificam deitatem copulauit. quod & diuinus Paulus docuit, cum ait: f Rom.8.3. *f Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne.* vt iam apte de eadem re dicatur: g Rom. 5.20. *g Vbi enim abundauit delictum, superabundauit gratia.* quamobrem & redemptionis nostræ perfectum à Verbo opus, *iustitiam Dei,* & *iudicium,* & *misericordiam* sacra Scriptura prædicat. vt iusto iudicio Dei, qui inter rationales creaturas soli è luto fabricati sunt, soli etiam tanto honore, & ineffabili misericordia digni habiti sint. Indicabat idem & per Oseam dicens: h Os.2.19. *h Sponsabo te mihi in iustitia, in misericordia, & in miserationibus.* Mille item alij sacræ scripturæ loci clamant, ob carnis vincula commiseratione dignum esse habitum humanum genus, & pro annexa nobis materia, incarnationem suam, cæteráque ex ea profecta bona vicissim nobis Dominum donasse. i Psa.102.14. *i Recordatus est,* inquit Dauid, *quoniam puluis sumus.* Et, k Psa.77.39. *k Quoniam caro sumus.* Et Iob: l Iob.10.9. *l Memento quod sicut lutum feceris me.*

Alteram deinde tam egregiè humano generi prospicientis curæ hanc fuisse causam dixeris, quod nequaquam à principio Cōditor naturam perfectam, quemadmodum angelis, ita & hominibus tribuerit: sed modicis progressibus perfectionem tandem consequi voluerit. quamobrem & pro virtutis præmio, & pro molestiis toleratis perfectionem rependit:

ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ὁρᾷν τὸ ἡμέτερον ἱδρυμένον φύραμα· καὶ τὴν ποτε στασιώδη φύσιν, ὑπήκοόν τε καὶ εἰρηναίαν, καὶ τῷ πατρὶ τῶν ὅλων * διηλλαγμένην; ὃ διὰ τῆς ἀπαρχῆς ὁ ταύτην προσλαβὼν λόγος ἀπειργάσατο. Ταύτην μοι δοκεῖ τὴν εἰρήνην τῷ κόσμῳ καὶ διὰ τῶν μαθητῶν, ὡς ἐν ἀρραβῶνος λόγῳ, καταλιμπάνων λέγειν· εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, καὶ ἀφίημι ὑμῖν, καὶ οὐ καθὼς ὁ κόσμος δίδωσιν εἰρήνην. οἷς συνᾴδων καὶ ὁ γνήσιος μαθητής, ἡ εἰρήνη (φησὶ) τοῦ θεοῦ, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν. καὶ, δικαιωθέντες ἐκ πίστεως εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν θεὸν, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι᾽ οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν. Οὐ γὰρ δὴ τὴν ἐκ τῶν πολέμων εἰρήνην, ἢ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἐνταῦθα νοεῖν δεῖ: ἀλλὰ δηλονότι τὴν ἑκάστου πρὸς ἑαυτὸν, καὶ διὰ ταύτης πρὸς τὸν δοτῆρα ταύτης, καὶ τῆς ἀστασιάστου σωτηρίας ἡμῶν χορηγὸν, ἥτις καὶ φρουρεῖ τὰς καρδίας ἡμῶν, καὶ ὑπερέχει πάντα νοῦν, καὶ ἣν ὁ κόσμος διδόναι οὐ δύναται. διὸ οὐδὲ μάχεται τὸ, οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν. τὴν γὰρ κοσμικὴν φησὶν εἰρήνην οὐκ ἦλθον βαλεῖν. πάλιν, ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. ἡ γὰρ εἰς θεὸν τῶν εὐσεβούντων συνάφεια, εἰς μῖσος καὶ φθόνον, καὶ φόβον, τοὺς ἀσεβεῖς διεκίνησεν. ἦλθεν οὖν ὁ σωτὴρ εἰρήνην βαλεῖν, ἥτις * σύμφωνα τῇ ψυχῇ τὰ τοῦ σώματος ἀποτελεῖ, καὶ ὑποτάσσει τὸ χεῖρον τοῖς τοῦ κρείττονος * βουλεύμασι. καὶ παρέσχε ταύτην, ἑνώσας ἡμῶν τῇ στασιώδει φύσει τὴν εἰρήναρχον θεότητα. τοῦτο δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐκδιδάσκει λέγων· τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. ὡς ἁρμόζειν ἐπ᾽ αὐτῆς λέγεσθαι τὸ, οὗ γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. διὸ καὶ τὴν καθ᾽ ἡμᾶς τοῦ λόγου οἰκονομίαν, δικαιοσύνην θεοῦ καὶ κρίσιν, καὶ ἔλεον, τὸ ἱερὸν ἀνακηρύττει γράμμα· ὡς δικαίᾳ κρίσει τοῦ θεοῦ μόνους τῶν λογικῶν τῷ πηλῷ συνδεθέντας, μόνους καὶ τῆς τοσαύτης ἀξιωθῆναι φιλοτιμίας καὶ τοῦ ἀνεκφράστου ἐλέους. ἐδήλου δὲ καὶ διὰ τοῦ Ὠσηὲ μνηστεύσομαί σε ἐν αὐτῷ λέγων ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ἐν ἐλέει, καὶ οἰκτιρμοῖς. καὶ μυρίοι λόγοι ἄλλοι * ἱεροὶ διανακεκράγασιν, ὅτι διὰ τῶν δεσμῶν τῆς σαρκὸς συμπαθείας τὸ ἀνθρώπινον ἠξιώθη γένος, καὶ αἰτίᾳ ταύτης τῆς συναφθείσης ἡμῖν ὕλης, τὴν ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ, καὶ τὰ δι᾽ αὐτῆς ἀγαθὰ ἀντιπέδωκεν ἡμῖν ὁ κύριος. ἐμνήσθη γὰρ, φησὶν ὁ Δαυὶδ, ὅτι χοῦς ἐσμεν, καὶ ὅτι σὰρξ ἐσμέν. καὶ ὁ Ἰὼβ, μνήσθητι ὅτι πηλόν με ἔπλασας. δευτέραν δ᾽ ἄν τις αἰτίαν φαίη τῆς περὶ τὸ ἀνθρώπινον τοσαύτης προνοίας, ὡς ἀπ᾽ ἀρχῆς ὁ πλάστης οὐκ αὐτοτελῆ τὴν φύσιν, καθάπερ ἀγγέλοις, οὕτω καὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει παρέσχε: ἀλλὰ ταῖς κατὰ μικρὸν προκοπαῖς τοῦ τελείου τυγχάνειν * ἠθέλησεν· διὸ καὶ ἀρετῆς ἆθλον, καὶ κακοπαθείας ἀντάμειψιν τὴν τελειότητα δίδωσι.

* al. διηλλαγμένην.
* al. σύμφωνον.
* al. βουλεύμασι.
* al. ἱεροί.
* al. ἐθέλησεν.

καὶ δὴ

καὶ δὴ καὶ μέσον θανάτου καὶ ἀθανασίας αὐτὸν ἔθετο, τῆς πρὸς ἑκάτερον αἱρέσεως μὴ ἐφήνας κυρίαν· ἄγγελοι δὲ, καὶ εἴ τι ἄλλο λογικὸν καὶ ἀσώματον, ἐξ αὐτῆς παρόδου τὸ ἐν τῇ φύσει τέλειον ἐκληρώσαντο. διὸ καὶ ὁ Δαβίδ φησι, δυνατοὶ ἰσχύι ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ, τουτέστιν, οἷα μηδὲν τῆς ὑλικῆς, καθάπερ ἡμεῖς, καθελκόμενοι τε καὶ συμποδιζόμενοι, οὕτω ῥᾷστα ταχέως, καὶ χωρίς τινος μελλήσεως, τὸ προσταχθὲν τὸ κελευόμενον. τῆς γὰρ ἀρρήτου δικαιοκρισίας ἦν τοῦ θεοῦ, τοῖς μὲν ἀτελέσι, καθ' ὃν ἐδοκίμαζε καιρὸν, τὸ λεῖπον ἀναπληρῶσαι· οὓς δὲ ἀπ' ἀρχῆς τελείους ὑπέστησε, μὴ τῆς ὁμοίας προνοίας ἀξιῶσαι· ἀλλὰ τοὺς μὲν οἷς περιέλαβον ἀρκεῖσθαι, τοὺς δὲ ὧν ἐστερήθησαν ἀναπληρωθῆναι τὸ ὑστέρημα δικαιῶσαι. καὶ τῶν ἀγγέλων δὲ ὅσοι πεπτώκασιν, οὐ τῆς ὕλης καταβαρούσης, οὐδὲ τοῦ σαρκίου μεθελκόντος, τῆς προαιρέσεως δὲ τὸ φαῦλον ἑλομένης, τῆς οἰκείας δόξης κατηνέχθησαν. ἡμεῖς δὲ τοῦ τε σαρκίου διοχλοῦντος, καὶ τῶν ἐκ τούτων παθῶν ὑπογαργαλιζόντων, πρὸς τὰ πλείω τῶν ἁμαρτημάτων, οὐ τί γε ἑκούσιοι, εἰ καὶ μὴ τὸ ὅλον ἀκούσιοι, καταπίπτομεν. καὶ γὰρ τὸ δαιμόνιον φῦλον, εἰ καὶ τοῖς αἵμασιν ἥδεται, καὶ τοῖς διὰ σαρκὸς χαίρει πάθεσιν· ἀλλ' οὖν δὴ τούτων οὐ μόνον αὐτουργὸν φύσιν οὐκ ἔλαχεν, ἀλλ' οὐδ' αἰτίαν οἴκοθεν ἔχει, πρὸς ἃ μὴ θέμις ὑποσύρουσαν. οὔτε γὰρ ξίφος ὠθεῖ διὰ τῆς δεξιᾶς πρὸς τὴν σφαγὴν, οὔτε γάμους αὐτὸς ὁμιλῶν τῇ μοιχαλίδι τοὺς ἀνθρωπίνους διαρρυπαίνει· ἀλλ' οὐδὲ θυμὸς αὐτὸν κολάζειν ἀδίκημα πρὸς τὴν σφαγὴν συνωθεῖ, οὐ μὴν οὐδὲ σωματικῆς ἔρως μίξεως. ἡμεῖς δὲ πολλάκις καὶ ὧν τὴν αἵρεσιν ἐδυσωπούμεθα, τῇ ῥοπῇ τῆς ὕλης νικηθέντες ἐργαζόμεθα· καὶ βραχύ τι πρὸς τὸν τῆς νήψεως τόνον ἐνδόντες, τοῖς πάθεσιν ἀνδραποδιζόμεθα. ὅθεν καὶ Παῦλος ἐβόα, οἶδα ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου τὸ ἀγαθόν. τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι, καὶ ἑξῆς. καὶ πάλιν, οὐ γὰρ ὃ θέλω ποιῶ ἀγαθὸν, ἀλλ' ὃ οὐ θέλω, τοῦτο πράσσω· εἰκότως ἂν καὶ πλείω τῶν δαιμονίων, φησὶν, ἁμαρτάνοντες, συγγνώμης ἡμεῖς, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοι τυγχάνομεν. ἔτι δὲ οὐδ' εἴ τις δῴη, φησὶ, φύσιν ἀγγέλων ἀναλαβεῖν τὸν ἡμέτερον σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν ἐπὶ τῇ τούτων σωτηρίᾳ, οὐδ' ἂν αὐτοῖς ἐκ τῆς συγγενείας αὐτοῦ τι ἐπῆν. ἀνάγκη μὲν γὰρ οὐκ αὐτοὺς μεταστῆσαι, ὥσπερ οὐδὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τοῦ πτώματος ἐπὶ τὸ κρεῖττον· τὴν δὲ θεοφιλῆ καὶ ἀρετὴν βίον, πρᾶξις ἀρίστη καὶ νεῦσις εἰς θεὸν, ὅπερ ἐστὶ πίστις ἀκηλίδωτος, κατασκευάζει. ὧν ἡμῖν εἰσηγητὴς καὶ διδάσκαλος ὁ σαρκωθεὶς ἐχρημάτισε λόγος. ἐκείνων δὲ οὐδέτερον πρὸς διδασκαλίαν καὶ μάθησιν ἤδεσαν γὰρ σαφῶς ἑκάτερον, τῶν ἀγγέλων συνετελεῖτο· ἐξ αὐτῆς γὰρ παρόδου τὴν τούτων εἶχον γνῶσιν. οὐ γὰρ, ὥσπερ ἡμεῖς, τῶν τοιούτων δέονται διὰ τὸ ἀσώματον. καὶ γὰρ καὶ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐν σαρκὶ παρόντα, δαίμονες ἐπεγίνωσκον καὶ κριτὴν, καὶ βασανιστὴν, καὶ δεσπότην ἀνεκήρυττον. καὶ τὸ ἱερὸν γράμμα μαρτυρεῖ λέγον· σὺ πιστεύεις ὅτι θεὸς εἷς ἐστι, καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι, καὶ φρίσσουσι.

ἴσχ.

Iobivs.

quin & medium mortem inter atque immortalitatem ipsum constituit; alterutrius eligendi facta potestate; cum interim angeli, & si quid aliud ratione præditum & incorporeum [vspiam existit] ex ipso mox ortu naturæ perfectionem adepti sint. Vnde & Dauid ait: a *Potentes virtute, facientes verbum eius*, hoc est, Quemadmodum eos nihil materiatum, vti nos, vel deorsum trahit, vel impedit: ita cito, & absque mora iussa perficiunt. Exigebat ergo ineffabile Dei iustumque iudicium, vt imperfectis quidem (quo tempore placitum esset) quod deerat suppleret, quos vero ab initio perfectos reddidisset, non simili his cura prouideret: sed ex æquitate iudicaret, eum nos contentos illis [rebus] esse debere, quas ipsimet occupassent, tum illis eorum rerum defectus supplendos, quibus aliquando priuati fuissent. Enimuero quotquot ex Angelis lapsi sunt, non ij materia diuellente, neque carne retrahente, sed arbitrio id quod malum erat eligente, de sua gloria deturbati sunt. Nos contra & carne interturbante, & natis ex ea affectionibus titillantibus, ad pleraque delicta non sponte volentes, sed nec omnino inuiti, delabimur. Dæmonum enim genus, tametsi sanguine delectetur, & carnis gaudeat affectionibus: non modo tamen eam naturam non accepit, vt quidquam horum perficere per se possit, sed neque vllam ex se proficiscentem causam habet quæ ad nefas trahat. Neque enim gladium dextra vibrat ad cædem, neque nuptias humanas cum adultera consuescens violat. Sed nec iracundia ipsum impellit, cæde vt acceptam iniuriam vindicet, neque corporeæ commixtionis amor. Nos vero sæpe, materiæ pondere incitati, ea quoque perpetramus, quæ sponte detestaremur eligere, atque ad breue admodum tempus sobrietatis contentioni cedentes, rursus ab affectibus nostris captiui abducimur. Vnde & Paulus clamabat: b *Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. nam velle adiacet mihi*, & quæ sequuntur: Iterumque: c *Non enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod nolo [malum] hoc ago.* Merito igitur, etsi plura quam dæmones, inquit, peccemus, nos veniam consequimur, non ipsi.

Amplius vero, neque si concesserit quispiam, inquit, nostrum Saluatorem ac Redemptorem Angelorum naturam pro illorum salute suscepisse, commodum ipsis vllum ex hac affinitate obueniat. Non enim necessitas ipsos, vt neque homines, a lapsu ad meliorē statum transferat: sed optima quæque operatio, atque propensus in Deū animus, quod est fides immaculata, gratā Deo vitam probamque efficit, quorum nobis dux & præceptor Verbum incarnatum fuit, cum eorū tamen neutrum ad Angelici generis (cui hęc ipsa satis erant cognita) instructionē atque doctrinam conduceret: vt qui ab ipsa sui productione horum scientiam habuissent. Neque enim, vt nos, talibus incorporei indigent. Etenim Dei Filium in carne præsentem dæmones agnoscebant, & d Iudicem eum pœnam inferentem, ac Dominum prædicabant. Et sacræ hoc testatæ litteræ aiunt: e *Tu credis quoniā Deus est; etiam dæmones credunt, & contremiscūt.*

a Psal. 102. 20.
b Rom. 7. 18.
c Ibid. v. 19.
d Matth. 29.
e Iaco. 2. 19.

Ioan. 4. a Act. 19. 15. Iterumque alibi: *a* IESVM *noui, & Paulum scio: tu vero quis es?* Vnde satis patet, dæmonum nationem non solum scire Deum, cúmque metuere, & venerari, sed & germanos eius cultores.

Porro ineffabilis in homines amoris Dei causam & hanc adiungit: Nobis [inquit] inaccessum antea, neminique adhuc visum cœlum (quod *cœlorum*, uti *regnum* appellat) aperit. b Heb. 10. 20. Nam secundum B. Paulum: *b initiauit nobis: iam nouam, & viuentem.* c Ibid. 9. 24. Et: *c Non in manufacta sancta introiuit, sed in ipsum cœlum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.* d Ibid. 6. 20. Et, *d Vbi præcursor pro nobis introiuit Christus.* Hanc igitur viam reuelauit, ad quam vt nobis præiret, iustitiæ exemplar fuit, quo aliquando edocti, desiderio accenderemur, eóque accensi ad rem desideratam præpararemur. Angelis vero cœlum iam inde a principio notum fuit, atque testatum. Nostræ præterea communicatus naturæ resurrectionem nobis, & incorruptioné atque immortalitatem per suam resurrectionem donauit. Incorporeum vero genus, cum sit immortale, hac non indiget gratia: Nostra insuper causa in carne peregrinatus, à diaboli, qua tenebamur, tyrannide nos liberauit, e Coloss. 2. 15. *e* de Principatibus triumphans & Potestatibus in Cruce, f Luc. 10. 19. *f* data item nobis potestate calcandi omnem virtutem inimici. Vbi si horum subijsset naturam, g 1. Cor. 2. 6. *g* quosnam destruxisset? De quibus triumphasset? Qualem item quibusdam potestatem dedisset, aut in quos?

Adhæc vero, cum nos lapsi sumus, nullum reliquum fuit exemplar, quod eandem naturam integram retineret. At lapsis dæmonibus innumerabiles nihilominus incorporeorum acies inuariaté consistunt, quæ & diuinæ ordinationis exemplum, & nunquam flexæ rectitudinis specimen exhiberent. Quapropter qui omnia sapiéter, & supra quam dici potest, prouidet ac facit Deus noster, Deique Verbum, cum iam humana natura prolapsa esset, non hanc solum ex infinita sua in homines amoris vi assumpsit, sed per eam quoque omnibus, qui eiusdem naturæ essent, correctionem, incorruptionem & alia ista innumerabilia bona largitur: cum dæmonis tamen genus assumere neque iustú, neque vtile esse iudicet. Sic [XL.] & quod sequitur Caput ab hoc speculatiuo & studioso scriptore clauditur.

XLII. inuestigat, Vnde nobis è deteriore in melius, & contra ad deterius e meliori mutatio tam frequens, varia, ac pæne continua existat: Incorporeis vero, alijs bonum sit immutabile, alijs vitium? Causam reddit, quod in nobis cum animi inclinatio in alterutram partem connitatur, ob subiectæ materiæ fluxum atque vacillationem, illa aliquando rationem superet, interdum etiam superetur: in illis, ad quos nequaquam materia irrepere potest, ratio sola in actiones omnes imperium obtineat. Quamobrem illorum quidem casus, qui sponte & imperantis reuera more ad deterius delapsi sunt, fit immedicabilis, cùm nihil quidquam in se validius habeant, quod sui iuris mentem, iam ex se fluentem, ad id quod deterius est, reuocet: quemadmodum alijs contra, qui sponte ac libere amoré honesti accęperú-

καὶ ἀλλαχοῦ, τὸν μὲν Χριστὸν οἶδα, καὶ τὸν Παῦλον ἐπίσταμαι· σὺ δὲ τίς εἶ; ἐξ ὧν δῆλον, ὅτι τὸ δαιμόνιον φῦλον οὐ μόνον οἶδε τὸν * θεὸν, καὶ δέδοικε, καὶ σέβει· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκείνου γνησίους θεραπευτάς. * χριστ. αἰτίαν δὲ τῆς ἀφάτου φιλανθρωπίας ἐπισυνάπτει καὶ ταύτην. ἡμῖν μὲν ἀνοίγει τὸν οὐρανὸν, ἕως γεγονότα ἄβατον, οὐδὲ θεατὸν, ὃς καὶ οὐρανῶν, οἶμαι βασιλεία προσαγορεύεται. κατὰ γὰρ τὸν θεῖον Παῦλον ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν· καὶ οὐκ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ, ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθε Χριστός. ταύτην οὖν τὴν ὁδὸν ἡμῖν ἀνεκάλυψε. καὶ ταύτης ἡμῖν καθηγήσατο δικαιοσύνης ὑπόδειξις ἦν, ὡς ἂν μαθόντες ἐπιποθήσωμεν· ποθήσαντες δὲ, πρὸς τὸ ποθούμενον παρασκευαζώμεθα. τοῖς δὲ ἀγγέλοις γνώριμος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ εἰς γνῶσιν ἡγμένος ὁ οὐρανός. ἔτι δὲ καὶ ἡμῖν μὲν τὴν ἀνάστασιν, ἑνωθεὶς, καὶ τὸ ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον διὰ τῆς οἰκείας χαρίζεται ἀναστάσεως. τὸ δὲ ἀσώματον γένος, ἀθάνατον ὂν, τῆς τοιαύτης οὐδὲν δεῖται χάριτος. καὶ δι' ἡμᾶς μὲν ἐπιδημήσας σαρκὶ, τῆς κατασχούσης τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἠλευθέρωσε, τὰς ἀρχὰς θριαμβεύσας καὶ τὰς ἐξουσίας ἐν τῷ σταυρῷ, καὶ δύναμιν ἡμῖν χαρισάμενος, πᾶσαν τὴν τοῦ ἐχθροῦ δύναμιν καταπατεῖν. εἰ δὲ τὴν ἐκείνων ὑπέδυ φύσιν, τίνας ἂν κατήργησε; κατὰ τίνων δ' ἂν ἐθριάμβευσε; ποίαν δὲ τὴν ἐξουσίαν τίσιν ἐδίδου, καὶ κατὰ τίνων; χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων, ἡμῖν μὲν πεσοῦσιν οὐδεὶς ἦν ὑπογραμμὸς, τὴν αὐτὴν λαχὼν φύσιν διορθώσεως· τοῖς δὲ πεπτωκόσι τῶν δαιμόνων, μυρία τάγματα τῶν ἀσωμάτων ἀρρεπῶς ἑστηκότα πρόκειται, καὶ πολιτείας ἐνθέου παραδείγματα ὄντα, καὶ διορθώσεως ἀκλινοῦς ὑποτυπώσεις. διόπερ ὁ πάντα σοφῶς καὶ ὑπὲρ λόγον προνοούμενος καὶ πράττων θεὸς ἡμῶν, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, τῆς μὲν ἀνθρωπίνης φύσεως τὸν ὄλισθον ὑποστάσης, καὶ προσλαμβάνεται ταύτην ἀρρήτῳ φιλανθρωπίας μέτρῳ, καὶ δι' αὐτῆς πᾶσι τοῖς ὁμοφυέσι τήν τε διόρθωσιν καὶ τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ τὰ μυρία χαρίζεται ἀγαθά. τοῦ δὲ δαιμονίου φύλου μὲν οὖν οὔτε δικαίαν οὔτε συμφέρουσαν κρίνει τὴν πρόσληψιν. ἧττον μὲν οὖν καὶ τὸ ἐπὶ τούτῳ τῷ φιλοθεάμονι καὶ σπουδαίῳ λόγῳ ἀνδρὶ διανύεται κεφάλαιον.

Ἐν δὲ τῷ μβ ζητεῖ, πόθεν ἡμῖν μὲν ἔκ τε τοῦ χείρονος εἰς τὸ κρεῖττον, καὶ πρὸς τὸ χεῖρον ἀπὸ τοῦ κρείττονος ἡ μεταβολὴ καὶ πολλὴ καὶ διάφορος, καὶ μικροῦ συνεχής· τῶν δὲ ἀσωμάτων γενῶν, τοῖς μὲν τὸ καλὸν ἀμετάβλητον, τοῖς δὲ τὸ φαῦλον; καὶ τίθησιν αἰτίαν, ἡμῖν μὲν τῆς ἐφ' ἑκάτερα στασιαζούσης ῥοπῆς, τῆς ὑποβεβλημένης ὕλης τὸ ῥοῶδές τι καὶ ἀμφίρροπον, ποτὲ μὲν τοῦ λογισμοῦ κρατοῦσαν, ποτὲ δὲ κρατουμένην. ἐν ἐκείνοις δὲ μηδαμῶς τῆς ὕλης παρείσδυσιν λαβούσης, ὁ λογισμὸς μόνος τῶν πράξεων ἔχει τὸ κράτος. διὸ τῶν μὲν ἑκουσίως καὶ ὡς ἀληθῶς αὐτοκρατορικῶς πρὸς τὸ χεῖρον ἀπενεχθέντων, ἡ πτῶσις ἀνίατος γίνεται· οὐκ ἐχόντων ἕτερόν τι κρεῖττον ἐν ἑαυτοῖς, ὃ τὴν αὐτοδέσποτον γνώμην αὐτὴν ὑφ' ἑαυτῆς ῥέψασαν πρὸς τὸ χεῖρον πάλιν ἀνακαλέσηται. ὥσπερ * αὖ πάλιν τοῖς ἑκουσίως καὶ αὐτονόμως τὸν ἔρωτα τοῦ ἀγαθοῦ λαβοῦσιν * al. ὥσ.

ἀπαρά-

* al. ὑπὸ.

ἀπαράτρεπτος ὁ πόθος * ὑπὸ μηδεμιᾶς ῥοπῆς ἐνοχλούμενος διασώζεται. ἡμεῖς δὲ ὥσπερ διπλοῖ τινες ἐσμέν, διὸ καὶ μεταμεληθέντες οἷς ἁμαρτάνομεν, ὡς ἑτέρους ἑαυτοὺς ἐπιμεμφόμεθα. δύο δὲ μαχομένων, καὶ τούτων ἀνὰ μέρος κρατούντων τε καὶ κρατουμένων, πῶς αὐτὴ ἢ τὰ τῆς νίκης, ἢ τὰ τοῦ πτώματος σχοίη τὸ ἀμετάβλητον. οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῶν πράξεων, αἳ τὸ ἐπαινετὸν ἢ τὸ ψεκτὸν φέρουσιν, ἐφ' ἡμῶν ἡ μεταβολὴ καὶ ἡ παλίρροια τὸ κράτος οὐκ ἔχει ἀνανταγώνιστον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἡμῶν ἐνεργειῶν καὶ παθημάτων. οὔτε γὰρ διὰ παντὸς καθῆσθαι, οὔτε ἑστάναι δυνάμεθα, ἀτονίας εὐθὺς τῆς κατὰ τὴν φύσιν ἑκατέρου τῇ ὑπερβολῇ συνεπομένης. καὶ δῆλον τοῦτο, ὡς διὰ τὴν ἐν ἡμῖν τῶν στοιχείων διαφοράν τι καὶ μάχην συμβαίνει. καὶ γὰρ τὸ μὲν θερμὸν τὴν ἄνω χώραν διώκει, τὸ δὲ γεῶδες βρίθει τε καὶ συγκαθέλκει πρὸς τὴν γῆν. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ τῶν παραπλησίων ὡσαύτως, ἃ ἐπὶ τῆς * αὐτομάτου οὐκ ἔχει χώραν φύσεως. ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἡμῖν τὸ ποικίλον καὶ πολύμορφον, οὕτως ἐν ἐκείνοις τὸ ἀποίκιλον καὶ μονοειδὲς ἐγκαθίδρυται. ὅθεν τοῖς ἁπλοῖς μὲν καὶ μονοειδέσιν ἀκολουθεῖ τὸ δυσαλλοίωτόν τε καὶ δυσμετάβλητον· τοῖς δὲ συνθέτοις ἡ μεταβολὴ καὶ ἀλλοίωσις. τὸ δὲ μὴ πάντη πάντως τὸ ἀμετάβλητον καὶ ἀναλλοίωτον, μηδὲ ἐν ταῖς ἀσωμάτοις οὐσίαις ὁρᾶσθαι· καὶ γὰρ μετεβλήθη τὸ δαιμόνιον ἀπὸ τοῦ κρείττονος εἰς τὸ χεῖρον: ἐκεῖνο ἄν τις ἴσως προφασίσαιτο, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ ἀσώματον ἐκ τροπῆς τινὸς καὶ ἀλλοιώσεως ἤρξατο. ἐκ μὴ ὄντων γὰρ εἰς τὸ εἶναι καὶ αὐτὸ παρήχθη, καὶ εἰ τῆς κατὰ τὴν ὕλην συμπλοκῆς ἠλευθερωμένην ἔχει τὴν ὕπαρξιν. τάχα δ' ἂν καὶ διὰ τὴν μίαν ταύτην ἐκτροπήν, μίαν καὶ αὐτοὶ τὴν πρὸς τὸ φαῦλον τῆς γνώμης ἀλλοίωσιν ἐπεδείξαντο. ταῦτα εἰπὼν ὁ εὐσεβὴς οὗτος καὶ φροντίσιν ἱεραῖς ἀνειμένος οὗτος ὁ ἀνήρ, ἐπιρραπίζει τὴν Ὠριγένους περὶ δαιμόνων, καὶ ἀγγέλων, καὶ ἀνθρώπων, καὶ ἀστέρων, καὶ τῆς ἄλλης ὁρωμένης κτίσεως, δυσσεβῆ τε καὶ ἀνόητον καὶ πολυπλανῆ φλυαρίαν, καὶ τέλος ἐπιτίθησι καὶ τῷ δευτέρῳ καὶ μ' κεφαλαίῳ.

* al. ἐσωμάτων.

Ἐν δὲ τῷ ἑξῆς δύο ταῦτα ζητεῖ, ἓν μὲν διὰ τί αἱ ἅγιαι καὶ νοεραὶ δυνάμεις, ὅσα γε ἡμῶν εἰς γνῶσιν ἧκε, καὶ οἱ χρησμοὶ ἐξεπαίδευσαν, τὸ καλὸν ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους ἀμετάβλητον σώζουσιν, ὥσπερ αἱ πονηραὶ τὴν κακίαν; καὶ διὰ τί πολλῶν ἀνθρώπων μελλόντων κολάζεσθαι, τὸ πῦρ ἔφησεν ὁ σωτὴρ ἡτοιμάσθαι τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ; Καὶ πρὸς μὲν τὴν προτέραν ζήτησιν ἐφ' ἑκατέρας μερίδος, τῆς τε ἀγγελικῆς φημι καὶ τῆς δαιμονίας, τὸ ἁπλοῦν αἰτιᾶται, καὶ ἀσύνθετον καὶ ἀποίκιλον· καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὰ ἀντικείμενα τῆς μεταβολῆς ἐνυπάρχειν αὐτοῖς τὸ ἀπαράδεκτον. πρὸς δὲ τὴν δευτέραν ζήτησιν, ὅτι διὰ τοῦτο τὸ πῦρ τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἑτοιμάσθαι γέγραπται. ἀλλ' οὐχὶ τοῖς ἀνθρώποις: ἐπεὶ δὲ ἐν ἡμῖν μὲν οὐκ * ἀδόκητος ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἡ μεταβολή· οὗτοι δὲ γνώμῃ παρέσχοντο τὸ ἀνέλπιστον. τὸ εἰρημένον δὲ τοῦ σωτῆρος φασιν, ἅμα τὴν λύσιν ἐπάγει τῆς δευτέρας ἀπορίας, καὶ δεύτερον ἐπιχείρημα,

* ἀδόκητον.

nullo fluxu turbatum illud eorum desiderium conseruatur. cum nos interim veluti duplices quidam, ac propterea etiam male admissorum pœnitentia ducti, nos ipsos tanquam alienos incusemus. Duo vero vbi pugnant, & hi partim vincentes, partim victi: quomodo in his aut victoria, aut lapsus immutabilis sit? Neque verò solum in actionibus iis quæ laudem aut vituperationem merentur, mutatio & refluxus in nobis imperium sine repugnantia non habet: sed in alijs quoque nostris operationibus atque affectionibus. Nam neque semper sedere, neque rursum stare possumus, cum mox iuxta alterutrius naturam virium remissio [in his] excessum consequatur. Quod per elementorum in nobis varietatem & pugnam contingere constat. Calor enim ad supera impellit: Terrenum vero quod est, deorsum vergit, atque ad terram detrahit. atque in similibus aliis ad eundem modum. quæ sanè in incorporeis naturis locum non obtinēt. Sed quemadmodum in nobis varietas, multiplexque forma: sic in ipsis nihil varium, at vna perpetua forma residet. Vnde simplices hos atque vniformes illud consequitur, vt alterari atque mutari nonnisi difficulter possint: composita vero comitatur mutatio atque alteratio. Quod autem non omnis omnino immutabilitas ne ab incorporeis quidem naturis abesse videatur (dæmon enim ex bono in malum mutatus est) illud forte aliquis prætexat, quod ipsa quoque incorporea natura ex mutatione atque alteratione initium sumpserit. nam è non existentibus & ipsa producta est, tametsi à materiæ commistione liberam habet subsistentiam. Ac forsitan etiam ob vnicam mutationem, vnam quoque ipsi mentis illam in malum mutationem ostenderunt. Hæc vbi pius ille, & sacris vir studiis deditus retulit, Origenis de dæmoniis, Angelis, hominibus, astris, aliisque sub aspectum cadentibus conditis rebus impias, stolidas, & erroris plenas nugas refellit: sicque finem quadragesimo secundo capiti imponit.

Iob. 15.

XLIII. In sequenti deinde capite de his duobus quærit. Primum, cur sanctæ & intelligibiles potestates (quod quidem nouerimus, atque e sacris litteris didicerimus) sic virtutem ab initio ad extremum vsque immutabilem retineāt, quemadmodum improbitatem malignæ? Quam item ob caussam, cùm multi essent homines puniendi, *Ignem*, dicat Saluator *Diabolo & angelis eius paratum.* Matth. 25.

Atque ad primam quidem quæstionem, vtraque in parte (Angelorum, inquam, & Dæmonum) [naturæ] simplicitatem, quæ neque composita neque varia sit, in caussa esse ponit: ac per hoc eam quoque vim iis inesse, vt oppositas mutationis rationes suscipere nequeant. Ad alteram porrò quæstionem respondet: Idcirco igitem Diabolo eiusque angelis, non autem hominibus præparatum, scribi, quoniam in nobis non inopinata sit è malo in melius mutatio, cum illi confirmata sua voluntate, nullam de se spem reliquam fecerint. Prædictam ergo Saluatoris sententiam simul pro solutione dubitationis secundæ affert, & simul pro altero argumento,

Iobius. quo dæmonum naturam è malo non mutari posse ostendatur.

XLIV. Post hæc capite excutitur, qua de caussa qui regenerationis lauacro tingendi accedunt, Satanæ & operibus eius nuntium remittant: non item hominibus improbis, eorumque actionibus? Enimuero si non Dæmonum naturæ, sed operibus dumtaxat eorum, tanquam malis, renunciemus, pari ratione oportebat hominum non naturæ quidem, at certe operibus renuntiare. Non enim quod maiora, difficiliora, ac supra naturam nostram dæmonum opera sint, recte quispiam pro dubitationis solutione dixerit. Nã contrarium potius hoc ipsum dubium auget. siquidẽ illa quispiam ne admittat, deprecetur, non quæ facere nullo modo possit, sed ad quæ agenda propendet. Ipsam igitur dubitationem sic ferè instituit: cuius hanc subiicit solutionem.

Primam quidem, quod dęmones resipiscere non possint. quod vtique longe grauius atque abominãdũ magis est, quam alia multo grauiora peccata: sed quę ab hominibus, qui per pœnitentiam in via reduci possunt, cõmittuntur.

Alteram deinde, quòd ab initio Saluator, & securitatis nostræ curator, terminum inimicitiarum immobilem dæmonem inter & homines præfixerit, vt aduersus ipsum odium immortale inter seipsos seruantes, nunquam amplius oblatam ab ipso fraudẽ excipiamus. quẽadmodum etiam singuli qui baptizantur, tanquam fateantur se ad id vsque tempus cum primo suo parente Adamo deceptos fuisse, recte ac sapienter in posterum deceptoris amicitiæ renuntiant. de hominibus autem, tametsi improbè viuant, nihil tale Dominus, quin potius contrarium penitus præcepit. Ac de sexcentis id genus aliis, quæ hic commemorare poterã, vnum illud e maxime necessariis, quòd charitati mutuæ prospiciens Ecclesiæ lex (quam mille modis improbus dæmon discindere conatur) omni eam via ac sapientia componere ac conseruare iubet quare neque ipsos improbos, *a* proximi cùm sint, pro execrandis habere, atq; odio esse permittit: sed cõtra, quoad eius fieri potest, amare iubet atque diligere. immo verò de purganda curandáque malitia cogitare, illosque ad se adsumere, nullo autem modo repellere, præcipit. Idémque Paulus inter alia monet, *b* qui Iudæis tanquam Iudæus, & omnibus omnia factus est, vt omnino aliquos saluos faceret.

a Matth.5.

b 1.Cor.9.20.

Quod si a peccatoribus iustorum cœtus inde ab initio in hunc vsque diem abstinuisset, quis saluus esset? Quomodo mundus sagena captus esset: si, cum peccatores nihil inuicem vtilitatis afferant, iusti insuper illos execrarentur ac reiicerent? Sed & quod *c* Petro visum est linteum, puris atque impuris animantibus plenum, ad consuetudinem potius malos adsumendos, quam repellendos designat.

c Actor.10.

Iam si tum etiam, quando charitatem adeò Dei Verbum vbique imperat, & *d* omnibus aliis virtutibus maiorem per suos sectatores clamitat, hostili tamen alij in alios animo sumus, & fere vnusquisque proximum, tametsi optimus sit, per inuidiam lædimus, atque interdum etiã ei insidias paramus:

d 1.Cor.13.

δι᾽ ὃ τὸ ἀμετάβλητον ἀπὸ κακίας τῆς δαιμονίας ἐπιδείκνυται φύσεως.

Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐν τῷ μδ´ κεφαλαίῳ διερευνᾶται, τίνος χάριν οἱ τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας προσερχόμενοι τῷ μὲν σατανᾷ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ἀποτάσσονται, οὐκ ἔτι δὲ καὶ τοῖς πονηροῖς ἀνθρώποις, καὶ τῇ τούτων πράξεσι; καὶ τοίγε, εἰ μὴ τῇ τῶν δαιμόνων φύσει, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις αὐτῶν ὡς φαύλοις ἀποταξόμεθα· ἐχρῆν καὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων μὲν φύσει μὴ ἀποτάσσεσθαι, τοῖς ἔργοις δ᾽ αὐτῶν ἀποτάσσεσθαι. οὐ γὰρ ὅτι μείζονα καὶ χαλεπώτερα, καὶ ὑπὲρ τὴν ἡμῶν φύσιν, τὰ τῶν δαιμόνων ἔργα, τοῦτο ἄν τις λύσιν θείη τοῦ ἀπορήματος. τοὐναντίον γὰρ μᾶλλον αὔξει τὸ ἄπορον, εἴπερ οὐχ ἃ πάντη ἁμαρτάνειν ἀπεύχεται, οὐχ ἃ μηδὲ πρᾶξαι πέφυκεν, ἀλλ᾽ ὧν εἰς τὴν πρᾶξιν καταφέρεται. τὴν μὲν οὖν ἀπορίαν οὕτω συγκροτεῖ. λύσιν δὲ ἐπάγει, *φρικτὸν μὲν τὸ τῶν δαιμόνων ἀμετανόητον, ὅπερ ἐστὶ καὶ τῶν πολὺ μὲν χαλεπωτέρων ἁμαρτημάτων. ἀνθρώποις δὲ πραττομένων, ὑπὸ δὲ μετανοίας μεθοδεύεσθαι δυναμένων, λίαν βαρύτερόν τε καὶ βδελυκτότερον. δεύτερον δέ, ὡς ἀπ᾽ ἀρχῆς ὁ σωτὴρ, καὶ τῆς ἀσφαλείας ἡμῶν φροντιστὴς, ὅρον ἔχθρας ἀμετακίνητον μεταξὺ τοῦ τε διαβόλου καὶ ἡμῶν ἐπήξατο, ὡς ἂν τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχθραν ἀκήρατον ἐν ἑαυτοῖς διασώζοντες, μηκέτι παρ᾽ αὐτοῦ προσαγομένην τὴν ἀπάτην εἰσδεξόμεθα. διὸ καὶ τῶν φωτιζομένων ἕκαστος, ὥσπερ ὁμολογῶν τῇ τοῦ προπάτορος ἀπάτῃ μέχρι τότε συνέχεσθαι, καλῶς τε καὶ θεοσόφως τὸ λοιπὸν τῇ πρὸς ἐκεῖνον ἀποτάσσεται φιλίᾳ. ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων, κἂν πονηρίᾳ συζῶσιν, οὐδὲν τοιοῦτον, ἵνα μὴ λέγω πᾶν τοὐναντίον ὁ δεσπότης *ἐκάλεσε. καὶ μυρία μὲν ἐστὶν εἰπεῖν καὶ ἄλλα· ἓν δὲ τῶν ἀναγκαιοτάτων, ὡς τῆς εἰς ἀλλήλους ἀγάπης, ὁ τῆς ἐκκλησίας θεσμὸς προνοούμενος, ἣν μυριοτρόπως ὁ πονηρὸς διασπᾶν ἐπιχειρεῖ, πάσῃ μεθόδῳ καὶ σοφίᾳ συγκροτεῖν τε ταύτην καὶ συνέχειν νομοθετεῖ. διὸ οὐδὲ αὐτοὺς τοὺς φαύλους ὁμοφύλους ὄντας βδελύττεσθαι καὶ μισεῖν ἐᾷ· τὸ ἀνάπαλιν δὲ στέργειν τε καὶ φιλεῖν, ὅση δύναμις. *καὶ δὴ καθαρσίου μὲν τῆς πονηρίας καὶ θεραπείας ἐπινοεῖν, προσλαμβάνεσθαι δὲ, ἀλλ᾽ οὐκ ἀπωθεῖσθαι. καὶ τοῦτο Παῦλος μετὰ τῶν ἄλλων παραινεῖ, ὃς καὶ τοῖς ἰουδαίοις ὡς ἰουδαῖος, καὶ τοῖς πᾶσι τὰ πάντα ἐγένετο, ἵνα πάντως τινὰς σώσῃ. εἰ δὲ τοῖς ἁμαρτωλοῖς ὁ τῶν δικαίων χορὸς ἀπ᾽ ἀρχῆς μέχρι νῦν ἀπετάσσετο· τίς ἂν ἐσώθη; πῶς δ᾽ ἂν ὁ κόσμος ἐσαγηνεύθη, τῶν μὲν φαύλων ἀλλήλους οὐδὲν *ὠφελούντων, τῶν δ᾽ ἀγαθῶν τούτους βδελυσσομένων τε καὶ ἀποπεμπόντων. ἀλλὰ καὶ ἡ τῷ Πέτρῳ σινδὼν ὀφθεῖσα, καὶ πλήρης καθαρῶν τε καὶ ἀκαθάρτων ζώων ὑπάρχουσα, τὴν συναναστροφὴν μᾶλλον καὶ πρόσληψιν τῶν φαύλων, ἀλλ᾽ οὐ τὴν ἀποστροφὴν ὑπεμήνυτο. εἰ δὲ τὴν ἀγάπην οὕτω πανταχοῦ τοῦ θεοῦ λόγου νομοθετοῦντος, καὶ πάσης ἄλλης ἀρετῆς ὑπερέχουσαν διὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἀναβοῶντος, ὅμως πολεμίως πρὸς ἑαυτοὺς διακείμεθα, καὶ μικροῦ τὸν πλησίον ἕκαστος, κἂν ἄριστος ᾖ, φθόνῳ κακίζομεν· ἔσθ᾽ ὅτε δὲ καὶ ἐπιβουλεύομεν:

*al. φρικτόν.

*al. ἐκέλευσεν.

*al. δεῖ.

*al. ὠφελούντων.

οἱ τοιαύ-

εἰ τοιαύτης ἀφορμῆς ἐδραξάμεθα, λέγω δὴ τοῦ τοῖς πονηροῖς ἐκ νομοθεσίας τε καὶ ὁμολογίας ἀποτάσσεσθαι· ἐγὼ μὲν εἰς ὅσον ὁρῶ τὸ ἀνθρώπινον, καὶ τοὺς εὐμενεῖς ἡμῖν, εἰ ἐπεί τις ἔτι παραλυποῦντας, κἂν δικαίως τοῦτο πράττωσι, πάντας ἂν ἐκτόπως ἐμισοῦμεν τε καὶ ἀπεστρεφόμεθα, ἅτε δὴ παρακάλυμμα τὸ τῆς ὀρέξεως γνώμης, καὶ τῆς πολλῆς ἐφ' οἷς μισοῦμεν ἀλλήλους αἰσχύνης, τὴν θείαν ἐντολὴν προβαλλόμενοι καὶ συνήγορον ἔχοντες. καὶ οὐκ ἂν οὐδὲ μέχρι θανάτου τὴν πρὸς τοὺς τοιούτους ἔχθραν διελυόμεθα, κἂν τὸν ἥλιον μὴ ἐπιδύειν ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ἡμῶν, ἡ δεσποτικὴ νομοθετεῖ τῆς ἀγαθότητος, καὶ τοῦ πατρὸς μιμητὰς ἀποφαίνουσα, ἐν τῷ πᾶσι καὶ τοῖς μισοῦσι χρηστοὺς εἶναι, ὃς βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, καὶ ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐφ' ἑκατέρους ὁμοίως μερίδα. εἰ δὲ ἦν νενομισμένον τοῖς πονηροῖς τῶν ἀνθρώπων τοὺς φωτιζομένους ἀποτάσσεσθαι· καὶ γυνὴ ἂν ταύτης τῆς ἀφορμῆς λαβομένη τοῦ ἀνδρὸς διεχωρίζετο, καὶ γυναικὸς ὁ ἀνήρ, πατρὸς τε ὁ υἱός, καὶ μητρὸς ἡ θυγάτηρ, καὶ δοῦλος δεσπότου. ἐστηρίζετο γὰρ ἂν ἕκαστος τούτων τῇ πρὸς θεὸν οἰκείᾳ ὁμολογίᾳ, καὶ νόμον ἐπὶ τοῦτο τοῦτον ἀπαράβατον τῷ οἰκείῳ θελήματι βεβαιούμενον. διὰ ταῦτα τοίνυν τὸν διάβολον μόνον καὶ τοὺς δαίμονας, καὶ τοῖς τούτων ἔργοις, φεύγειν τε, καὶ βδελύττεσθαι, καὶ ἀποτάττεσθαι προστάττομεθα· ἀμέτοχοι τῆς ἐκείνων γνώμης διὰ παντὸς συντηρεῖσθαι, ὁμολογοῦντες τε καὶ εὐχόμενοι, διὰ τὴν αὐτῶν πρὸς τὰ φαῦλα ἄκλιτον καὶ ἀμετάθετον ῥοπήν, καὶ διὰ τὸ κόρον τῶν ἁμαρτημάτων μὴ δέχεσθαι. ἀλλήλοις δέ, κἂν ἀνθρώπινον ᾖ, κἂν εἰς τὸ θεῖον διαβαίνῃ τὸ ἁμάρτημα, οὐκ ὀξεῖαν καὶ ἀπότομον τὴν κρίσιν φέρειν ὀφειλόμεθα. λυμαντικὸν τε γὰρ τοῦτο τῆς ἐμφύτου πρὸς ἀλλήλους στοργῆς, διά τε τὴν συνηρτημένην ὅλην τῇ ὕλῃ, καὶ ὅτι τοῖς πεσοῦσιν ἐλπὶς διορθώσεως ἀπολείπεται. διὸ καὶ ἄν τις μὲν λέγῃ, οὐκ εἰμὶ καθ' ἕνα τῶν δαιμόνων, ἐπείπερ ἀλήθειαν φησιν, οὐκ ἀπόβλητος. ὁ δ' ἐκ κατὰ τὸν φαρισαῖον ἀλαζονευόμενος, καὶ ὡς ὁ τελώνης μὴ εἶναι μεγαλαυχῶν, κατακρίνεται. οὔτε γὰρ αὐτὸς ὁ ἱστάμενος, εἰ μὴ πέσοι δῆλον, οὔτε ὁ πεπτωκὼς εἰ μὴ στήσεται. χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων, κἀκεῖνο θεωρητέον, ὡς ἐπειδὴ τὸ μὲν δαιμόνιον φῦλον ἀμετανόητον, ἡμεῖς δὲ διὰ μετανοίας τῷ βαπτίσματι πρόσιμεν· δι' ὧν τοῖς ἀμετανοήτως ἔχουσιν ἀποταξόμεθα, τὴν μετάνοιαν πάντως θεῷ καθομολογήσαντες δεικνύμεθα. καὶ ὁ τοῖς δαιμονίοις διὰ * τὸ σφῶν ἀμετάθετον ἀποταξόμενος, πῶς οὐχὶ τῷ ἀμεταθέτῳ τρόπῳ αὐτοὺς ἀποτάξαιτο. καὶ ὁ τῆς προτέρας αὐτοῦ πονηρίας καὶ ἀσεβείας συγγνώμην αἰτῶν, πῶς ἂν τοῖς ὁμοιοπαθέσιν ἀνθρώποις, ὃν αὐτὸς διὰ μετανοίας ἔχει ἀποκλείσειεν ἔλεον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ ἐν τῷ παρόντι κεφαλαίῳ· ἐν οἷς καί φησιν, ὡς ἐν τῇ ἀναστάσει τὸν ἀγγελικὸν βιωσόμεθα βίον, μηκέτι πρὸς τὸ τῶν χειρόνων ἐκκλινόμενοι, ἀλλ' ἐν τῷ ἀτρέπτῳ στηριζόμενοι· οὐ φύσει τοῦτο κτησάμενοι, τῇ δὲ τοῦ πνεύματος δυνάμει, ὥσπερ καὶ αὐτὸ τὸ τῶν ἀγγέλων σύστημα. ταύτῃ τοι φησὶ καὶ τό, ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων ἐστὶν Ἰωάννου,

Ὅτι τὸ ῥητὸν τοῦ προφήτου Ἰεζεκιὴλ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν ῥητῶς εἰρημένον τοῦ Ὠριγένους ἀλληγορήσαντος, καὶ εἰς τὴν τῶν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωτισθέντων Ἰσραηλιτῶν ἐπάνοδον ἐκβιαζομένου εἰρῆσθαι, ἐξελέγχων μετὰ πολλὰ ὁ ἅγιος, καὶ τοῦτό φησιν· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αὐτοὶ πρὸς τελείαν ἀσφάλειαν καθαρὰν, οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν κατακρατήσαντες ἐξουσιαστικώτερον κατῴκησαν τὴν Ἱερουσαλήμ. εἴργοντο γοῦν * ὑπὸ τῶν ἀλλοεθνῶν πολλάκις οἰκοδομῆσαι θελήσαντες μᾶλλον· ὅθεν καὶ ἐν μʹ αὐτὸν καὶ ἓξ ἔτεσι μόλις ἠδυνήθησαν δείμασθαι, τοῦ Σολομῶντος ἐν ἑπταετεῖ χρόνῳ ἐκ θεμελίων αὐτὸν συμπληρώσαντος. καὶ τί χρὴ λέγειν; ἀπὸ γὰρ δὴ Ναβουχοδονόσορ, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν Βαβυλῶνος βασιλευσάντων, ἄχρι τῆς Περσῶν ἐπὶ τοὺς Ἀσσυρίους καθόδου, τῆς τε Ἀλεξάνδρου ἡγεμονίας καὶ τοῦ Ῥωμαίων τοῦ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους συρραγέντος πολέμου, ἑξάκις * κατεστράφησαν ὑπὸ τῶν πολεμίων τὰ Ἱεροσόλυμα. καὶ τοῦτο Ἰώσηππος ἱστορεῖ λέγων, ἔτει δευτέρῳ τῆς Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας, ἁλοῦσα δὲ καὶ πρότερον πεντάκις, τοῦτο δεύτερον ἠρημώθη. Ἀσοχαῖος μὲν γὰρ, ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς, καὶ μετ' αὐτὸν Ἀντίοχος, ἔπειτα Πομπήϊος, καὶ ἐπὶ τούτοις σὺν Ἡρώδῃ Σόσσιος ἑλόντες ἐνέπρησαν τὴν πόλιν. πρὸ δὲ τούτων, ὁ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς κρατήσας ἠρήμωσεν αὐτήν. Ὅτι Ὠριγένης τάδε φησί· περὶ τοῦ Λαζάρου καὶ τοῦ πλουσίου ἱστορεῖσθαι ἀξιοῦται· τῶν μὲν * ἀπλουστέρων οἰομένων ταῦτα λελέχθαι, ὡς ἀμφοτέρων μετὰ τῶν σωμάτων λαμβανόντων τὰ ἄξια τῶν τῷ βίῳ πεπραγμένων· τῶν δὲ * ἀκριβεστέρων, ἐπεὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν οὐδεὶς ἐν βίῳ καταλείπεται, οὐκ ἐν τῇ ἀναστάσει οἰομένων ταῦτα γεγονέναι. λέγει γὰρ ὁ πλούσιος, ὅτι πέντε ἀδελφοὺς ἔχω, καὶ ἵνα μὴ ἔλθωσιν εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς βασάνου, πέμψον Λάζαρον ἀπαγγελοῦντα αὐτοῖς τὰ ἐνταῦθα. καὶ διὰ τοῦτο ζητοῦσι τὴν γλῶσσαν, καὶ τὸν δάκτυλον, καὶ τοὺς κόλπους Ἀβραὰμ, καὶ τὴν * ἀνάκλησιν, καὶ τάχα τὸ τῆς ψυχῆς ἅμα τῇ ἀπαλλαγῇ σχῆμα, ὁμοιοειδὲς ὂν τῷ παχεῖ καὶ γηΐνῳ σώματι, δύνασθαι οὕτως λαμβάνεσθαι. εἴ ποτε γοῦν ἱστόρηταί τις τῶν κεκοιμημένων φανεὶς, * ὁμοίως ἑωρᾶσθαι τῷ ὅτε τὴν σάρκα εἶχε σχήματι. εἶτα, ἀλλὰ καὶ ὁ Σαμουὴλ φαινόμενος, ὡς δῆλον, ὁρατὸς ὢν, παρίστησιν ὅτι σῶμα περιέκειτο· μάλιστα ἐὰν ἀναγκαζώμεθα ὑπὸ τῶν ἀποδείξεων τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ἀσώματον εἶναι, καὶ ταύτην ἀποφαίνεσθαι. ἀλλὰ καὶ ὁ κολαζόμενος πλούσιος, καὶ ὁ ἐν κόλποις Ἀβραὰμ πένης ἀναπαυόμενος, πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ σωτῆρος καὶ πρὸ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· καὶ διὰ τοῦτο * πρὸ τῆς ἀναστάσεως λεγόμενοι, ὁ μὲν ἐν ᾅδου κολάζεσθαι, ὁ δὲ ἐν κόλποις Ἀβραὰμ ἀναπαύεσθαι, διδάσκουσιν ὅτι καὶ νῦν τῇ ἀπαλλαγῇ σώματι χρῆται ἡ ψυχή. Πρὸς ταῦτα ὁ ἅγιος τάδε φησί, σχῆμα ἄλλο ὁμοιοειδὲς τῷ αἰσθητῷ τούτῳ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν ἔχειν ἐκτιθέμενος τὴν ψυχὴν ἀσώματον, ὑπό τι πλατωνικῶς ἀποφαίνεσθαι αὐτήν. τί γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κόσμου ἀποφοίτησιν ὀχήματος αὐτὴν δεῖσθαι καὶ περιβολῆς λέγειν, ὡς οὐ δυναμένην καθ' ἑαυτὴν χωρισθῆναι γυμνὴν, πῶς οὐκ ἂν καθ' ἑαυτὴν * ἀσώματον εἴη;

* al. ὑπό.
* al. ἐξεπορθήθη.
* al. ἀπλουστέρων.
* al. ἀκριβεστέρων.
* ἴσ. ἀνάπαυσιν.
* al. ὅμοιον.
* al. πρό.
* ἀσώματος.

Verbum quod dixit Propheta Ezechiel de mortuorum resurrectione Origenes Allegorice interpretatus est, & ad Israelitarum ex captiuitate Babylonica reditum quasi per vim detorsit, quem post multa S. Methodius coarguens hoc dicit: Neque Iudæi plenam securamque libertatem assecuti sunt, neque hostibus deuictis maiori cum potestate Hierosolymam incoluerunt. Immo sæpe cum instaurare vrbem conarentur, ab aliis populis sunt impediti. Vnde & intra quadraginta sex annos vix templum absoluerunt, cum illud Solomon septem annis ab ipsis fundamentis excitatum perfecisset. Et quid opus est verbis, a Nabuchodonosore, & successoribus eius in Babylone vsque ad Persarum in Assyrios expeditionem, & Alexandri imperium, & bellum iam cum Romanis incrudescens sexies ab hostibus Hierosolyma euersa sunt. Et hoc Iosepho teste qui dicit: Anno altero Vespasiani imperatoris, capta autē & ante iam quinquies fuerat, iterum excisa est Hierosolyma. Asochæus enim Ægypti Rex, & huius successor Antiochus: deinde Pompeius, deinde post hos Sosius cum Herode captam vrbem incenderunt. Ante hos verò Babylonis Rex expugnatam vastauit.

Origenes præterea hæc dicit. De Lazaro & diuite subinde putat: aliis quidem simplicius dictum putantibus, quasi ambo in corporibus suis admissis digna factis in vita præterita reciperent; aliis subtilius, quia cum post resurrectionem nemo in vita relinquatur, non existimant hæc in resurrectione contigisse. Dicit enim diues: habeo quinque fratres, ne & ipsi veniant in locum hunc tormentorum, mitte Lazarum, qui nunciet ipsis, quæ hic fiunt. Quærunt ergo per hæc linguam & digitum & sinus Abrahæ, & compellationis vocem, & fortasse figuram illam seu formam statim cum animæ excessu, similem corpori crasso & terreno. Res ita potest intelligi: Si quando quis ex mortuis narratur apparuisse, videtur in simili formâ, quam in carne habuit. Deinde: Samuel apparens, vt manifestum est, spectabilis probat se corpore indutum fuisse. Si maxime demonstrationibus vrgeamur fateri, animæ naturam incorpoream esse, hanc videri [demonstrationem.] Sed & diues punitus, & pauper in sinu Abraham requiescens ante saluatoris aduentum, & ante consummationem seculi, & propterea ante resurrectionem, dum dicuntur hic quidem apud inferos puniri, ille verò in sinu Abrahæ requiescere, docent, etiam nunc post excessum e vita animam corpore vti. Ad hæc vir S. respondet, figuram aliam visu similem sensibili huic, animam post emigrationem ex hac vita habere; animam incorpoream professus ad Platonicam fere rationem definit. Dum enim dicit illam post excessum ex hac vita vehiculo egere & veste, eo quod nuda comprehendi teneríve non possit. Quomodo ergo per se non sit incorporea?

Luc. 16.

METHOD.

Cum autem incorporea sit, quomodo non expers erit[per se]passionum, seu dolorum. Comitatur enim ipsam, si incorporea sit, vt nec pati,nec teneri possit. Ergo si concupiscentia irrationali nulla ratione fuit tracta, neque corporis dolentis patientisque sensu vllo fuit ta.ta, (nam incorporeum quomodo corporis sensu,aut corpus incorporei affectu tangatur?) Sequitur consequenter prædictis vt incorporea esse videatur. Si autem cum corpore patiatur, quemadmodum ex iis qui apparuerunt comprobatur,incorporea esse non potest. Ergo solus Deus natura ingenita, nullius indigens, & indefessa nec fatigabilis prædicatur, qui cum incorporeus sit propterea est inuisibilis. Deum enim nemo vidit. Animæ vero à Patre vniuersorum corpora rationalia conditæ,in membra ratione percipienda exornatæ hanc figuram acceperunt: vnde apud inferos vt in Lazaro & diuite[est videre]linguam, & digitum & alia membra habere dicuntur, non quod alienum corpus cum illis existat inior me,sed quod ipsæ animæ,ab omni tegumento nudatæ per se natura sua secundum substantiam tales sint. Addit in fine vir Sanctus, illud dictum:*In hoc Christus mortuus est vt viuorum & mortuorum dominetur.* de animabus & corporibus accipiendum esse viuis scilicet animabus, vtpote immortalibus, mortuis verò corporibus. Quod si corpus humanum omniũ animalium aliorum corporibus est nobilius, quia ipsius Dei manibus efformatum & rationalis animæ præstantius vehiculum:quomodo hoc tam breuis est æui, cum multa animalium irrationalium corpora sint hoc multo longioris vitæ? Manifestum ergo illius substantiam post resurrectionem longæuam [siue æternam] fore.

Error Methodij animas esse corporeas.

Rom 14. 9. Si legas ἀπὸ ... ridetur legendum ... Christus ... mortuorum ... corporum Dominus aut quia corpus hom. est aut quia manifestum est etiam.

ἀσώματος δὲ οὖσα, πῶς οὐκ ἔσαι καὶ ἀνεπίδεκτος παθῶν; ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ ἀσωμάτῳ αὐτὴν ὑπάρχειν, καὶ τὸ ἀπαθῆ εἶναι καὶ ἀδιάσπαστον. εἰ μὲν οὖν ὑπὸ ἀλόγου οὐ παρείλκετο ὅλως ἐπιθυμίας, οὐδὲ συμμετεβάλλετο ἀλγοῦντι ἢ πάσχοντι τῷ σώματι· ἀσωμάτῳ γὰρ σώματι ἢ σῶμα ἀσωμάτῳ οὐκ ἄν ποτε συμπάθοι, ἵνα ἂν ἀσώματον δόξαι αὐτὴν * ἀκολούθως τοῖς εἰρημένοις. εἰ δὲ συμπάσχοι τῷ σώματι, καθάπερ καὶ διὰ τῆς ἐπιμαρτυρήσεως τῶν φαινομένων ἀποδείκνυται: ἀσώματος εἶναι οὐ δύναται. ἤγουν ἀγέννητος καὶ ἀνενδεὴς καὶ ἀκάματος φύσις ὁ θεὸς μόνος ἄδεται, ἀσώματος ὤν, διὸ καὶ ἀόρατος· θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακεν. αἱ δὲ ψυχαὶ ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ καὶ πατρὸς τῶν ὅλων, σώματα νοερὰ ὑπάρχουσαι, εἰς λόγῳ θεωρητὰ μέλη διακεκοσμημέναι, ταύτην λαβοῦσαι τὴν διατύπωσιν. ὅθεν καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ, καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου, καὶ τοῦ πλουσίου, καὶ γλῶσσαν καὶ δάκτυλον καὶ τὰ ἄλλα μέλη ἱστοροῦνται ἔχειν· οὐχ ὡς σώματος ἑτέρου συνυπάρχοντος αὐταῖς ἀειδοῦς, ἀλλ' ὅτι [καὶ] αὗται φύσει, αἱ ψυχαὶ, παντὸς ἀπογυμνωθεῖσαι περιβλήματος, τοιαῦται κατὰ τὴν οὐσίαν ὑπάρχουσιν. Ὅτι φησὶν ὁ ἅγιος ἐν τέλει, ὥστε τὸ διὰ τοῦτο Χριστὸς ἀπέθανε λεγόμενον, ἵνα ζώντων καὶ νεκρῶν κυριεύσῃ, ἐπὶ τῶν ψυχῶν καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων παραληπτέον: ζώντων μὲν τῶν ψυχῶν, καθὸ ἀθάνατοι, νεκρῶν δὲ τῶν σωμάτων. Ὅτι [εἰ] τιμιώτερον σῶμα ἀνθρώπου τῶν ἄλλων ζώων, ὅτι χερσὶ τοῦ θεοῦ λέγεται πεπλάσθαι, καὶ ὅτι * τιμιώτερον τῆς λογικῆς ψυχῆς τετύχηκε * ὄχημα. πῶς τοῦτο μὲν ὀλιγοχρόνιον, ἀλόγων δὲ τινῶν πολλῷ πολυχρονιώτερα; ἢ δῆλον ὡς ἡ τούτου πολυχρόνιος ὕπαρξις μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἔσται.

* al. ἀκολούθως.

* al. τιμιώτερον σκῆνος.

CCXXXV.

Ex lib. s. Methodii de creatis excerpta.

Legi è sancto Methodio Episcopo martyre per compendium excerpta de genitis seu creatis. Illud Christi, *Nolite proiicere Sanctum canibus,neque margaritas vestras ante porcos*:dixit margaritas esse eos qui in Ecclesiã sanctiora diuinæ religionis mysteria capiunt: porcos verò, qui in omni genere impietatis & voluptatis veluti porci in cœno adhuc volutantur. His,inquit, a Christo dictum est, non esse ∴ cœlestia mysteria proiicienda, eo quod hęc capere non possint,veluti impietati & feris fœdisque voluptatibus iam ante occupati. S. Methodius ait, si per margaritas intelligendæ sunt venerandæ.sacræque literæ, per porcos autem,homines impietati & voluptatibus dediti, quibus Apostolica dicta, ad pietatem & Christi fidem ducentia, non sint ∴ accommodata,sed cœlata, vide ne dicas vllum Christianorum Apostolicis præconiis ex prioris vitæ impietate conuersum esse. Neque enim vlla ratione diuina Christi mysteria * proiecerint iis, qui propter infidelitatem similes sunt porcis.

Matth. 7. 6.

∴ Forte Origenis quem refutat.

∴ Sacras literas. ignor hoc loco pro Ecclesia accipiendu puto, quæ communi ... hospitium. nisi forte locum intelligat vbi catechumeni ... Christianam ... quod ... peregrini recipiuntur.

∴ Non proponenda.

* παρέβαλεν.

ΤΟΥ̃ ΑΥ̓ΤΟΥ̃ ΠΕΡΙ ΤΩ͂Ν γενητῶν ἐκλογὴ κατὰ σύνοψιν.

ΑΝΕΓΝΩ΄ΣΘΗ ἐκ τοῦ ἁγίου μάρτυρος καὶ ἐπισκόπου Μεθοδίου τὰ περὶ τῶν γενητῶν ἐκλογὴ κατὰ σύνοψιν. Ὅτι τὸ μὴ βάλητε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· μαργαρίτας μὲν τοῦ ξένωνος τὰ μυστικώτερα τῆς θεοσδότου θρησκείας ἐκλαμβανόντας μαθήματα: χοίρους δὲ, τοὺς ἔτι ἀσεβείᾳ καὶ ἡδοναῖς παντοίαις, δίκην χοίρων, ἐν βορβόρῳ καλινδουμένους, τούτοις γὰρ εἰρῆσθαι παρὰ Χριστοῦ, ἔλεγε, μὴ παραβαλεῖν τὰ θεῖα μαθήματα: διὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτὰ φέρειν, ἅτε τῇ ἀσεβείᾳ καὶ ταῖς ἀγρίαις ἡδοναῖς προκατεσχημένοις. Ὁ μέγας Μεθόδιος φησὶν, εἰ μαργαρίτας, τὰ σεμνοπρεπῆ καὶ θεῖα μαθήματα δεῖ ἐξακούειν, χοίρους δὲ τοὺς ἀσεβείᾳ καὶ ἡδοναῖς συζῶντας, οἷς καὶ ἀπαραβλητα καὶ ἀπόκρυφα τὰ πρὸς εὐσέβειαν καὶ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἀποστολικὰ διεγείροντα κηρύγματα δεῖ εἶναι. ὅρα ὡς οὐδένα λέγεις τῶν Χριστιανῶν τοῖς τῶν ἀποστόλων κηρύγμασιν ἐξ ἀσεβείας αὐτῶν τῆς προτέρας * ἐπιστρέψαι. οὐδὲ γὰρ ἂν πάντως παρέλαβον τὰ κατὰ τὸν Χριστὸν μυστήρια τοῖς δι' ἀπιστίαν χοίροις ἐοικόσιν.

CCXL. E lib. S. Methodij de creatis excerpta.

* al. ἐπιστρέψαι.

ἢ οὐ

ἢ οὖν πᾶσι τοῖς Ἕλλησι καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπίστοις τὰ ὑπὲρ ταῦτα παρεβλήθη παρὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν καὶ ἐκηρύχθη, καὶ ἀπὸ τῆς ἀσεβείας μετέβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν. (ὥσπερ οὖν καὶ πιστεύοντες ὁμολογοῦμεν) καὶ οὐκέτι δύναται νοεῖσθαι τὸ μὴ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, ὡς ἐρρήθη· ἢ τούτου ὡς ἐλέχθη νοουμένου, ἀνάγκη ἡμᾶς λέγειν, ὡς οὐδενὶ τῶν ἀπίστων, οὓς χοίροις ἀπεικάζομεν, διὰ τῶν ἀποστολικῶν διδαγμάτων, μαργαριτῶν δίκην τὰς ψυχὰς καταυγαζόντων, ἡ εἰς πίστιν καὶ ἡ τῆς ἀσεβείας ἐλευθερία γεγένηται. βλάσφημον δὲ τοῦτο. οὐκ ἄρα δεῖ μαργαρίτας μὲν τὰ μυστικώτερα τῶν μαθημάτων ἐκλαμβάνειν ἐνταῦθα· χοίρους δὲ, τοὺς ἀσεβεῖς. οὐδὲ τὸ, μὴ βάλλετε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, εἰς τὸ μὴ παραβάλλετε τοῖς ἀσεβέσι καὶ ἀπίστοις τὰ μυστικὰ καὶ τελειοποιὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως διδάγματα παραλαμβάνειν· ἀλλὰ μαργαρίτας μὲν τὰς ἀρετὰς, ἐκδέχεσθαι χρὴ, αἷς ὥσπερ πολυτίμοις μαργαρίταις ἡ ψυχὴ καθωραΐζεται. μὴ παραβαλεῖν δὲ αὐτοὺς τοῖς χοίροις, τουτέστι, μὴ παραβαλεῖν αὐτὰς τὰς ἀρετὰς, οἷον ἁγνείαν, καὶ σωφροσύνην, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀλήθειαν, ταύτας ἐν μὴ παραβάλλειν ταῖς ἀσελγεστάταις ἡδοναῖς, χοίροις γὰρ ἐοίκασιν αὗται· ἵνα μὴ τὰς ἀρετὰς αὗται καταφαγοῦσαι, χοιρώδη βίον καὶ παντοπαθῆ τὴν ψυχὴν βιοτεύειν παρασκευάσωσιν. Ὅτι ὁ Ὠριγένης, ὃν Κένταυρον καλεῖ, ἔλεγε συναΐδιον εἶναι τῷ μόνῳ σοφῷ καὶ ἀπροσδεεῖ θεῷ τὸ πᾶν. ἔφασκε γὰρ, εἰ οὐκ ἔστι δημιουργὸς ἄνευ δημιουργημάτων, ἢ ποιητὴς ἄνευ ποιημάτων, οὐδὲ παντοκράτωρ ἄνευ τῶν κρατουμένων· τὸν γὰρ δημιουργὸν διὰ τὰ δημιουργήματα ἀνάγκη, καὶ τὸν ποιητὴν διὰ τὰ ποιήματα, καὶ τὸν παντοκράτορα διὰ τὰ κρατούμενα λέγεσθαι· ἀνάγκη ἐξ ἀρχῆς αὐτὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ γεγενῆσθαι, καὶ μὴ εἶναι χρόνον, ὅτε οὐκ ἦν ταῦτα. εἰ γὰρ ἦν χρόνος, ὅτε οὐκ ἦν τὰ ποιήματα, ἐπεὶ τῶν ποιημάτων μὴ ὄντων, οὐδὲ ποιητὴς ἔστιν· ὅρα οἷον ἀσεβὲς ἀκολουθεῖ· ἀλλὰ καὶ ἀλλοιοῦσθαι καὶ μεταβάλλειν τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον συμβήσεται θεόν· εἰ γὰρ ὕστερον πεποίηκε τὸ πᾶν, δῆλον ὅτι ἀπὸ τοῦ μὴ ποιεῖν εἰς τὸ ποιεῖν μετέβαλε. τοῦτο δὲ ἄτοπον μετὰ τῶν προειρημένων. οὐκ ἄρα δυνατὸν λέγειν, μὴ εἶναι ἄναρχον καὶ συναΐδιον τῷ θεῷ τὸ πᾶν. πρὸς ὃν φησι δι' ἑτέρου προσώπου ὁ ἄγιος ἐρωτῶν, ἆρά γε σοφίας καὶ δόξης, καὶ συλλήβδην πάσης ἀρετῆς ἀρχὴν καὶ πηγὴν οὐσιωδῶς, ἀλλὰ μὴ ἐπικτήτως ἡγῇ τὸν θεὸν; ναί. τί δὲ πρὸς τούτοις, οὐχὶ τέλειος πάντη δι' ἑαυτὸν καὶ ἀπροσδεής; ἀληθῆ. ἀμήχανον γὰρ τὸ ἀπροσδεὲς δι' ἕτερον εἶναί τι ἀπροσδεὲς, ἀμήχανον. πᾶν γὰρ τὸ δι' ἕτερον πλῆρες ὂν, καὶ ἀτελὲς λεκτέον ἀνάγκη· τὸ γὰρ αὐτὸ δι' ἑαυτὸ ἑαυτοῦ πλήρωμα ὂν, καὶ αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ μένον, τέλειον εἶναι, τοῦτο μόνον δοξαστέον; ἀληθέστατα λέγεις. τὸ δὲ μήτε αὐτὸ δι' ἑαυτὸ, μήτε αὐτὸ ἑαυτοῦ πλήρωμα ὂν φαίης ἂν ἀπροσδεές; οὐδαμῶς. οὐκ ἄρα ὁ θεὸς τέλειος, διά τι νομισθήσεται. ὃ γὰρ διά τι τέλειόν ἐστι, αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ἀτελὲς ἀνάγκη τυγχάνειν; ἀνάγκη. οὐκοῦν καὶ ὁ θεὸς αὐτὸς δι' ἑαυτὸν τέλειος, ἀλλ' οὐ δι' ἕτερον λογισθήσεται; ὀρθότατα.

Aut ergo omnibus Græcis, & aliis infidelibus hæc mysteria a Christi discipulis sunt proposita & prædicata, illosque ab impietate ad Christum converterunt, (vti & nos credentes confitemur) & illud dictum, Ne proiicite margaritas vestras ante porcos, non potest amplius ita accipi, vti dictum est: aut hoc ita, vt dictum est, accepto seu intellecto, dicendum erit nobis, nulli infidelium quos porcis comparamus, per Apostolica documenta quæ animas instar margaritarum illuminant, fidem in Christum & ab impietate libertatem partam esse. Sed hoc blasphemum est dicere. Ergo margaritæ hoc loco non sunt accipiendæ pro sanctioribus [Ecclesiæ] disciplinis, neque porci pro impiis. Neque illud dictum nolite proiicere margaritas vestras ante porcos: ita explicandum est: ne proiicite impiis & infidelibus diuina & fidem in Christum perficientia præcepta: sed margaritæ pro virtutibus accipiendæ sunt, quibus veluti preciosis gemmis anima exornatur. Non abiiciendas autem eas porcis, hoc est, non proiiciendas virtutes, castitatem nempe, temperantiam, iustitiam, & veritatem, has inquam non obiiciendas esse impuris voluptatibus, hæ enim porcis comparantur, ne has depascentes, illos vitam porcis similem viuere cogant, & animam omni vitiorum genere compleant. Origenes, quem Centaurum appellat, asserebat vniuersum hoc [quod creatum est,] soli, sapienti & nullius indigo Deo coæternum esse. Dicebat enim, sicut non est opifex sine opificio, poeta sine poematis, imperator sine subiectis, necesse est enim vt opifex ab opificio, poeta à poëmatis, & imperator à subiectis nominetur, [ita] necesse est creata à principio à Deo facta esse, nec tempus vllum esse, quo hæc non fuerint. Si enim fuit tempus quo non fuerunt opificia; ergo opificiis nullis existentibus, neque opifex est. Vide quæ sequatur [ex dictis] impietas; Quin alteram etiam & mutari sequetur immutabilem & inuariabilem Deum. Si enim nō ab æterno omnia creauit, manifestum est, illum à non faciendo ad faciendum transiisse. Sed hæc vna cum antedictis absurdum est, ergo dici nō potest, non esse principij expers & Deo coæternum hoc vniuersum. Huic respondet alia quasi persona per interrogationem [scenis enarrationis siue Dialogi] Nonne Deum existimas principium & fontem sapientiæ, gloriæ & simul omnis virtutis substantialiter & non adscititie? Sane inquit, sed quid hoc ad rem? Nonne absolute per se ipsum perfectus est & nullius indigens? Ita est. Impossibile enim est, vt id quod nullius indiget, sit propter alterum aliquid, [quam etiam] nullius indigens. Impossibile [inquam]. Quodcunque enim propter alterum perfectum est, necesse est dicatur imperfectum. Hoc enim solū quod propter seipsum sui ipsius perfectio est & in seipso manet, perfectum esse censendum est? verissime censes. Quod autem neque ipsum, propter seipsum, neque ipsum sibi ipsi sua est perfectio, dices aliquem non egentem? Nequaquam. Deus ergo non perfectus propter aliud existimabitur. Quod enim propter aliud perfectum est, nonne esse necesse est vt id in seipso sit imperfectum? necesse. Nonne ergo Deus ipse propter seipsum & non propter aliud perfectus iudicabitur? rectissime.

Matth. 7.

Methodius Origenem Centaurum appellat.

Nonne aliud est Deus mundi, & aliud mundus Dei? Omnino. Non igitur Deus & creator & omnipotens, perfectus est dicendus propter mundum? Nequaquam, ne propter mundum, [illegible] ac non propter seipsum [potius] secundum se perfectus, merito [illegible]. Quamobrem dives, nonne [illegible] dives appellandus est? recte. Et [illegible] secundum participationem essentialis sapientiae [illegible] sapiens tamen dicendus est? sane. An ergo & Deus, qui [illegible] mundus, propter mundum [illegible] & creator nominandus [illegible]? Nonne ipse in seipso & propter seipsum dives ac potens esse videtur. [illegible] ante mundi [illegible] omnino nullius indigens, pater nempe & omnipotens, & creator, adeo ut propter seipsum & non propter mundum haec omnia? necessarium est. Si enim propter mundum, & non propter seipsum [illegible] a mundo [illegible] omnipotens [illegible] Deus [illegible] secundum seipsum imperfectus esset, & indigens his, quorum causa omnipotens & creator est supernaturalis. Reiiciendus ergo perniciosus error eorum, qui dicunt de DEO, DEUM non propter seipsum, sed propter subiectas res & creatas, quae mutabiles sunt, esse omnipotentem & creatorem.

[illegible] ratiocinatione. Si non ab aeterno, [illegible] & olim non erat, necesse [illegible] impassibilem & inalterabilem, [illegible]. Item necesse est illum prius nihil facientem a non faciendo ad faciendum transire & mutari. Dicebant enim. Requievit ne DEUS a mundo faciendo nec ne? requievit, alioqui enim nondum esset perfectus. Ita est. Si ergo facere, a non faciendo, DEO alterationem adfert, nonne etiam non facere, a faciendo [illegible] prorsus. mutatum autem diceres cum [illegible] operantem, ab eo quod erat cum non operaretur? nequaquam. Neque ergo ideo illum mutari necesse erat, quod [illegible] mundum, ab eo quod erat quando non faciebat. Atque [ita] non necessario dicendum est hoc universum [illegible] propter [illegible] illum esse mutatum. Atqui [illegible]. Diceres ne genitum, quod generationis principium non habet? Non equidem. Quod enim caret generationis principio necessario est ingenitum. Si vero genitum, [illegible] ab aliqua causa esse genitum: prorsus enim impossibile est sine causa generationem esse? impossibile. Nonne ergo & mundum, & quaecumque sunt in illo? Nonne vel ab aliquo, vel DEO creatore postea factum dicemus cum prius non esset? perspicuum est a DEO. Impossibile enim est, ut quod generationis principio circumscribitur id infinito esse coinfinitum? impossibile. Ergo iterum, centaure, ad principium disputationis revertamur. Affirmatis ne ea quae existunt, divina scientia facta esse nec ne? Iterum dicent minime. Sed ab elementis, vel materia, aut firmamentis, aut quibus haec verbis appellare vultis, nihil enim interest. Iis enim absque creatione praeexistentibus temereque oberrantibus, DEUS [illa] secernens, omnia fabricatus est, velut praestans pictor ex multis coloribus unam exprimit [illegible]?

ἕτερον Θεὸς κόσμου, καὶ ἕτερον κόσμος Θεοῦ, παντελῶς. οὐκ ἄρα τέλειον φατέον, καὶ δημιουργὸν καὶ παντοκράτορα, διὰ κόσμον τὸν Θεόν; οὔ. ὅπως [μὴ] δι᾽ ἑαυτόν, ἀλλὰ μὴ διὰ κόσμον, καὶ ταῦτα εἶναι, αὐτὸς καθ᾽ ἑαυτὸν τέλειος εὑρίσκοιτο. περιηκόντως. τί δὲ τὸν πλούσιον, διὰ τὸν πλοῦτον λεκτέον πλούσιον; ὀρθῶς. καὶ τὸν σοφὸν κατὰ μετοχὴν τῆς οὐσιώδους σοφίας, οὐκ αὐτὸν σοφίαν ὄντα σοφὸν προσαγορευτέον; ναί. τί δὲ καὶ τὸν Θεὸν ἕτερον ὄντα κόσμου, διὰ κόσμον ταύτῃ πλούσιον καὶ εὐεργέτην καὶ δημιουργὸν κλητέον; οὐδαμῶς, ἅπαγε. οὐκοῦν αὐτὸς ἑαυτῷ πλούσιος, καὶ δι᾽ ἑαυτὸν πλούσιος καὶ δυνατὸς [illegible] εἶναι. [illegible] καὶ πρὸ κόσμου παντὶ ἀπροσδεής, ὢν καὶ πατὴρ καὶ παντοκράτωρ καὶ δημιουργός, ὅπως αὐτὸς δι᾽ ἑαυτόν, ἀλλὰ μὴ δι᾽ ἕτερον ταῦτα ᾖ; ἀνάγκη. εἰ γὰρ διὰ κόσμον, καὶ οὐχὶ δι᾽ ἑαυτὸν ἕτερος ὢν [καὶ] κόσμου παντοκράτωρ [illegible] (συγγνώμην [illegible] ἀναγκάζομαι γὰρ τοῦτο εἰπεῖν:) αὐτὸς καθ᾽ ἑαυτὸν ἀτελὴς [ἂν] εἴη καὶ προσδεὴς τούτων, δι᾽ ἃ παντοκράτωρ καὶ δημιουργός ἐστιν ὑπερφυῶς. οὐκ ἄρα ἀποδεκτέον ταύτην τὴν ὀλέθριον ἁμαρτίαν περὶ Θεοῦ τῶν λεγόντων, παντοκράτορα καὶ δημιουργὸν διὰ τὰ κτιζόμενα καὶ δημιουργούμενα [illegible] ἀλλ᾽ οὐ δι᾽ ἑαυτὸν εἶναι τὸν Θεόν. ὅρα δὲ καὶ ὧδε. εἰ ὕστερον ἔφης πεποιῆσθαι κόσμον, μὴ πρότερον ὄν: μεταβάλλειν ἀνάγκη τὸν ἀπαθῆ καὶ ἀναλλοίωτον Θεόν. τὸν γὰρ μὴ ποιοῦντα πρότερον μηδέν, ὕστερον δὲ ἀπὸ τοῦ μὴ ποιεῖν εἰς τὸ ποιεῖν μεταβάλλειν καὶ ἀλλοιοῦσθαι ἀνάγκη. ἔλεγον γάρ, πέπαυται δὲ τοῦ ποιεῖν τὸν κόσμον ὁ Θεός, ἢ οὔ; πέπαυται, οὔπω γὰρ ἦν τέλειον [illegible] ἀληθές. εἰ οὖν τὸ ποιεῖν ἐκ τοῦ μὴ ποιεῖν ἀλλοίωσιν τοῦ Θεοῦ καταψηφίζεται, οὐχὶ καὶ τὸ μὴ ποιεῖν ἐκ τοῦ [μὴ] ποιεῖν; ἀνάγκη. ἠλλοιῶσθαι δὲ αὐτὸν φαίης μὴ ποιοῦντα σήμερον παρ᾽ ὃν ἐποίει; οὐδαμῶς. οὐδὲ [illegible] ποιεῖ τὸν κόσμον, ἠλλοιῶσθαι αὐτὸν ἀνάγκην, παρ᾽ ὃ ἦν ὅτε οὐκ ἐποίει· καὶ οὔτε ἀνάγκην συνυπάρχειν αὐτῷ τὸ πᾶν δεῖ λέγειν, διὰ τὸ μὴ ἀναγκαῖον εἶναι [illegible] ἠλλοιῶσθαι, ἐπεὶ συναΐδιον δι᾽ αὐτὸ [illegible] * [illegible] τὸ μὴ γενόμενον [illegible] φαίης [illegible]; εἰ γὰρ μὴ [illegible] γενέσεως ἀρχήν, ἐξ ἀνάγκης ἀγένητον [illegible]· εἰ δὲ γενητὸν ὑπὸ αἰτίου τινός, ὅλως αὐτὸ γεγονέναι· πάντα γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν ἔχειν; ἀδύνατον. κόσμον δὴ οὖν, καὶ ὅσα ἐν αὐτῷ, μηδ᾽ ἄλλου τινὸς ἢ Θεοῦ δημιουργοῦντος φήσομεν γεγενῆσθαι ὕστερον, * πρότερον οὐκ ὄντα; δῆλον ὅτι Θεοῦ. ἀδύνατον γὰρ τὸ γενέσεως ἀρχῇ περιορισθὲν συναπέραντον [γὰρ τὸ γενέσεως] εἶναι τῷ ἀπεράντῳ; ἀδύνατον. πάλιν δὴ οὖν, ὦ Κένταυρε, ἐξ ἀρχῆς διαλεγώμεθα· θείᾳ ἐπιστήμῃ τὰ ὄντα φατὲ γεγονέναι, ἢ οὔ; * [illegible] οὐδαμῶς, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν * στοιχείων, ἢ ὕλης, ἢ στερεωμάτων, ἢ ὅπως αὐτοὶ ταῦτα βούλεσθε ὀνομάζειν· οὐδὲν γὰρ διαφέρει· τούτων ἀγενήτως προϋφεστηκότων καὶ πλημμελῶς φερομένων, ὁ Θεὸς διακρίνας * ἐτεχνήσατο τὰ πάντα, ὥσπερ ἀγαθὸς ζωγράφος ἀπὸ πολλῶν χρωμάτων μίαν τεχνησάμενος ἰδέαν;

οὐδὲ

οὐδὲ τοῦτο. πάντως γὰρ ἀποφεύξονται ὁμολογῆσαι καθ᾽ ἑαυτῶν, ἵνα μὴ τῆς κατακρίσεως καὶ τῆς μεταμορφώσεως τὴν ὕλην συγχωρήσαντες ἀρχὴν ἐσχηκέναι, ἀναγκασθῶσι τῷ λόγῳ κατὰ πάντα τὸν θεὸν ἤρξασθαι τοῦ διοικεῖν λέγειν, καὶ κατακοσμεῖν τὴν πρότερον ἄμορφον οὖσαν ὕλην. φέρε γὰρ, ἐπειδὴ, σὺν τῷ θεῷ φάναι, ἐνταῦθα τοῦ λόγου γεγόναμεν ἥττω τῆς ἀδείας, εἴ τις ἐπὶ βάσεως, καλὸς οὗ θαυμάζοντες οἱ θεώμενοι τὴν * εὔρυθμιον καλλονὴν, διαφερέσθωσαν πρὸς ἀλλήλους, τῇ μὲν γεννητὸν, τῇ δὲ καὶ ἀγέννητον λέγειν πειρώμενοι. ἐροίμην γὰρ σφᾶς, δι᾽ ἣν αἰτίαν ἀγέννητον αὐτὸν * φατὲ, πότερον διὰ τὸν τεχνίτην, ὅπως μηδαμῶς ἀργήσας τῆς δημιουργίας νομίζοιτο, ἢ δι᾽ αὐτόν; εἰ μὲν γὰρ διὰ τὸν τεχνίτην, πῶς ἀγέννητος ὢν πρὸς τοῦ τεχνίτου δημιουργεῖται; εἰ γὰρ ὅλως ἐν ἐνδείᾳ τῆς τέχνης καθέστηκε χαλκουργούμενος πρὸς τὸ χεῖν ὁποῖον ὁ δημιουργὸς ἐθέλοι χαρακτῆρα, τίνι τρόπῳ ἀγέννητος ἔσται πάσχων τε καὶ δεχόμενος; εἰ δὲ αὖ δι᾽ ἑαυτὸν τέλειος καὶ ἀγέννητος λέγοιτο μὴ δεῖσθαι τῆς τέχνης ὁ ἀνδριὰς, κατὰ τὸ ὀλέθριον δόγμα: ἀνάγκη αὐτοματισμὸν ὁμολογεῖν. ἢ οὐδὲ τοῦτον ἴσως ἐθελήσαντες προσίεσθαι τὸν λόγον, πικρότερον ἀποκρινοῦνται, τὸ μὲν βρέτας ἀγέννητον οὐκ εἶναι λέγοντες: γεννητὸν δὲ εἶναι ἀεὶ γενέσεως ἀρχὴν οὐκ ἔχον, ὅπως ἀνάρχως λέγοιτο κρατεῖν τοῦ τεχνάσματος ὁ τεχνίτης. οὐκοῦν, ὦ οὗτοι, λέξομεν αὐτοῖς, εἰ μὴ χρόνος μήτε αἰὼν ἀνευρίσκοιτο ἐν τῷ ἄνω, ὅτι οὐκ ἦν τέλειος ὁ ἀνδριὰς, τί παρέσχεν αὐτῷ ὁ τεχνίτης, ἢ τί εἰργάσατο εἰς αὐτὸν, φατέ; εἰ γὰρ ὁ αὐτὸς ἀνενδεὴς ὢν, καὶ οὐκ ἔχων ἀρχὴν γενέσεως τυγχάνει, ταύτῃ μᾶλλον καθ᾽ ὑμᾶς ὁ δημιουργὸς οὐδέποτε δημιουργήσας, οὔτε δημιουργῶν εὑρεθήσεται. καὶ πάλιν εἰς αὐτὸ ἔοικεν ὁ λόγος περιδεδραμηκέναι αὐτοματισμὸν ὁμολογεῖν. ἐὰν γὰρ κἂν * τὸ ἀκριβέστατον ἀνδριάντα ξυνήσας ὁ δημιουργὸς λεχθῇ, ἀρχὴν ὑποστήσεται, καθ᾽ ἣν πρότερον αὐτὸν ἄκοσμον καὶ ἀκίνητον ὄντα ἤρξατο κινεῖν καὶ κοσμεῖν. οὐκ ἦν ἄρα οὐδὲ ἔσται διηνεκῶς ὁ αὐτὸς ἀεὶ κόσμος· ἀπεικαστέον γὰρ τῷ μὲν θεῷ τὸν τεχνίτην, τὸν δὲ ἀνδριάντα τῷ κόσμῳ. πῶς δὴ οὖν, ὦ ἠλίθιοι, οἴεσθε τὴν κτίσιν συναπέραντον εἶναι τῷ δημιουργῷ, μὴ δεῖσθαι τοῦ δημιουργοῦ; τὸ γὰρ συναπέραντον μηδαμῶς ἀρχὴν γενέσεως ἔχον, καὶ συναγένητον καὶ ἰσοδύναμον ἐξ ἀνάγκης τυγχάνειν. τὸ δὲ ἀγέννητον, αὐτοτελὲς καὶ ἄτρεπτον φαίνεται, καὶ ἀπροσδεὲς καὶ ἄφθαρτον [τι] ἔσται. καὶ εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει, οὐκέτι ὁ κόσμος τρεπτὸς καθ᾽ ὑμᾶς.

Ὅτι ἐκκλησία παρὰ τὸ ἐκκεκληκέναι τὰς ἡδονὰς λέγεσθαι φησίν.

Ὅτι φησὶν ὁ ἅγιος, δύο δὲ δυνάμεις ἐν τοῖς προωμολογημένοις ἔφαμεν εἶναι * ποιητικάς, τὴν ἐξ οὐκ ὄντων γυμνῷ τῷ βουλήματι, χωρὶς μελισμῶν, ἅμα τῷ θελῆσαι αὐτουργοῦσαν ὃ βούλεται ποιεῖν· τυγχάνει δὲ ὁ πατήρ: θατέραν δὲ κατακοσμοῦσαν καὶ ποικίλλουσαν κατὰ μίμησιν τῆς προτέρας τὰ ἤδη γεγονότα· ἔστι δὲ ὁ υἱὸς, ἡ παντοδύναμος καὶ κραταιὰ χεὶρ τοῦ πατρὸς, ἐν ᾗ μετὰ τὸ ποιῆσαι τὴν ὕλην ἐξ οὐκ ὄντων * κατακοσμεῖ.

Ὅτι τὸ Ἰὼβ βιβλίον, Μωσέως εἶναι ὁ ἅγιος φησί.

nec hoc [dicent.] Omnino enim refugient contra seipsos hoc testari, ne dato quod materia habuerit principium secretionis & transformationis, cogantur fateri DEVM cœpisse materiam prius indigestam seu informem verbo perfecte digerere & expolire. Age verò quoniam DEO iuuante dicendo ad hunc locum peruenimus.

Si cui statua basi sua collocata, elegánsque sit, cuius concinnam pulchritudinem spectatores mirentur, seu dissentientes inter se conentur euincere partim esse .·. genitam, partim verò .·. ingenitam; quæsierim ego ex vobis qua de caussa ingenitam dicatis, an propter artificem ·. vt ne vnquam ab opere vacuus esse censeatur? an propter seipsam. Atqui si propter artificem, quomodo ingenita erit cum ab artifice efformetur. Nam si expers omnis penitus artis & rudis, effingatur ad quamcumque velit artifex formam seu figuram, quomodo erit ingenita, [manum] passa & tractata. Si rursum propter seipsam perfecta & ingenita, dicatur, secundum perniciosam vestram sententiam, arte non egere, necesse erit fateri statuam per se sponte [sine artifice] factam. At neque hanc admissuri orationē, mordacius respondebunt, simulacrum quidem ingenitum non esse dictitantes, genitum autem esse generationis principio semper carens, vt opifex opificio ab æterno maior dicatur. Agite vos, nonne illis dicemus; si neque tempus, neque æuum retro vllum reperiatur, quando statua perfecta non fuit, quid illi artifex præstitit? aut quid efformauit in illâ? dicite. Nam si ipsa nullius indiga principium generationis nullum habet, ita secundum vos, potius creator nunquam creauit, neque creare dicetur. atque ita rursum ad idem reuoluta oratio, cogetur opus sua sponte factum fateri.

Quod si enim, quamuis rudissimam statuam molitus sit artifex, illa tamen [generationis] principium habebit, quo informem & rudem artifex cœpit tractare & expolire; Ergo nec erat nec erit perpetuo idem semper mundus. (comparandus est enim artifex DEO, & statua mundo) quomodo ergo, ô stupidissimi, existimatis creaturam creatori coæternam [adeóque] creatore [non] indigere? Coæternum enim, cum nullū generationis principium admittat, necesse est vt sit etiam ingenitum & eiusdem potentiæ. Quod autem ingenitum est, id manifestè etiam per se perfectum & immutabile, nulliúsque egens & incorruptibile erit. Et si ita se res habet, ex vestra sententia mundus erit immutabilis.

Ecclesiam ab euocandis voluptatibus (hoc est extirpandis) dictam ait.

Porro Sanctus dicit: duas in supra dictis affirmabamus esse effectrices facultates; vnam quæ ex rebus non existentibus sola voluntate, sine partiū distinctione simul atque vult, quicquid vult efficit. Est autem hic pater; alteram, quę perficit, variatque & exornat, secūdū prioris potentiæ ideam, quod iam ante factum est. Et hic est Filius, omnipotens nempe & inuicta manus Patris, qua materiam ex nihilo prius creatam, postea perficit seu exornat.

Affirmat etiam S. librum Iob esse Mosis.

* ἴσ. εὔρυθμον. — * al. φασίν. — * al. τὸν. — * al. ποιητικάς. — * μονομερῶς.

METHOD.

.·. Factam. — .·. Non factā. — ·. Confusa hæc non bene effe-quor. — ἀκίνητον im-motam. Mu-tilum. — Delenda vox (non.)

METHOD. Gen.1. Docet præterea super illis verbis: *In principio creauit DEVS cœlum & terram*: cum qui principium ipsam dixerit esse sapientiam, non aberraturum. Dicitur enim apud quendam e cœtu sacro scriptorum sic de se ipsa loqui: Ex LXX. Prouerb.8. *Dominus condidit me initium viarum suarum ad opera sua, ante seculum fundauit me.* Erat enim conueniens & decentius omnia quæ creata sũt, esse hac posteriora, cum per eam facta sint. Ioan.1. Considera, an non & hoc Euangelistæ: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*; hæc consequatur? *Et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum.* Principium enim, a quo germinauit verissimum Verbum, fatendum est esse patrem conditorem vniuersorum: in quo erat [Verbum.] Illud autem: *Hoc erat in principio apud Deum*: potentiam Verbi, quam habuit apud Patrem, antequam mundus crearetur, insinuare videtur, cum potentiam *principium* appellat. Ergo post proprium æternumque principium quod Pater est, Verbum quoque est aliorum principium per quod omnia creantur.

Origenes postquam multa fabulatus est de vniuersi æternitate, etiam hoc infert: Neque ergo ab Adam, vt quidam affirmant, cum prius non esset homo, tunc omnium primus formatus in mundum venit. Neque mundus rursum, ante sex dies, quam crearetur Adam, cœpit fieri. Quod si quis hæc cupiat dispicere, prius perpendat, an non secundum Mosen sit facilis numeratu vnus dies, iis qui ita Mosen exponunt? prophetica voce hic etiam acclamante: Psal.89.3.4. *A seculo & vsque in seculum tu es, quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna quæ præteriit, & custodia in nocte.* mille annis in vnũ diem conclusis, in oculis DEI.

Vsque ad requiem nostram, i. vsque ad creationem hominis postquam quieuit Deus. A condito mundo vsque ad requiem nostram, optimi calculandi magistri affirmant sex dies præteriisse. Annum verò sexies millesimum, ab Adamo ad nos vsque aiunt extendi. Ergo a nobis vsque ad principium in quo DEVS creauit cœlum & terram tredecim dies numerantur, (nam in septimo mundi millenario iudicium aiunt futurum.) quibus DEVS antiquior, vt vos ipsi secundum vestram insaniam dicitis, nihil quicquam [ante id tempus] egit aut creauit, & patris nomine ac creatoris priuatus est. Si autem tredecim dies sunt in oculis DEI à mundo condito, quomodo Sapiẽtia in Iesu Syrach dicit: Eccl.1.2. *Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies seculi quis dinumerauit.* Hæc serio disputans Origenes vide quomodo nugetur?

CCXXXVI.

E LIBRO S. METHODII *De Libero arbitrio.*

LEGI eiusdem quædam ex libro de Libero arbitrio, pariterque (nactus ipse eiusmodi compendium) vnde sint mala, & quis eorum auctor. DEVS enim is non est; neque enim malis delectatur, quin etiam mala facientes abominatur. Quapropter ∴ censui aliquid extitisse cũ Deo, quod materiam nominant, ex qua vniuersa condidit, ex qua & mala esse mihi videntur. Cũ enim materia informis

∴ Hoc ex aliena sententia dicit.

Ὅτι περὶ τοῦ, ἐν ἀρχῇ ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, φησίν· ἀρχὴν δὲ αὐτὴν τὴν σοφίαν λέγων τις, οὐκ ἂν ἁμάρτοι. λέγεται γὰρ παρά τινι τῶν ἐκ τοῦ θείου χοροῦ λέγουσα περὶ αὐτῆς τὸν τρόπον τοῦτον· Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με. ἦν γὰρ εἰκὸς καὶ πρεπωδέστερον, πάντα, ὅσα εἰς γένεσιν ἦλθον, εἶναι ταύτης νεώτερα, ἐπειδὴ δι' αὐτῆς γεγόνασιν. σκόπει γάρ, εἰ μὴ καὶ τό, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, κατὰ τὸν εὐαγγελιστήν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν· εἰ μὴ τούτοις ὁμαρτεῖ. τὴν μὲν γὰρ ἀρχήν, ἀφ' ἧς ἀνεβλάστησεν ὁ ὀρθότατος λόγος, τὸν πατέρα καὶ ποιητὴν τῶν ὅλων *φατέον, ἐν ᾧ ἦν. τὸ δέ, οὗτος [ἦν] ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν, τὸ ἐξουσιαστικὸν τοῦ λόγου, ὃ εἶχε παρὰ τῷ πατρὶ καὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἰς γένεσιν παρελθεῖν, ἔοικε σημαίνειν, τὴν ἐξουσίαν ἀρχὴν εἰπών. οὐκοῦν μετὰ τὴν ἰδίαν ἀίδιον ἀρχὴν τὸν πατέρα, αὐτὸς τῶν ἄλλων γίνεται, δι' ἧς ἅπαντα δημιουργεῖται. * vari.

Ὅτι Ὠριγένης μετὰ τὸ πολλὰ μυθολογῆσαι περὶ τῆς τοῦ παντὸς ἀϊδιότητος, ἐπάγει καὶ τοῦτο· Οὔτε οὖν ἀπὸ Ἀδάμ, ὥς φασί τινες, πρότερον οὐκ ὢν ὁ ἄνθρωπος, τότε πρῶτος πλασθεὶς εἰς κόσμον παρῆλθεν· οὔτε αὖ κόσμος πρὸ ἓξ ἡμερῶν τῆς τοῦ Ἀδὰμ γενέσεως ἤρξατο δημιουργεῖσθαι. εἰ δέ τι φιλοφρονοῖτο διαφέρεσθαι πρὸς ταῦτά τις· πρότερον φρασάτω, εἰ μὴ εὐαρίθμητος ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, κατὰ τὴν Μωσέως βίβλον, τοῖς οὕτως αὐτὴν ἐκλαμβανομένοις ὁ χρόνος *εἷς; τῆς προφητικῆς καὶ ἐνθάδε βοώσης φωνῆς, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ· ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου, ὡς ἡμέρα ἡ χθές, ἥτις διῆλθε, καὶ φυλακὴ ἐν νυκτί. χιλίων γὰρ ἐτῶν περιορίζομένων εἰς μίαν ἡμέραν, ἐν ὀφθαλμοῖς θεοῦ ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως μέχρι καταπαύσεως μέχρις ἡμῶν, ὥς οἱ περὶ τὴν ἀριθμητικὴν φάσκουσι δεινοί, ἓξ ἡμέραι συμπεραίνονται. ἑξακισχιλιοστὸν ἄρα ἔτος ἐστὶν ἀπὸ Ἀδὰμ εἰς δεῦρο συντείνειν· τῇ γὰρ ἑβδομάδι τῷ ἑπτακισχιλιοστῷ ἔτει κρίσιν ἀφίξεσθαι φασίν. οὐκοῦν αἱ πᾶσαι ἡμέραι δέκα καὶ τρεῖς ἀφ' ἡμῶν, ἕως εἰς τὴν ἐν ἀρχῇ, ἐν ᾗ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, μετροῦνται. ὅτι ὁ θεός, ἀνώτερος κατὰ τὴν σφῶν αὐτῶν ἄνοιαν οὐδὲν οὐδαμῶς δημιουργήσας, ἐγεγύμνωτο τοῦ πατὴρ καὶ παντοκράτωρ εἶναι. εἰ δὲ καὶ τρεισκαίδεκά εἰσιν ἡμέραι ἐν ὀφθαλμοῖς θεοῦ ἀπὸ γενέσεως κόσμου· πῶς φησιν ἡ ἐν τῷ Σειρὰχ σοφία, ἄμμον θαλασσῶν, καὶ σταγόνας ὑετοῦ, καὶ ἡμέρας αἰῶνος, τίς ἐξαριθμήσει; ταῦτα φησὶν ὁ Ὠριγένης σπουδάζων, καὶ ὅρα οἷα παίζει.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ αὐτεξουσίου.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ περὶ αὐτεξουσίου, ὡσαύτως [τοιαύτης καὶ αὐτὸς τυχὼν συντομίας] πόθεν τὰ κακά, καὶ τίς ὁ τούτων ποιητής; ὁ μὲν γὰρ θεὸς οὐκ ἔστιν· ὅτι μηδὲ τούτοις ἥδεται, ἀλλὰ καὶ τοὺς δρῶντας αὐτὰ βδελύσσεται. διὸ προέδοξέ μοι συνυπάρχειν τι αὐτῷ, τοὔνομα ὕλη, ἐξ ἧς τὰ ὄντα ἐδημιούργησεν, ἐξ ἧς καὶ τὰ κακὰ εἶναί μοι δοκεῖ. ἀποίου τε γὰρ καὶ ἀσχηματίστου

E Libro S. Methodii de libero arbitrio excerpta.

ἔσης

METHOD.

κινητῆς αὐτῆς, πρὸς δὴ τούτοις καὶ ἀτάκτως φερομένης, οὐ διὰ παντὸς κατέλιπεν αὐτὴν οὕτω φέρεσθαι· ἀλλὰ δημιουργεῖν ἤρχετο, καὶ ἀπὸ τῶν χειρίστων αὐτῆς τὰ κάλλιστα διακρίνειν ἤθελε. καὶ οὕτω γοῦν ἐδημιούργησεν ὅσα ἐξ αὐτῆς ἥρμοζε θεῷ δημιουργεῖν. τὰ δὲ ὅσα αὐτῆς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τρυγώδη ἐτύγχανε, ταῦτα ἀνάρμοστα ὄντα πρὸς δημιουργίαν, ὡς εἶχε καταλέλοιπεν· ἐξ ὧν δοκεῖ μοι νῦν ἐπιρρεῖν τὰ κακά. ταῦτα μὲν ἐκεῖνος. πρὸς ὃν οὗτος δέ φησιν. Ὅτι μὲν ἀδύνατον ἀγένητα δύο ἅμα, οὐδὲ σὲ ἀγνοεῖν νομίζω. ἢ γὰρ ἡνῶσθαι, ἢ κεχωρίσθαι αὐτὰ, λέγειν ἀνάγκη. εἰ μὲν οὖν ἡνῶσθαι λέξοι, ἓν τὸ ἀγένητον· ἕκαστον γὰρ τούτων μέρος [ἂν] ἔσται τοῦ πλησίον· ἀλλήλων δὲ μέρη *τυγχάνοντα ἀγένητα. ἀλλ' οὐκ ἀγένητα [ἂν] ἔσται· οὐδὲ γὰρ τὸν ἄνθρωπον μέρη ἔχοντα καταχρηματίζομεν εἰς πολλὰ γενητά. εἰ δὲ κεχωρίσθαι θήσει τις, ἀνάγκη εἶναί τι τὸ ἀνὰ μέσον ἀμφοτέρων, ὅπερ καὶ τὸν χωρισμὸν αὐτῶν δείκνυσι. τοῦτο δὲ ἤτοι ταὐτὸν ὂν ἡνῶσθαι θατέρῳ τῶν δύο, καὶ ἀνάγκη πάλιν ἢ ἕνωσιν ἢ χωρισμὸν πρὸς τὸ ἕτερον ζητεῖν. ἕνωσιν μὲν ἀδύνατον ἰδεῖν, εἴπερ θατέρῳ ταὐτὸν εἶναι καὶ ἡνῶσθαι δέδοται· ἡνοῦτο γὰρ οὕτως ἂν καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς, ἂν ταὐτὸν εἶναι τοῦτο ἐδόθη. εἰ δὲ κεχωρίσθαι ἀπαιτεῖ ὁ λόγος· πάλιν τὸ χωρίζον ἀπαιτητέον, ἕως ἂν ἀπείρων ἡμῖν ἀγενήτων ἐσμὸς ἀναφανῇ. ἂν δ' ἄρα τις καὶ τρίτον εἰσάξει λόγον, τουτέστι τὸ μήτε κεχωρίσθαι τὸν θεὸν τῆς ὕλης, μήτ' αὖ πάλιν [ὡς] ἐν μέρει ἡνῶσθαι, εἶναι δὲ ὡς ἐν τόπῳ καθάπερ τῇ ὕλῃ τὸν θεὸν, καὶ τὴν ὕλην ἐν τῷ θεῷ· ἀκουέτω, ὅτι ἐὰν τόπον τοῦ θεοῦ τὴν ὕλην εἴπωμεν, ἐξ ἀνάγκης καὶ χωρητὸς *ἔσται, τῇ ὕλῃ περιγραφόμενος, καὶ τῇ ὕλῃ ὁμοίως ἀτάκτως φερόμενος· τοῦ γὰρ ἐν ᾧ ἐστὶ πλημμελῶς κινουμένου, ἀνάγκη καὶ τὸ ἐν αὐτῷ συγκινεῖσθαι. πότερον δὲ ἐπλήρου τὴν ὕλην ὁ θεὸς, ἢ ἐν μέρει αὐτῆς ἐτύγχανεν; εἰ μὲν γὰρ ἐν μέρει, μικρότερος αὐτῆς, ἅτε δὴ ἐν μέρει αὐτῆς χωρηθείς· εἰ δὲ ἐπλήρου, πῶς ταύτην ἐδημιούργησεν; ἀνάγκη γὰρ ἢ συστολήν τινα τοῦ θεοῦ λέγειν, ἧς γενομένης ἐδημιούργησεν ἐκεῖνο, ἀφ' οὗ ὑπεχώρησεν· ἢ καὶ αὐτὸν τῇ ὕλῃ συνδημιουργεῖν, οὐκ ἔχοντα *ὑποχωρήσεως τόπον. εἰ δὲ τὴν ὕλην ἐν τῷ θεῷ εἶναι λέγοι τις· ῥητέον, πότερον ὡς διϊσταμένου αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ ὥσπερ ἐν ἀέρι ζώων ὑπαρχόντων γένη, μεριζομένου αὐτοῦ εἰς ὑποδοχὴν τῶν γινομένων ἐν αὐτῷ· ἢ ὥσπερ ἐν γῇ ὕδωρ; εἰ μὲν γὰρ ὡς ἐν ἀέρι, μεριστὸν ἀνάγκη λέγειν τὸν θεόν· εἰ δὲ ὡς ὕδωρ ἐν τῇ γῇ, ἦν δὲ ἄτακτος καὶ ἀκόσμητος ἡ ὕλη, πρὸς δὴ τούτοις ἔχουσα καὶ κακά· τὸν θεὸν λέγειν ἀνάγκη τῶν ἀκοσμήτων καὶ κακῶν τούτων αἴτιον. καὶ ὅρα γὰρ ὡς ὕλην ὑποτιθέμενος, ἵνα μὴ τῶν κακῶν ποιητὴν *εἰπεῖν τὸν θεὸν, δοχεῖον αὐτὸν τῶν κακῶν εἶναι *λέγεις. λέγει δὲ καὶ ὧδε· φὴς τοίνυν, ἄποιον ὕλην συνυπάρχειν τῷ θεῷ, ἐξ ἧς τὴν τοῦ κόσμου γένεσιν ἐδημιούργησεν; οὕτω μοι δοκεῖ. οὐκοῦν εἰ ἄποιος ἐτύγχανεν ἡ ὕλη, γέγονε δὲ ὁ κόσμος πρὸς τοῦ θεοῦ, ἐν δὲ τῷ κόσμῳ αἱ ποιότητες· τῶν ποιοτήτων γέγονε ποιητὴς ὁ θεός; οὕτως ἔχει.

[Left margin notes: * ἂν ἀγέν. M.S. — * αἱ. — * ἀλλ' οὐκ ἔχοντα. — * εἴπῃς. * ἐξ ἀνάγκης.]

esset & absque vlla figura, & insuper temerè moueretur, non passus est eam omnino ita temerè circumferri, sed perficere cœpit, optimáque à pessimis secernere voluit. Itáque ergo molitus est ea quæ Deo ad creandum erant apta. Quæcumque verò, vt sic loquar, erant fœculenta, illa, vt ad creationem inepta, vt erant reliquit. Vnde mihi nunc videntur profluxisse mala. Hæc quidem ille, contra quem disputat [Methodius.]

Quod si fieri nullo modo possit, vt duo simul sint increata, nec te quidem ignorare puto; aut enim illa inter se vnita, aut separata esse necessario dicendum erat. Si quis vnita dixerit: erit vnum increatum, vnaquæque enim pars horum erit alteri similis, partes autem inter se *pares sunt vnum increatum, & non erunt increata, neque enim hominem ex multis partibus constantem in multa creata diuidimus; Si vero diuisa seu separata quis dixerit [illa increata duo] necesse est vt sit aliquod medium inter vtrumque, quod separationem illorum ostendat. Hoc autem si sit idem cum altero ex duobus, cum illo vnitum est, & rursum erit necesse quærere aut coniunctionem aut separationem alterius ab altero. Vnionem enim videre impossibile est si alterum sit idem cum eo, & vnitum esse conceditur. Sic enim vniretur etiam id quod à principio idem cum eo fuisse concessum est. Si autem separatum fuisse ratio docet, rursum quærendum est per quod sit separatum, donec infinitorum nobis copia increatorum occurrat. Quod si quis etiam tertiam sententiam attribuerit, hoc est, neque separatum fuisse Deum à materia, neque rursum velut in parte [seu cum altera partium] vnitum; sed esse Deum in materia velut in loco, & materiam in Deo; is intelligat; quod si locum Dei, materiam esse dixerimus, necessario etiam materia circumscriptus, veluti loco includetur, vnáque cum materia temerè circumferetur. Etenim illo temere moto in quo est, necessario etiam id vna mouetur quod est in illo. Totamne materiam Deus occupabat, an partem illius tantum? Si partem tantum, ergo minor erat illa, vtpote vna tantum illius parte totus circumscriptus; si totam, quomodo hanc creauit? Necesse est enim vt dicamus Deum fuisse aliquo modo in se retractum, vt contractione facta illam partem, à qua se retraxit, crearet; aut illum vna cum materia creasse, cum non haberet locum, quo se interim reciperet. Si vero quis asserat materiam in Deo fuisse, quærendum est, an Deus à seipso loco fuerit distentus, & velut in aere animalia sunt, illo diuiso receptaculum sit factus ijs rebus quę in eo fiunt? aut velut in terra aqua? Et siquidem vt in aëre, tunc Deum diuisum cogemur asserere: si autem vt aqua in terra; cum materia esset informis & indigesta, & mala prætereà in se contineret, necesse erit dicere Deum rerum informium & malarum esse auctorem. Et aduerte, quemadmodum materiam supponendo, ne malorum conditorem Deum affirmare cogaris, Deum facias receptaculum malorum. Quin & ita argumentare. Materiam ergo informem ais extitisse cum Deo, ex qua mundum creauit? Ita mihi videtur. Nónne igitur, si informis erat materia, formatus est mundus à Deo: in mundo autem sunt qualitates; qualitatum conditor fuit Deus. Ita est.

[Right margin notes: Inepta creationi ... — *Separatum aliud ab altero. — *Siue qualitatibus.]

ἀλλ' εἰ ἐξ ὧν ἐνεργεῖ ἕκαστος, ὑπάρχει κακός· ἃ δὲ ἐνεργεῖ, ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνει· ἤρξατο κακὸς εἶναι κακός· ἤρξατο δὲ καὶ ταῦτα τὰ κακά. εἰ δ' οὕτως ἔχει, οὐκ ἔστιν ἀνάρχως τις κακός, οὐδὲ ἀγένητα τὰ κακά. ἀλλὰ τὸν μὲν πρὸς τὸν ἑταῖρον λόγον ἱκανῶς, ὦ φίλε, πεποιηκέναι μοι δοκεῖς. ἐξ ὧν γὰρ προλαβὼν ἔδωκας τῷ λόγῳ, ἐκ τούτων συνάγειν ἔδοξας καλῶς. ὡς ἀληθῶς γὰρ, εἰ ἄποιος ἐτύγχανεν ἡ ὕλη, τῶν δὲ ποιοτήτων δημιουργὸς ὁ Θεός· ποιότητες δὲ τὰ κακά· τῶν κακῶν ἔσται ποιητὴς ὁ Θεός. ἐμοὶ δὲ ψεῦδος δοκεῖ, τὴν ὕλην ἄποιον λέγειν· οὐδὲ γὰρ ἔνεστιν εἰπεῖν περὶ τῆς τινὸς οὐσίας ὡς ἔστιν ἄποιος. ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν ᾧ ἄποιον εἶναι λέγει, τὴν ποιότητα αὐτῆς μηνύει, ὁποία ἐστὶν ἡ ὕλη διαγραφόμενος· ὅπερ ἐστὶ ποιότητος εἶδος. ὅθεν, εἴ σοι φίλον ἐστὶν, αὖωθεν* ἄρχου τοῦ λόγου· ἐμοὶ γὰρ ἡ ὕλη ποιότητας ἀνάρχως ἔχειν δοκεῖ· οὕτω γὰρ καὶ τὰ κακὰ ἐκ τῆς ἀπορροίας αὐτῆς εἶναι λέγω, ὦ φίλε. εἰ ἔμποιος ἦν ἀνάρχως ἡ ὕλη, τίνος [ἄρα] ἔσται ποιητὴς ὁ Θεός; εἴτε γὰρ οὐσίας ἐροῦμεν, προεῖναι φαμὲν· εἴτε αὖ ποιότητας, καὶ *ταύτας ὑπάρχειν λέγομεν. οὐκοῦν οὐσίας τε οὔσης, καὶ ποιοτήτων, περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ δημιουργὸν λέγειν τὸν Θεόν. ἀλλ' ἀπόκριναι ἐρωτώμενος, τίνι τρόπῳ δημιουργὸν εἶναι φῂς τὸν Θεὸν πότερον, ὅτι τὰς οὐσίας ἔτρεψεν ἐκείνας εἰς τὸ μηκέτι ὑπάρχειν, αἵπερ ἦσάν ποτε· ἢ ὅτι τὰς μὲν οὐσίας ἐφύλαξε, τὰς δὲ ποιότητας αὐτῶν ἔτρεψεν; οὔτι μοι δοκεῖ ἀλλαγὴν οὐσιῶν γεγονέναι, ἀλλὰ μόνον ποιοτήτων· καθ' ἃς δημιουργὸν εἶναι λέγομεν τὸν Θεόν. *καὶ ὥσπερ εἰ τύχοι λέγειν ἐκ λίθων οἰκίαν γεγονέναι, *ἀφ' ὧν οὐκ ἔνεστιν εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἔτι λίθοι μένουσι τῇ οὐσίᾳ, οἰκία λεγόμενοι οἱ λίθοι· τῇ γὰρ ποιότητι τῆς συνθέσεως τὴν οἰκίαν γεγονέναι φημί· οὕτω μοι δοκεῖ, καὶ τὸν Θεὸν, ὑπομενούσης τῆς οὐσίας, τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων αὐτῆς πεποιηκέναι, καθ' ἣν τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσιν πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φημί. πότερον καί σοι δοκεῖ τὰ κακὰ ποιότητες οὐσιῶν εἶναι; δοκεῖ. αὔωθεν δὲ ἦσαν αἱ ποιότητες αὗται ἐν τῇ ὕλῃ, ἢ ἀρχὴν ἔσχον τοῦ εἶναι; συνεῖναι ἐγὼ ἀγενήτως τῇ ὕλῃ ταύτας [δὴ] ἢ τὰς ποιότητας. οὐκ οὖν τὸν Θεὸν φῂς τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων πεποιηκέναι; τοῦτό φημι. εἰς τὸ κρεῖττον; ἐμοὶ δοκεῖ. οὐκοῦν εἰ ποιότητες ὕλης τὰ κακά, τὰς δὲ ποιότητας αὐτῆς εἰς τὸ κρεῖττον ἔτρεψεν ὁ Θεός· πόθεν τὰ κακὰ ζητεῖν ἀνάγκη. ἢ γὰρ πᾶσαι κακαὶ οὖσαι, ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐτράπησαν· ἢ αἱ μὲν ἦσαν κακαί, αἱ δὲ οὔ. αἱ μὲν κακαί, οὐκ ἐτράπησαν ἐπὶ τὸ κρεῖττον· αἱ δὲ λοιπαί, ὅσαι διάφοροι ἐτύγχανον, τῆς διακοσμήσεως εἵνεκα, πρὸς Θεοῦ ἐτράπησαν. οὕτως αὔωθεν εἶχον ἐγώ. πῶς τοίνυν τὰς τῶν φαύλων ποιότητας, ὡς εἶχον, καταλελοιπέναι λέγεις, πότερον δυνάμενον μὲν ἐκείνας ἀνελεῖν ἢ βουληθέντα μὲν, οὐ δυνάμενον δέ; εἰ μὲν γὰρ δυνάμενον λέγεις, μὴ βουληθέντα δέ· *αὐτὸν αἴτιον τούτων· ὅτι δυνάμενος ποιῆσαι μὴ εἶναι κακά, συνεχώρησεν αὐτὰ μένειν ὡς ἦν· καὶ μάλιστα ὅτε δημιουργεῖν τὴν ὕλην ἤρξατο. εἰ γὰρ μηδ' ὅλως ἔμελεν αὐτῷ τῆς ὕλης, οὐκ ἂν αἴτιος ἦν ὧν συνεχώρησε μένειν.

* ἐνάρχου.
* al. αὐτάς.
* καὶ γάρ.
* al. ἐφ' ὧν.
* al. αὐτὸν τούτων ποιοτήτων αἴτιον.

Atqui si ob ea quæ quisque facit, malus est; quæ autem facit principium habent, ergo cœpit & ille esse malus, & cœperunt esse, ipsa quoque mala. Quod si verum est, ergo nemo ab æterno malus, neque æterna hæc ingenita sunt mala. Enimuero, amice, præsentem quidem dil, orationem mihi contra alium opportunius videris instituisse. Vnde enim ille visus est orationis fundamenta sumere, inde tu bene visus cōcludere. Vere enim disputasti; si materia informis seu sine qualitatibus fuit, qualitatum autē auctor Deus est; mala vero, qualitates sint, malorum ergo conditor Deus erit. At mihi falsū videtur, materiam informē seu sine qualitatibus esse. De nulla enim substantia possis affirmare illam informem esse Quin hoc ipso quod informem appellat, qualitatem eius declarat, & qualis materia sit describit, quod est species qualitatis. Quare, si tibi placet, altius ordire disputationem. Mihi enim materia qualitates ab æterno habere videtur; Ita quippe, ô amice, & mala ex eodem fonte promanare assero. Si materia suis affecta qualitatibus ab æterno fuit, cuius erit creator Deus? siue enim substantias dixerimus creatas, affirmamus illas iā ante fuisse; siue rursus qualitates, & illas extitisse asserimus. Ergo & substantiæ & qualitatū conditorem asserere Deum superuacaneum mihi videtur.

Sed interrogatus responde: qua ratione Deū creatorem esse dicis, an quod substantias, quæ aliquando fuerunt, in nihilum redegerit; an quod substantias quidem conseruarit, sed qualitates earum mutarit? Nulla mihi videtur substantiarum mutatio facta, sed tantum qualitatum, quarum caussa creatorem esse Deum asseueramus. Et quemadmodum si quis dicat, ex lapidibus factam esse domum, de quibus non solet dici, quod adhuc substantiā maneant lapides, sed lapides domus dicuntur: Nā ex qualitatum compositione domum factam dico; Ita censeo Deum, manente substantia, mutationē quandam qualitatum fecisse, cuius caussa mundum hunc a Deo procreatum esse affirmo. Videnturne tibi quoque mala, substantiarum esse qualitates? videntur.

Fuerunt ne hæ qualitates ab æterno, in materiā, an principium existendi habuerunt? fuisse has qualitates ab æterno cum materia existimo. Non arbitraris mutationem aliquam qualitatum esse à DEO factam? arbitror factam. In melius? mihi videtur. Ergo si qualitates materię inter mala sunt numeratę, Deus autem materię qualitates in melius aliquid cōuertit, necessario quærendum est vnde mala sint. Aut enim omnes, cum malæ essent, in melius sunt conuersæ: aut aliæ quidem erant malæ, aliæ verò non. Et malæ quidem mutatę non sunt in melius: Reliquæ vero, quæcunque erant commodæ, ornatus caussā à DEO mutatæ sunt. Ita, ego censeo, ab æterno qualitates fuerunt constitutæ. Quo modo ergo malas qualitates, vt a principio fuerunt, relictas dicis? an potuisse illas [à DEO] tolli? aut DEVM quidem voluisse; non potuisse tamen eas tollere? si potuisse ais, & noluisse, facis illum auctorem horum malorum: quòd potuerit efficere vt non essent mala, & tamē illa, vt erāt, esse permiserit.

METHOD.

Quoniam cum partem aliquam materiæ perficeret, partem autem illius negligeret, cum & illam in melius posset mutare, mihi videtur caussa malorum, quod partem materiæ reliquerit malam. Ergo in exitium partis [partem DEVS] condidit. Immo illius caussa hæc pars summa iniuria affecta mihi videtur. quam materiæ partem a malis secretam exornauit. Antequam enim * expoliretur, nullus illi sensus malorum aderat: nunc vero singulæ illius partes sensum capiunt malorum. Accipe ab homine exemplum : priusquam animal fiat, mala non sentit. At vbi à DEO formatus homo fit, tunc simul & mali incumbentis sensum accipit. Ita hoc, quod à DEO beneficij caussa materiæ collatum dicis, potius in exitium illius procreatum deprehenditur. Si vero dicas à DEO mala tolli non potuisse; hæc impossibilitas aut arguit illum naturâ esse imbecillum, aut timore à fortiore aliquo victum : vide vtrum horum omnipotenti & bono DEO velis assignare ? Sed iterum de materia responde. Vtrum simplex aliqua materia an composita : si enim simplex & vniformis materia fuit, quomodo vero compositus est mundus, & ex diuersis substantijs constat? fieri non potest vt dicatur hoc compositum ex materia factum, eo quod composita non possint ex vno informi componi [subsistereve:] compositum enim simplicium aliquorum mixtionem indicat. Quod si iterum, materiam dicas esse quid compositum; omnino debuit ex simplicibus componi, & erant olim separata simplicia, quibus compositis facta est materia. composita autem ex simplicibus constant & subsistunt. Erat aliquando cum materia non esset, hoc est, antequam simplicia componerentur. Si vero fuit aliquando tempus, quo materia non fuit: non fuit autem vnquam tempus, quo ingenitum non erat. non erit ergo ingenita [ab æterno] materia. Hoc autem hinc sequetur multa fore ingenita: si enim DEVS ingenitus: & erant simplicia ingenita, ex quibus materia composita est, non erunt amplius duo & sola ingenita. Vt prætermittam quærere quid fuerint illa simplicia, materia an forma? multa enim & hinc absurda sequentur. Videturne tibi nihil eorum quæ existunt, ipsum sibi ipsi contrarium? videtur. At igni contraria est aqua; & luci tenebræ; & frigido calidum; & arido humidum? Mihi ita videtur. Ergo si nihil eorum quæ existunt ipsum sibi contrarium est; hæc autem sibi repugnant; ergo non erunt vna materia, neque ex vna materia composita. Rursum velim audire. Videnturne tibi partes sibi mutuo nocere? videntur. materiæ partem agnoscis vnâ ignem, alteram aquam, & ita reliquas? Ita censeo. Quid vero; non videtur tibi aqua nocere igni, lux tenebris [aduersari] & alia quæcunque sunt his similia? videtur. Nonne ergo, si partes inter se sibi mutuo non nocent, hæ autem se mutuo perimunt, non erunt inter se partes: si autem non erunt mutuæ inter se partes, non erunt vnius materiæ: immo nec erũt materia, eo quod nihil sibi ipsi sit contrarium seu noxium. Cum ergo se ita habeant opposita, patet inde ea non esse materiã. Atque de materia satis dictũ.

. Malim id inter secerneretur.

Lege μοι νομο.

illuc quosdam e suis misit, qui ambos inde in vrbem vinctos protraxerunt, variis in via contumeliis affectos. Soli autem eius filiæ serui prorsus pepercerunt, & ne minima quidem eam iniuria vel contumelia affecerunt, ob humanos eius mores, & animum ad commiserationem erga seruos propensum, atque adeo iis auxiliandi cupidum. Quod quidem argumento erat seruos non crudelitate naturæ talia perpetrare in alios, sed illatas sibi iniurias vlciscentes. Cæterum Damophilum cum sua Megallide cum in vrbem protraxissent ii, quibus datum erat negotium, vt diximus, in Theatrū eos produxerunt, vbi defectorum vniuersa congregata erat multitudo. Cum que Damophilus arte aliqua saluti suæ consulere conans, multorum ex illis voluntates ad se oratione sua inclinaret, Hermeas & Zeuxis acerbo eum odio prosequentes, impostorem vocitabant: minimeque exspectantes dum populus certum de eo iudicium pronunciasset, alter ensem per latera eius adigit, alter securi ceruicem eius abscindit. Hic vero Eunus rex creatur: non quod vir fortis esset ille quidem, vel bonus imperator, sed ob suam præstigiatoriam artem, quodque defectionis auctor fuisset. Quin etiam nominis eius fuit habita aliqua ratio, vtpote quod velut augurium esset futuræ illius erga subditos beneuolentiæ. Itaque defectores cum rerum summam ad eum detulissent, aduocata concione, ex Ennensibus qui viui capti erant, omnes eos interfecit, qui fabricationis armorum imperiti erant: peritos autem vinctos operi faciundo addixit. Megallidem præterea in seruarum potestatem tradidit, vt pro suo arbitrio in eam animaduerterent. Illæ autem eam primum cruciatibus affecerunt, deinde præcipitem dederunt. Ipse quoque proprios occidit dominos, Antigenem & Pythonem. Tandem vero imposito capiti diademate, rebusque suis omnibus regali splendore adornatis, sua item vxore (quæ & ipsa Syra erat, eiusque ciuis) declarata regina, ex eorum numero qui prudentia cæteris antecellere videbantur, aliquot sibi consiliarios delegit. Ex quibus erat Achæus, non tantum nomine, sed & natione Achæus, vir & consilio præstans & manu mirum in modum promptus. Hic trium dierum spatio cum sex hominum armasset millia, vt tempus dabat, cum his vero & alios haberet asciis & securibus, aut fundis, aut falcibus, aut sudibus præustis, aut coquorum verubus instructos, tota regione prædas agens peragrabat: Simul vero multitudinem infinitam seruorum asciscens Romanos etiam Imperatores bello ausus est lacessere, consertisque manibus cum eis, multum numero potentior, victoria sæpe potitus est, vtpote plusquam decem hominum millia ducens. Dum hæc aguntur, Cilix quidam cui Cleon nomen erat, auctor defectionis aliorum seruorum fuit, & cum ad eam spem erecti omnium animi essent, fore vt orta seditione hi aduersus illos arma caperent, atque ita sibi mutuum exitium afferentes, Siciliam tumultu liberarent, præter omnium exspectationem coitionem inter se fecerunt, quippe cum Cleon nudo Euni mandato se submitteret, vt sub illo, vt rege, imperatoris munia obiret, militum propriorum quinque millia habens. Hoc autem factum fuit triginta fere à defectione diebus.

εἷλκον ἐκεῖσε, διά τινων ἐξ αὐτῶν σταλέντων, αὐτόν τε καὶ τὴν γυναῖκα δεδεμένους ἐξαγκωνίσαντες, πολλὰς κατὰ τὴν ὁδὸν ὕβρεις ὑποσχόντας. μόνης δὲ τῆς θυγατρὸς αὐτῶν οἱ δοῦλοι ἐφείσαντο εἰς πάντα φειδόμενοι, διὰ τὸ φιλάνθρωπον αὐτῆς ἦθος, καὶ περὶ τοὺς δούλους συμπαθὲς, καὶ βοηθητικὸν κατὰ δύναμιν. ἐξ ὧν ἐδείκνυτο, τῶν δούλων οὐκ ὠμότης τῆς φύσεως τὰ γινόμενα εἰς τοὺς ἄλλους, ἀλλὰ τῶν * προϋπηργμένων εἰς αὐτοὺς ἀδικημάτων ἀνταπόδοσις. τὸν δὲ Δαμόφιλον καὶ τὴν Μεγαλλίδα εἰς τὴν πόλιν οἱ ἀποσταλέντες ἑλκύσαντες, ὥσπερ ἐρρήθη, εἰς τὸ θέατρον εἰσήγαγον, συνεληλυθότος ἐνταῦθα τοῦ πλήθους τῶν ἀποστατῶν. καὶ τοῦ Δαμοφίλου πραγματευσαμένου τι πρὸς τὴν σωτηρίαν ἐγχειρήσαντος, καὶ πολλοὺς τοῦ πλήθους τοῖς λόγοις ἐπαγομένου, Ἑρμείας καὶ Ζεῦξις πικρῶς πρὸς αὐτὸν διακείμενοι, πλάνον τινὰ ἀπεκάλουν. καὶ οὐκ ἀναμείναντες τὴν ἀκριβῆ τοῦ δήμου κρίσιν, ὁ μὲν διὰ τῶν πλευρῶν τὸ ξίφος * ὤθει, ὁ δὲ πελέκει τὸν τράχηλον ἔκοψεν. ἐκεῖθεν αἱρεῖται βασιλεὺς ὁ Εὔνους, οὔτε δι' ἀνδρείαν, οὔτε διὰ στρατηγίαν, διὰ δὲ μόνην τερατείαν, καὶ τὸ τῆς ἀποστάσεως ἄρξαι. ἅμα δὲ καὶ τῆς προσηγορίας, οἱονεί τινα καλὸν οἰωνὸν ἐχούσης, πρὸς τὴν τῶν ὑποταττομένων * εὔνοιαν. τῶν ὅλων δὲ τοῖς ἀποστάταις καταστὰς κύριος, καὶ συναγαγὼν ἐκκλησίαν, ἀνεῖλε τοὺς ἐζωγρημένους τῶν Ἐνναίων, ὅσοις οὐκ ἦν ἡ τέχνη ὅπλα ἐργάζεσθαι· ἐκείνους δὲ δεδεμένους τοῖς ἔργοις ὑπέβαλλεν. ἔδωκε δὲ καὶ ταῖς θεραπαίναις τὴν Μεγαλλίδα χρήσασθαι ὡς ἂν βούλοιντο· καὶ αὗται καταχρημνίσαι αἰκισάμεναι. καὶ αὐτὸς δὲ τοὺς ἰδίους ἀνεῖλε κυρίους Ἀντιγένην καὶ * Πύθωνα. περιθέμενος δὲ διάδημα, καὶ πάντα τὰ ἄλλα τὰ περὶ αὐτὸν βασιλικῶς διακοσμήσας· τήν τε συμβιοῦσαν αὐτῷ, Σύραν καὶ συμπολῖτιν οὖσαν, βασίλισσαν ἀποδείξας· συνέδρους τε τοὺς συνέσει δοκοῦντας διαφέρειν ποιησάμενος, ὧν ἦν Ἀχαιὸς καὶ τοὔνομα καὶ τὸ γένος, ἀνὴρ καὶ βουλῇ καὶ χειρὶ διαφέρων. καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις πλείους τῶν ἑξακισχιλίων ὡς ἐνῆν καθοπλίσας τρόπον· καὶ ἑτέρους συνεπαγόμενος ἀξίναις καὶ πελέκεσι χρωμένους, ἢ σφενδόναις, ἢ δρεπάνοις, ἢ ξύλοις πεπυρακτωμένοις, ἢ καὶ μαγειρικοῖς ὀβελοῖς: ἐπῄει πᾶσαν ληϊζόμενος τὴν χώραν. καὶ πλῆθος ἄπειρον οἰκετῶν προσλαμβάνων, ἐθάρρησε καὶ στρατηγοῖς Ῥωμαίων πολεμῆσαι· καὶ συμπλακεὶς, τῷ πλήθει πολλάκις ἐκράτησεν, ἔχων ἤδη στρατιώτας ὑπὲρ τοὺς μυρίους. ἐν τούτῳ δὲ Κλέων τις Κίλιξ, ἄλλων δούλων ἀποστάσεως ἦρξε. καὶ πάντων ταῖς ἐλπίσι μετεωρισθέντων, ὡς ἀντιπολεμήσει τὰ στασιάσαντα πρὸς ἀλλήλους, καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς οἱ ἀποστάται διαφθείραντες, ἐλευθερώσουσι τὴν Σικελίαν τῆς * ἀποστάσεως: παρὰ δόξαν ἀλλήλοις συνέβησαν· τοῦ Κλέωνος ὑποταγέντος ψιλῷ τῷ Εὔνου προστάγματι, καὶ τὴν τοῦ στρατηγοῦ (οἷα δὴ βασιλεῖ) χρείαν ἀποπληροῦντος, ἔχοντος οἰκεῖον πλῆθος στρατιωτῶν πεντακισχιλίων. ἡμέραι δ' ἐγγὺς ἦσαν ἀπὸ τῆς ἀποστάσεως τριάκοντα.

* ὑπηργμένων.
* al. ὤθει.
* al. εὔνοιαν.
* al. Πύθωνα.
* al. σάλου.

ἡ μγ.

καὶ μετὰ [illegible] ἥκοντι στρατηγῷ Λευκίῳ [illegible] στρατιώτας ἐκ σικελίας ὀκτακισχιλίους, [illegible] οἱ ἀποστάται [illegible] πλῆθος ὄντες δισμύριοι. μετ' οὐ πολὺ δὲ [illegible] τὸ σύστημα αὐτῶν εἰς μυριάδας εἴκοσι. [illegible] ἐλάττω αὐτοὶ [illegible]. [illegible] ἐν ῥώμῃ [illegible] καὶ κατ' ἄλλους * πολλοὺς τόπους [illegible] καὶ τῇ [illegible]. καὶ ἡ σικελία ηὔξετο τὸ κακὸν, καὶ πόλεις ἡλίσκοντο αὔτανδροι, καὶ πολλὰ στρατόπεδα ὑπὸ τῶν ἀποστατῶν [illegible]. ἕως * Ῥουτίλιος ὁ ῥωμαίων στρατηγὸς τὸ ταυρομένιον ἀνεσώσατο ῥωμαίοις καρτερῶς μὲν αὐτὸ πολιορκήσας, καὶ εἰς ἄφατον ἀνάγκην καὶ λιμὸν τοὺς ἀποστάτας συγκλείσας ὥστε ἄρξασθαι [illegible] ἐκ παίδων [illegible], καὶ [illegible] * αὐτῷ [illegible] ἀλληλοφαγίαν [illegible] φαγεῖν. ὅτι καὶ Κομανὸν [illegible] * [illegible] καὶ τὸ [illegible] Σαραπίωνος [illegible] τῷ στρατηγῷ [illegible] ἀνάγκην συγκλείων τὰς τῶν ἀποστατῶν ἐλπίδας. καὶ Κλέωνα τὸν στρατηγὸν [illegible] τῆς πόλεως, καὶ [illegible] ἀγωνισάμενον [illegible] * [illegible] τοὺς * σώματα [illegible] ἀνδρείας [illegible] ἀλλ' οἱ μὲν [illegible] ὁ * στρατηγὸς * [illegible] Εὔνους [illegible] ἀσφαλῆ [illegible] τὰς [illegible] * Ῥουτίλιος [illegible] ὅλην τὴν σικελίαν ἀμαχεί [illegible] ὑπὲρ πᾶσαν ἐλπίδα πάντας [illegible].

Ὅτι ὁ τῶν ἀποστατῶν βασιλεὺς Εὔνους ἑαυτὸν μὲν Ἀντίοχον, [illegible] τῶν ἀποστατῶν τὸ πλῆθος [illegible].

Ἐκ τοῦ λϛ΄.

Lib. XXXVI.

Ὅτι [illegible] τοὺς [illegible] τὰ λιβύων βασιλεῖς Βόκχον καὶ Ἰογόρθαν [illegible] μεγάλῃ [illegible]. καὶ πολλὰς [illegible] τῶν λιβύων μυριάδας [illegible], [illegible] αὐτὸν * Ἰουγούρθαν συλληφθέντα

Margin notes: * π ας. αλ. [illegible] — * al. Ρουτίλιος & Ρουτίλιος — * αὐτῷ. — * [illegible] — * μάλ. — * [illegible] — * Περίνας — * ἐρεύξειν — * Ρουτίλιος. * [illegible] — * Γοργόνον

Non multo post commissa pugna cum Imp. L. Hypsæo Roma veniente cum octo millibus Siculorum militum, victoria potiti sunt, vtpote qui viginti millia essent. Aliquanto post autem eorum numerus vsque ad centum millia creuit, cumque aduersus Romanos prælia subinde gererent, sæpe ex iis gloriam reportabant, raro autem clade accepta redibant. Cuius rei cum [illegible] esset rumor, [illegible] centum quinquaginta Romæ [illegible] ad defectionem [illegible] erant, in Attica autem plus quam mille, [illegible] Delo, multique alii in locis. Sed [illegible] quorum curæ negotia publica demandata erant, [illegible] grauia de illis supplicia [illegible], ceteros quibus iam [illegible] defectionis erat, metu represserunt, & ad sanam mentem reuocarunt. At verò in Sicilia malum indies ingrauescebat, cum & vrbes [illegible] caperentur, & multi exercitus a defectoribus delerentur. Sed tamen Rutilius Rom. Imperator Tauromenium [illegible], postquam vehementissime illud oppugnasset, & defectores qui in eo erant ad tantas angustias [illegible] [illegible] ut cum [illegible] vescerentur, mox ad [illegible] se conuertissent, [illegible] parcerent, sed alii alios vorarent. Eodem tempore Comanum Cleonis fratrem ex vrbe cum [illegible], [illegible] cepit, & ad extremam arcem a Sarapione Syro prodita, quotquot in vrbe fugitiui erant, in potestatem Imperatoris venerunt, quos etiam cruciatibus affectos præcipitauit. Inde Ennam profectus similem eius obsidionem aggreditur, defectores ad summam [illegible]. Cumque Cleonem in [illegible] vrbe [illegible] heroica quadam fortitudine [illegible], hancque [illegible]. [illegible] Sed qui in eo erant, [illegible] Rutilius Imperator ad eos cursu contendebat [illegible] At Eunus [illegible] & rex, cum præ timiditate in quadam [illegible], vna cum quatuor ex [illegible]. Is [illegible] apud Morgantinum [illegible]. [illegible] tota Sicilia [illegible] eam [illegible].

Eunus [illegible] rex se [illegible] Antiochum, [illegible] Syros nominauit.

Ex libro XXXVI.

EOdem tempore quo Marius Africæ reges Bocchum & Iugurtham [illegible] prælio debellauerat, & Afrorum infinita prope millia occiderat, ipsum deinde Iugurtham (a Boccho

Margin notes: Diodorus Siculus. — Enna Siciliæ. — Eunus moritur. — Iugurtha.

Diodorus Siculus.

comprehensum, sibi susceptum aduersus bellũ condonari cupiente) captiuum abduxerat, quo item Romani graues apud Galliam in Cimbrico bello clades non sine magno dolore acceperant: eodem, inquam, tempore Romam aduenerunt quidam e Sicilia, plurima seruorũ millia defecisse nunciantes. Quo accepto nuncio, summis in angustiis totus populus Romanus versari cœpit, vtpote cui militum delectorum 60000. in bello aduersus Cimbros apud Galliam occubuissent, nec de integro parem exercitum in expeditionem educere posset. Ceterum ante hanc in Sicilia rebellantium seruorum tumultum tales & in Italia excitati fuerant, sed parui ac minime diuturni: velut nunciae, quam atrox futura esset in Sicilia rebellio, præsignificate. Primus autem apud Nuceriam extiterat, cum triginta serui coniurationem fecissent, & quamprimum pœnas dedissent. Secundus Capuæ, cum ducenti serui rebellassent, ac sine mora deleti fuissent. Tertius autem miro quodam exortus est modo. Erat quidam Titus Minutius eques Romanus, & prædiuite natus patre, qui alienæ famulæ formosissimæ amore captus, vt in eius amplexum veniret effecit. Tandem verò ita eam deperire cœpit, vt à domino illius septem talentis Atticis emeret, cum ad hanc emptionem cum amoris insania compelleret, quam ægre alioqui a domino illius impetrabat. Sed illa vbi aduenit, isque soluendo non esset, vt sibi dies triginta prorogarentur obtinuit. Rursum & hoc spatio exacto, cum ille pactum pretium exigeret, hic nullam soluendi nominis rationem inire posset, interea vero amor inualesceret, nouum & inauditum facinus aggressus est. Iis enim qui debitum exigebant, insidias struere, & monarchicã quandam potentiam sibi assumere instituit. Nam coemptis quingentis panopliis tempus pretij persolutioni præfixit, fideque impetrata, eas clanculum in agrum quendam deferendas curauit. Deinde cum suos seruos ad defectionem sollicitasset, numero quadringentos, sibique diadema imposuisset, purpuram quoque cum aliis insignibus regiis assumpsisset, tandémque seruorum auxilio regem se constituisset, primum quidem eos, qui pactum pretium exigebant, virgis cæsos securi percussit: postea vero cum sua illa seruitia armasset, vicinas villas peragrare placuit: in quibus eos qui se prõpto & alacri animo socios defectionis adiungebant, armabat: quotquot autem repugnabant, eos interficiebat. Quem igitur plures septingentis milites coegisset, eosque in centurias distribuisset, ac locum in quo erat vallo circumiecto clausisset, ad se eos qui deficiebant, recipiebat.

Qua defectione Romam nuntiata, Senatus de ea consilium prudens iniit, felicémque eius exitum habuit. Siquidem ex iis qui in vrbe erant imperatoribus vni L. Lucullo subigendorum fugitiuorum negotium cedit. Hic autem eo ipso die quum Romæ sexcentos milites lectos conscripsisset, Capuam contendit, peditum millia quatuor, equites quadringentos collecturus. Minutius vbi Lucullum concitato cursu aduentare intellexit, collem natura loci munitum occupauit cum vniuersis suis copiis, quæ tria hominum millia & quingentos efficiebant, atque amplius.

ὑπὸ Βόκχου, ὥστε τυχεῖν συγγνώμης παρὰ Ῥωμαίων, καθ' ὃν αὐτοῖς κατέστη πρὸς πόλεμον, λαβὼν ἐκεῖνον αἰχμάλωτον εἶχε. μεγίστοις δὲ πταίσμασι τοῖς κατὰ Γαλατίαν τῶν Κίμβρων πολεμούντων Ῥωμαῖοι περιπεσόντες, ἠθύμουν. κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἧκόν τινες ἀπὸ Σικελίας, ἀποστάσεις ἀπαγγέλλοντες οἰκετῶν εἰς πολλὰς ἀριθμουμένων *μυριάδας. οὗ προσαγγελθέντος, ἐν πολλῇ περιστάσει τὸ Ῥωμαϊκὸν ἅπαν συντετριμμένον διετέλει. ὡς τῶν στρατιωτῶν ἐπιλέκτων σχεδὸν ἑξακισμυρίων ἐν τῷ πρὸς Κίμβρους κατὰ Γαλατίαν πολέμῳ διολωλότων, καὶ ἀπορούντων εἰς ἀποστολὴν στρατιωτῶν λογάδων. πρὸ δὲ τῆς κατὰ Σικελίαν τῶν δούλων ἐπαναστάσεως, ἐγένοντο κατὰ τὴν Ἰταλίαν πλείους ἀποστάσεις ὀλιγοχρόνιοι καὶ μικραί, καθάπερ τοῦ δαιμονίου προσημαίνοντος τὸ μέγεθος τῆς ἐσομένης κατὰ τὴν Σικελίαν ἐπαναστάσεως. πρώτη μὲν ἡ περὶ Νουκερίαν, τριάκοντα οἰκετῶν συνωμοσίαν ποιησαμένων, καὶ ταχὺ κολασθέντων. δευτέρα ἡ περὶ τὴν Καπύην, διακοσίων οἰκετῶν ἐπαναστάντων, καὶ ταχὺ καταλυθέντων. τρίτη δὲ παράδοξος γέγονε. Τίτος ἦν Μινούκιος, ἱππεὺς μὲν Ῥωμαίων, μεγαλοπλούτου δὲ πατρὸς παῖς. οὗτος ἠράσθη θεραπαινίδος ἀλλοτρίας, κάλλει διαφερούσης. συμπλακεὶς δ' αὐτῇ, εἰς ἔρωτα παράδοξον αὐτῆς ἐμπεσών, ἐξηγόρασεν αὐτήν. οὕτω τοῦ μανιώδους ἔρωτος βιαζομένου, καὶ τοῦ κυρίου τῆς κόρης τὴν πρᾶσιν μόλις καταινέσαντος, ταλάντων Ἀττικῶν ἑπτὰ καὶ χρόνον ὥρισε, καθ' ὃ ἀποτίσει τὸ χρέος. ἐπιστεύετο δὲ διὰ τὴν πατρῴαν περιουσίαν. ἐνστάντος δὲ τοῦ ὁρισθέντος, καὶ μὴ ἔχων ἀποδοῦναι, πάλιν ἔταξε τριάκοντα ἡμερῶν προθεσμίαν. ὡς δὲ καὶ ταύτης ἐπιστάσης, οἱ μὲν ἀπῄτουν, ὁ δὲ οὐδὲν πλέον εἶχεν αἰνεῖν· ὁ δ' ἔρως ἤκμαζε. ἐπιχειρεῖ πράξει παραλογωτάτῃ. ἐπιβουλεύει μὲν γὰρ τοῖς ἀπαιτοῦσιν, ἑαυτῷ δὲ μοναρχικὴν ἐξουσίαν περιέθηκε. *συναγοράσας γὰρ πεντακοσίας πανοπλίας, καὶ χρόνον τῆς τιμῆς συνταξάμενος, ὃς οὐδεὶς λάθρα πρὸς ἀγρόν τινα παρακομίσας, τοὺς ἰδίους *ἀνέσησε πρὸς ἀπόστασιν οἰκέτας, τετρακοσίους ὄντας. εἶτα ἀναλαβὼν διάδημα καὶ περιβόλαιον πορφυροῦν, καὶ ῥαβδούχους, καὶ τὰ ἄλλα σύσσημα τῆς ἀρχῆς, καὶ βασιλέα ἑαυτὸν *συνεργίᾳ τῶν δούλων ἀναδείξας: τοὺς μὲν ἀπαιτήσαντας τὴν τιμὴν τῆς κόρης ῥαβδίσας, ἐπελέκισεν. ἐξοπλίσας δὲ τοὺς οἰκέτας, ἐπὶ τὰς συνεγγὺς ἐπαύλεις ᾔει· καὶ τοὺς μὲν προθύμως συναφισταμένους καθώπλιζε, τοὺς δὲ ἀντιπράττοντας ἀνῄρει. ταχὺ δὲ συναγαγὼν στρατιώτας πλείους τῶν ἑπτακοσίων, καὶ τούτους εἰς ἑκατονταρχίας καταλέξας, ἐνεβάλλετο χάρακα, καὶ τοὺς ἀφισταμένους ὑπεδέχετο. τῆς δὲ ἀποστάσεως εἰς Ῥώμην ἀπαγγελθείσης, ἡ σύγκλητος *ἐμφρόνως περὶ αὐτῆς ἐβουλεύσατο, καὶ κατώρθωσε. τῶν γὰρ κατὰ πόλιν στρατηγῶν ἀπέδειξεν ἕνα πρὸς τὴν τῶν δραπετῶν σύλληψιν, Λεύκιον Λούκουλλον. οὗτος δὲ αὐθημερὸν ἐκ τῆς Ῥώμης ἐπιλέξας στρατιώτας ἑξακοσίους, εἰς τὴν Καπύην ἦλθε, συναθροίσας πεζοὺς μὲν τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ τετρακοσίους. ὁ δὲ *Οὐέττιος τὴν ὁρμὴν τοῦ Λουκούλλου πυθόμενος, κατελάβετο λόφον καρτερόν, ἔχων τοὺς πάντας πλείους τῶν γ καὶ φ.

* αἱ μυριάδες

* ἀνοράσας.

* ἀνέσεισε.

* συνεργία.

* Εμφρόν. M.M.

* ἴσ. Μινύτιος

καὶ τὸ

καὶ τὸ μὲν πρῶτον, συμβολῆς γενομένης, ἐπλεονέκτησαν οἱ δραπέται, ἐκ τόπων ὑπερδεξίων μαχόμενοι. μετὰ δὲ ταῦτα τὸν μὲν στρατηγὸν τοῦ Οὐεττίου Ἀπολλώνιον διαφθείρας ὁ Λεύκολλος, καὶ τῇ δημοσίᾳ πίστει τὴν ἄφεσιν τῆς τιμωρίας βεβαιώσας, ἔπεισεν αὐτὸν προδότην γενέσθαι τῶν συναποστάντων. διὸ καὶ τούτου συνεργοῦντος τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ τὰς χεῖρας προσφέροντος τῷ Οὐεττίῳ, φοβηθεὶς τὴν ἐκ τῆς ἁλώσεως τιμωρίαν, ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν· αὐτίκα συναπολωλότων καὶ τῶν τῆς ἀποστάσεως κεκοινωνηκότων, πλὴν τοῦ προδόντος Ἀπολλωνίου. καὶ ταῦτα μὲν πρὸ τῆς κατὰ Σικελίαν, ὥσπερ προοιμιαζόμενα * ταύτην, μεγίστης ἀποστάσεως ἦν· ἀρχὴ δὲ ταύτης ἐγένετο τοιαύτη. κατὰ τὴν ἐπὶ τοὺς Κίμβρους τοῦ Μαρίου στρατείαν, ἔδωκεν ἡ σύγκλητος ἐξουσίαν τῷ Μαρίῳ, ἐκ τῶν πέραν θαλάττης ἐθνῶν μεταπέμπεσθαι συμμαχίαν.* ὅθεν Μάριος ἐξέπεμψε πρὸς Νικομήδην τὸν τῆς Βιθυνίας βασιλέα περὶ βοηθείας. ὁ δὲ ἀπόκρισιν ἔδωκε, τοὺς πλείους τῶν Βιθυνῶν ὑπὸ τῶν * δημοσίων διαρπαγέντας δουλεύειν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις. τῆς δὲ συγκλήτου ψηφισαμένης, ὅπως μηδεὶς σύμμαχος ἐλεύθερος ἐν ἐπαρχίᾳ δουλεύῃ, καὶ τῆς τούτων ἐλευθερώσεως οἱ στρατηγοὶ πρόνοιαν ποιῶνται· τότε κατὰ τὴν Σικελίαν ὢν στρατηγὸς Λικίνιος Νερούας, ἀκολούθως τῷ δόγματι συχνοὺς τῶν δούλων ἠλευθέρωσε, κρίσεις προθεὶς ὡς ἐν ὀλίγαις ἡμέραις πλείους τῶν ὀκτακοσίων τυχεῖν τῆς ἐλευθερίας. ἦσαν πάντες οἱ κατὰ τὴν νῆσον δουλεύοντες μετέωροι πρὸς τὴν ἐλευθερίαν. οἱ δ' * ἀξιώματι συνδραμόντες, παρεκάλουν τὸν στρατηγὸν, ἀποστῆναι ταύτης τῆς * ἐπιβολῆς. ὁ δ' εἴτε χρήμασι πεισθεὶς, εἴτε χάρισι δουλωθεὶς, τῆς μὲν τῶν κριτηρίων τούτων σπουδῆς ἀπέστη, καὶ τοὺς προσιόντας ἐπὶ τὸ τυχεῖν τῆς ἐλευθερίας ἐπιπλήττων, εἰς τοὺς ἰδίους κυρίους προσέταττεν ἐπαναστρέφειν. οἱ δὲ δοῦλοι συστραφέντες, καὶ τῶν Συρακουσῶν ἀπαλλαγέντες, καὶ καταφυγόντες εἰς τὸ τῶν Παλικῶν τέμενος, διελάλουν πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ ἀποστάσεως. ἐκεῖθεν ἐν πολλοῖς τόποις τῆς τῶν οἰκετῶν τόλμης ἐκδήλου γενομένης, πρῶτοι τῆς ἐλευθερίας ἀντεποιήσαντο κατὰ τὴν Ἀγκυλίων χώραν, ἀδελφῶν δυεῖν μεγαλοπλούτων οἰκέται τριάκοντα, ὧν ἡγεῖτο Οὔαριος ὄνομα. οὗτοι πρῶτον μὲν νυκτὸς κοιμωμένους τοὺς ἰδίους δεσπότας ἀπέσφαξαν· εἶτα ἐπὶ τὰς γειτνιώσας ἐπαύλεις παρελθόντες, παρεκάλουν ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν τοὺς δούλους, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ συνέδραμον πλείους τῶν ρκʹ. καταλαβόμενοι χωρίον φύσει ὀχυρὸν, τοῦτο μᾶλλον ἐπωχύρωσαν, προσδεξάμενοι καὶ ἑτέρους δούλους ὡπλισμένους πʹ. ὁ δὲ στρατηγὸς τῆς ἐπαρχίας Λικίνιος Νερούας κατὰ τάχος αὐτοῖς ἐπελθὼν, καὶ πολιορκῶν ἄπρακτον εἶχε τὴν σπουδήν. ἐπεὶ δὲ βίᾳ ἀνάλωτον τὸ φρούριον ἑώρα, ἐπὶ τὴν προδοσίαν ὁρμᾷ. καὶ συνεργίας ὑποσχέσει Γάϊον Τιτίνιον ἐπικαλούμενον Γαδαῖον ἀναπείσας (ἦν δ' οὗτος πρὸ δυεῖν ἐτῶν καταδικασθεὶς μὲν θανάτῳ, τὴν δὲ τιμωρίαν διαφυγὼν) ἐκ πολλοὺς τῶν κατὰ τὴν χώραν ἐλευθέρων κατὰ λῃστείαν ἀναιρῶν, οὐδένα δὲ τῶν οἰκετῶν παραλυπῶν εἶχεν ὑπηρέτην τοῦ σκοποῦ.

* al. ταύτης ὡς
* ἐκεῖ.
* δημοσιωνῶν H.St.
* ἐν ἀξιώμασι.
* al. ἐπιβολῆς

Et primo quidem conflictu stetit a fugitiuis victoria, quippe qui è superiore loco prœnuntiarent: Postea cum Apollonium imperatorem exercitus Vettij Lucullus largitionibus corrupisset, fidémque publicam dedisset pœnam illi remissum iri, eum ad prodendos socios impulit. Quare illo Romanis operam suam nauante, atque adeo ipsi * Vettio manus inferente, hic supplicium sibi capto impendens veritus, mortem sibi conscivit. Simul vero defectionis participes cæsi fuerunt, præter eum qui illos prodiderat Apollonium. Et hæc quidem anteuerterunt maximam quæ in Sicilia contigit defectionem, quasi quæ eius quoddam præludium esset. Ea autem hinc orta est. In Marij aduersus Cimbros expeditione senatus auxilia ex transmarinis nationibus accersendi potestatem Mario dederat. Marius igitur ad Nicomedem Bithyniæ regem de mittendis ad se auxiliaribus copiis scribit. Is respondit, bonam Bithynorum partem à vectigalium publicorum redemptoribus direptam seruire seruitutem per prouincias. Cum autem SC. esset, ne quis ex populi Rom. sociis, qui quidé liber esset, in prouincia vlla seruiret, & vt imperatores curam eorum manumittendorum gererent, accidit vt imperator Licinius Nerua, qui tum forte in Sicilia erat, decretum senatus obseruans, multos ex seruis iudiciis constitutis manumitteret, adeo vt intra paucos dies plures octingentis in libertatem assererentur. Iamque erant animi omnium illius insulæ seruorum in spem libertatis erecti, cum graues auctoritate viri ad ipsum Imperatorem conueniūt, eumque vno omnes ore, vt ab incepto desistat, rogant. Atque hic siue pecuniis expugnatus, siue gratiam aucupatus, iudicium hac de re accuratius exercere desiit: & ad se venientibus vt libertate donarentur, vt ad suum quisque dominum reuerteretur, imperare cœpit. Tum vero seruis coitione facta Syracusas relinquere, & ad Palicorum delubrum confugere, ibique inter se de defectione sermones conserere. Fama autem huiusce tam audacis seruorum facinoris per Ancyliorum loca tam vulgata, primi se in libertatem vindicarunt triginta duorum ditissimorum fratrum serui: quorum dux erat quidam nomine Oarius. Hi primum suos heros noctu dormientes iugularunt, deinde ad vicinas etiam progressi villas seruorum animos ad libertatis studium accenderunt, adeo vt illa ipsa nocte concursus ad eos factus sit aliorum centum & viginti, atque amplius. Hi occupato loco natura munito, arte haud paulo munitiorem reddiderunt, assumptis & aliis octoginta seruis, qui armati essent. Prouinciæ autem imperator Licinius Nerua cum repente superueniens eos obsidere cœpisset, nihil vllis conatibus promouere poterat. Quamobrem nullis viribus inexpugnabile præsidium illud esse cernens, ad proditionem animum conuertit. Eius autem ministrum habuit quendam C. Titinium cognomento Gadium, spe salutis adductum, fuerat enim hic Titinius ante duos annos [Romæ] capitis condemnatus, sed pœnam effugerat, multosque ex hominibus liberis eius regionis prædabundus interficere solebat, seruis contra né minimum quidem negotij facessens.

DIODORVS Siculus.

* Minutio.

Bellum Siciliense.

Diodorus Siculus.

Vnde cum multos ibi seruos sibi fidos haberet, ad castellum, tanquam & ipse pro virili parte aduersus Romanos prœliaturus, accedit. Beneuole autem comitérque receptus, etiam Imperator fortitudinis ergo creatus fuit. Quam dignitatem adeptus, castellum prodidit. Tum vero ex defectoribus alij quidē in prælio concisi fuerunt, alij vero pœnæ metu, quā se captos manere sciebant, se præcipites dederunt. Prima igitur fugitiuorum seditio repressa hoc modo fuit. Verumenimuero militibus ad sedes suas dimissis, affertur a quibusdam nuntius, seruos 80. coniuratione facta P. Clonium qui equestris ordinis fuit, interfecisse, magnamque sibi manum adiungere. Quinetiam ipse Imperator consiliis aliorum deceptus, iam bona suorum militum parte dimissa, defectoribus ad se melius muniendos tempus dabat. Tandem tamen cum qualicunque potuit manu ad eos contendit, traiectóque fluuio Alba, defectores in mōte Capriano stationem agentes prætergressus est, & ad vrbem Heracleam perrexit. Cum igitur de ignauia Imperatoris rumorem sparsissent, vtpote illos prœlio lacessere non ausi, multos ex seruis ad defectionem animabant. Adeo multis vndique circumfluentibus, sequentis, quorum facultatem tempus locusq; dabant, armis instruentibus, vt intra primos septem dies octingentis plures armati fuerint, postea verò vsque ad duorum millium numerum creuerint. Postquam autem Imperator apud Heracleam de auctis eorum viribus certior factus fuit, ducem aduersus eos M. Titinium creauit, eumq; cum sexcentis ex Enna præsidiariis militibus misit. Hic vero defectores adortus prœlio (quum illi & numero superiores essent, & in eo quoque meliori conditione forent, quod locis difficilem aditum præbentibus defenderētur:) vna cum iis qui illi astabant terga dedit, multisq; interfectis, reliqui abiectis armis vix sibi fuga saltem quæsiuerunt. Defectores igitur tot armaturis, simul etiam victoria subitò potiti, in suo incepto audacius pergebant, & omnium seruorum animi ad spem libertatis erigebantur. Cumque multi indies deficerent, breui tempore supra quam credi possit auctus eorum numerus fuit. Siquidem intra paucos dies plures sex millibus numerati fuerunt. Tū vero coacto concilio, & deliberatione de summa rerum proposita, ante omnia crearunt regem Saluium quendam, qui aruspicinæ peritus habebatur, & in mulierum corona cantu tibiarum, ad insaniam vsq; perstrepere solitus erat. Hic regnum adeptus, cum vrbes desidia mollitiem fouere existimaret, eas sibi vitandas iudicauit. Quare defectoribus tres in partes diuisis, totidemq; ducibus vnicuiq; parti attributis, effusis populationibus peragrare regionem totam, omnesque certum ad locum, certoq; tempore remeare imperauit. Illi cum aliorum animalium, tum verò equorum copiam suis excursionibus adepti, breui peditum viginti millia, equitum duo effecerunt: idque hominum qui tam tirocinium non sine summa laude posuerant. Repentè igitur ad vrbem munitam Morgantinam magno impetu contendunt: eamque tum validis tum assiduis impressionibus oppugnare occipiunt. Imp. autem cum eodem nocturnis itineribus peruenisset, tanquam ad ferendas vrbi suppetias, ducens militum circiter decem millia,

ὥστε ἔχων * αὐτῷ πιστοὺς οἰκέτας ἱκανοὺς, προσεισιὼν τῷ φρουρίῳ [τῶν ἀποστατῶν,] ὡς δὴ συμμαχήσων τοῦ κατὰ ῥωμαίων πολέμου. ἀσμένως δὲ καὶ φιλοφρόνως προσδεχθεὶς, ἡρέθη διὰ τὴν ἀνδρείαν καὶ στρατηγὸς, καὶ προὔδωκε τὸ φρούριον. τῶν δ' ἀποστατῶν οἱ μὲν μαχόμενοι κατεκόπησαν, οἱ δὲ τὴν ἀπὸ τῆς ἁλώσεως δεδιότες τιμωρίαν, ἑαυτοὺς κατεκρήμνισαν. ἡ μὲν οὖν πρώτη τῶν δραπετῶν στάσις κατελύθη τὸν εἰρημένον τρόπον. τῶν δὲ στρατιωτῶν πρὸς τὰ οἰκεῖα ἤδη ἀπολυθέντων, ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες, ὅτι Πόπλιον Κλώνιον, γεγενημένον ἱππέα ῥωμαίων, ἐπαναστάντες οἱ δοῦλοι κατέσφαξαν ὀγδοήκοντα ὄντες· καὶ ὅτι πλῆθος ἀγείρουσι. καὶ ὁ μὲν στρατηγὸς ἑτέρων βουλαῖς παρακρουσθεὶς, ἤδη καὶ τῶν πλείστων στρατιωτῶν ἀπολελυμένων, καιρὸν παρεῖχε διὰ τῆς μελλήσεως τοῖς ἀποστάταις βέλτιον αὐτοὺς ἀσφαλίσασθαι. προῆγε δὲ μετὰ τῶν ἐνόντων στρατιωτῶν, καὶ διαβὰς τὸν Ἄλβαν ποταμὸν, παρῆλθε τοὺς ἀποστάτας διατρίβοντας ἐν ὄρει καλουμένῳ Καπριανῷ, καὶ κατήντησεν εἰς πόλιν ἡράκλειαν. ἐκ * γὰρ τοῦ μὴ προσβαλεῖν αὐτοῖς τὸν στρατηγὸν ἀτολμίαν αὐτοῦ διαφημίσαντες, συχνοὺς ἀνέσειον τῶν οἰκετῶν. καὶ πολλῶν συρρεόντων, καὶ τὸν δυνατὸν τρόπον εἰς μάχην παρασκευαζομένων, ἐν ἑπτὰ ταῖς πρώταις ἡμέραις καθωπλίσθησαν πλείους τῶν ὀκτακοσίων. ἐξῆς δὲ ἐγένοντο τῶν δισχιλίων οὐκ ἐλάττους. πυθόμενος δ' ἐν ἡρακλείᾳ τὴν αὔξησιν αὐτῶν ὁ στρατηγὸς, ἡγεμόνα προεχειρίσατο Μάρκον Τιτίνιον, δοὺς αὐτῷ στρατιώτας τοὺς ἐκ τῆς ἔννης φρουροὺς ἑξακοσίους. οὗτος δὲ μάχῃ προσβαλὼν τοῖς ἀποστάταις (ἐπεὶ καὶ τῷ πλήθει καὶ ταῖς * δυσχερείαις ἐπλεονέκτουν ἐκεῖνοι) ἐτράπη σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν, πολλῶν μὲν ἀναιρεθέντων, τῶν δὲ λοιπῶν ῥιψάντων τὰ ὅπλα, καὶ φυγῇ μόλις διασωθέντων. καὶ οἱ ἀποστάται ὅπλων τε εὐπορήσαντες τοσούτων ἅμα θερμότερον, καὶ νίκης θρασύτερον εἴχοντο τῶν ἐγχειρημάτων, καὶ πάντες οἱ δοῦλοι ἐμετεωρίζοντο πρὸς ἀπόστασιν. καὶ πολλῶν καθημέραν ἀφισταμένων, σύντομον καὶ παράδοξον ἐλάμβανον αὔξησιν, ὡς ἐν ὀλίγαις ἡμέραις πλείους γενέσθαι τῶν ἑξακισχιλίων. ὅτε δὴ καὶ εἰς ἐκκλησίαν συνελθόντες, καὶ βουλῆς προτεθείσης, πρῶτον μὲν εἵλοντο βασιλέα τὸν ὀνομαζόμενον Σαλούιον, δοκοῦντα τῆς * ἱεροσκοπίας ἔμπειρον εἶναι, καὶ γυναικείαις θέαις αὐλομανοῦντα [οὗτος βασιλεύσας, πόλεις ἀργίας καὶ τρυφῆς νομίζων, ἐξέκλινε] εἰς τρία δὲ μερίσας τοὺς ἀποστάτας, καὶ ἴσους ἡγεμόνας ἐγκαταστήσας ταῖς μερίσι, προσέταξεν ἐπιέναι τὴν χώραν, καὶ πρὸς ἕνα τόπον καὶ καιρὸν ἅπαντας ἀπαντᾶν. διὸ πολλῶν ἐκ τῆς ἐπελασίας ἄλλων τε ζώων καὶ ἵππων εὐπορήσαντες, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατεσκευάσαντο ἱππεῖς μὲν πλείους τῶν δισχιλίων, πεζοὺς δὲ οὐκ ἐλάττους τῶν * δισμυρίων, ἤδη καὶ γυμνασίαις πολεμικαῖς ἐνδιατρίψαντες. προσπεσόντες οὖν ἄφνω πόλει * ὀχυρᾷ Μοργαντίνῃ, προσβολὰς ἐνεργεῖς καὶ συνεχεῖς ἐποιοῦντο. ὁ δὲ στρατηγὸς ὡς βοηθῶν τῇ πόλει ἐπελθὼν, νυκτοπορείᾳ χρησάμενος, ἔχων μὲν ἑαυτοῦ

* αὐτ.

* al. γνω̃.

* δυσχωρίαις

* οἰωνοσκοπίας.

* [illegible]. M. M.

* ὀχυρᾶ.

Ἰταλιώτας τε καὶ ἐκ Σικελίας σχεδὸν στρατιώτας μυρίους, κατέλαβε τοὺς ἀποστάτας ἀσχολημένους περὶ τὴν πολιορκίαν. καὶ ἐπιθέμενος αὐτῶν τῇ παρεμβολῇ, καὶ εὑρὼν ὀλίγους μὲν τοὺς φυλάττοντας, πλῆθος δὲ γυναικῶν αἰχμαλώτων, καὶ λείας ἄλλης παντοδαπῆς, ῥᾳδίως ἐξεῖλε τὴν στρατοπεδείαν. καὶ ταύτην μὲν διήρπασεν, ἐπὶ δὲ τὴν Μοργαντίνην * ἦγεν. οἱ δὲ ἀποστάται ἐξαίφνης ἀντεπιθέμενοι, καὶ ὑπερδέξιον τὴν τάξιν ἔχοντες, βιαίως τε ἐπιρράξαντες, εὐθὺς ὑπὸ προτερήματος ἦσαν· οἱ δὲ τοῦ στρατηγοῦ ἐτράπησαν πρὸς φυγήν. τοῦ δὲ βασιλέως τῶν ἀποστατῶν κήρυγμα ποιησαμένου, μηδένα κτείνειν τῶν τὰ ὅπλα ῥιπτούντων, οἱ πλεῖστοι ῥίψαντες ἔφευγον. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ καταστρατηγήσας τοὺς πολεμίους ὁ Σαλούϊος, τήν τε παρεμβολὴν ἀνεκτήσατο, καὶ περιβόητον νίκην ἀπενηνεγμένος πολλῶν ὅπλων ἐκυρίευσεν. ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ μάχῃ τῶν Ἰταλιωτῶν τε καὶ Σικελῶν οὐ πλείους ἑξακοσίων, διὰ τὴν τοῦ κηρύγματος φιλανθρωπίαν. ἑάλωσαν δὲ περὶ τετρακισχιλίους. ὁ δὲ Σαλούϊος, πολλῶν πρὸς αὐτὸν ἀπὸ τοῦ κατορθώματος συρρεόντων, διπλασιάσας τὴν ἰδίαν δύναμιν, ἐκράτει τῶν ὑπαίθρων. καὶ πολιορκεῖν πάλιν ἐπεχείρει τὴν Μοργαντίνην, κήρυγμα δοὺς τοῖς ἐν αὐτῇ δούλοις ἐλευθερίαν. * ἀντικηρύξαντος δὲ καὶ τῶν κυρίων αὐτοῖς ταύτην, εἰ σφίσι συναγωνίσαιντο, εἵλοντο μᾶλλον τὴν ἀπὸ τῶν κυρίων. καὶ προθύμως ἀγωνισάμενοι, ἀπεκρούσαντο τὴν πολιορκίαν. ὁ δὲ στρατηγὸς μετὰ ταῦτα τὴν ἐλευθερίαν ἀνατρέψας, αὐτομολῆσαι τοὺς πλείους παρεσκεύασε τοῖς ἀποστάταις. περὶ δὲ τὴν Αἰγεσταίων καὶ Λιλυβαιτῶν χώραν, ἔτι δὲ τῶν ἄλλων τῶν πλησιοχώρων, ἐνόσει πρὸς ἀπόστασιν τὰ πλήθη τῶν οἰκετῶν. γίνεται δὲ τούτων ἀρχηγὸς, Ἀθηνίων ὄνομα, ἀνὴρ ἀνδρείᾳ διαφέρων, Κίλιξ τὸ γένος. οὗτος οἰκονόμος ὢν δυοῖν ἀδελφῶν μεγαλοπλούτων, καὶ τῆς ἀστρομαντικῆς πολλὴν ἔχων ἐμπειρίαν· ἔπεισε τῶν οἰκετῶν πρῶτον μὲν τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν τεταγμένους περὶ διακοσίους ὄντας, ἔπειτα τοὺς γειτνιῶντας· ὥστε ἐν πέντε ἡμέραις συναχθῆναι πλείους τῶν χιλίων. ὑπὸ δὲ τούτων αἱρεθεὶς βασιλεὺς, καὶ διάδημα περιθέμενος, ἐναντίαν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀποστάταις τὴν διάθεσιν ἐποιεῖτο. οὐ γὰρ προσεδέχετο πάντας τοὺς ἀφισταμένους· ἀλλὰ τοὺς ἀρίστους ποιούμενος στρατιώτας, τοὺς ἄλλους ἠνάγκαζε μένοντας ἐπὶ τῶν προγεγενημένων ἐργασιῶν, ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἰδίας ἕκαστον οἰκονομίας καὶ τάξεως· ἐξ ὧν καὶ τροφὰς ἀφθόνους τοῖς στρατιώταις ἐχορήγει. προσεποιεῖτο δὲ, τοὺς θεοὺς αὐτῷ διὰ τῶν ἄστρων προσημαίνειν, ὡς ἔσοιτο τῆς * βασιλείας συμπάσης βασιλεύς· διὸ δεῖν αὐτὸν τῆς χώρας, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ζώων τε καὶ καρπῶν ὡς ἰδίων φείδεσθαι. τέλος ἀθροίσας ὑπὲρ τοὺς μυρίους, ἐτόλμησε * πόλιν ἀπόρθητον τὸ Λιλύβαιον πολιορκεῖν. μηδὲν δὲ ἀνύων, μετανίστατο αὐτῆς, εἰπὼν αὐτῷ τοὺς θεοὺς τοῦτο ἐπιτάττειν. ἐπιμένοντας γὰρ τῇ πολιορκίᾳ, δυστυχήματος πειραθῆναι. παρασκευαζομένου δὲ αὐτοῦ τὴν ἀπὸ τῆς πόλεως ἀναχώρησιν, καταπλεύσαντές τινες, ἐν ταῖς ναυσὶ κομίζοντες ἐπιλέκτους Μαυρουσίους, οἳ ἐπὶ βοήθειαν ἦσαν ἀπεσταλμένοι

Margin: * ἄλλ. — * ἀντικη-ρύξαντος. — * Σικελίας. — * ἀλωτόν.

partim Italicorum, partim ex Sicilia defectores circa obsidionem occupatos inuenit. Cum ergo in eorum castra irruptionem fecisset, & exiguum illic præsidium reperisset, magnam autem captiuarum multitudinem, magnam item aliarum prædæ omnis generis, nullo negotio castra eorum submouit, iisque direptis ad vrbem Morgantinam iter conuertit. At defectores repentè in illum irruentes vicissim, cum e loco superiore pugnarent, violenta irruptione facta, secundam fortunam experiri, Romani Imperatoris copiæ terga vertere cœperant. Cæterum quia rex defectorum imperauerat edicto, vt omnibus arma abiicientibus parceretur, bona pars iis abiectis in fugam se dabat. Quo quidem stratagemate Saluius aduersus hostes vsus, castra sua recuperauit, victoriáque simul & magna multitudine armorum potitus est. Casi autem hoc in prælio fuerunt ex Italis & Siculis non plures sexcentis, propter edicti illius clementiam, sed capta fuerunt circiter quatuor millia. Porro quum ad Saluium, rebus ab illo bene gestis, multi confluerent, duplicato exercitu, atque aperto potitus campo, Morgantinæ obsidionem redintegrauit, iussitque proclamari se iis libertatem, qui ibi essent, seruis donaturum. Sed enim eorum dominis vicissim eam illis proponentibus, dummodo secum aduersus hostes dimicarent, eam ab ipsis accipere maluerunt, tantáque animi pugnarunt alacritate, vt obsidionem submouerent. Verum enimuero Imperator postea denegans promissam illis libertatem, in causa fuit cur ad defectores plurimi transfugerent. Iam verò & apud Ægestæos, paritérque Lilybæenses, ac finitimos illis populos, eadem defectionis cupiditas, ceu morbus quidam per seruorum greges serpebat. Horum autem dux constituitur Athenio quidam vir fortitudine præstans, ortus autem è Cilicia. Hic cùm res domesticas duorum opulentissimorum fratrum dispensaret, & eius, quæ fit ex astris scientiæ peritissimus esset, seruos in suam sententiam pertraxit, primum quidem eos, quos sub potestate habebat, numero circiter ducentos: postea verò & vicinos, adeò vt quinque dierum spatio mille & amplius congregarentur. Ab his autem rex creatus, impositoque capiti diademate, secus quàm cæteri defectores suas rationes instituebat. Neque enim omnes quotquot deficiebant, recipiebat, sed ex iis strenuissimos quosque in suorum militum numerum allegens, reliquos cogebat, repetitis prioribus opificiis, vt quisque eum quem antea locū teneret, & quarum rerum dispensatio esset eius officij, eam studiose susciperet. Qua ex re largum etiam comparabat suis commeatum. Porro fingebat deos per astra futurum se vniuersæ Siciliæ regem præsignificare, ideoque oportere tam ipsi regioni, quàm animalibus & fructibus, qui in ea essent tanquam proprijs parcere. Tandem verò cum supra decem millia hominum coegisset, Lilybæum inexpugnabilē vrbē obsidere est ausus. Sed se operam perdere animaduertens, obsidionem tanquam Deorum imperio soluit, vt pote aliqua non mediocri impendēte calamitate obsidione non absistentibus. Cùm igitur ab vrbe recedere pararet, appulerunt naues quædam delectam Maurorum aduehentes manum, auxilio Lilybæensibus

Margin: Diodorus Siculus. — Cic. in Verr.

DIODORVS Siculus.

missam: cui pręerat quidā nomine Gomon. Hic cū suis noctu & improuisò Athenionē suas copias ducentem adortus, cùm multos iter facientes prostrasset, non paucos autem vulnerasset, ad vrbem pedem retulit. Quare illa Athenionis ex astris vaticinatio in pretio & admiratione erat. Inter ea autem valde contusus perturbatùsque erat rerum Siciliæ status, veréque malorum Ilias eam occupauerat. Neque enim serui duntaxat, sed etiam ex liberis hominibus ij qui egestate premebatur, omne latrocinij flagitijque genus exercebant. At ne quis hanc perditam nequitiam nunciare posset, obuium quemlibet, seruum pariter & ingenuos trucidabant. Vnde fiebat, vt qui in oppidis erant, ea quę intra muros essent, vix propria existimarent: quæ autem extra, aliena & dominio exlegis violentæque potentiæ subdita. Multa denique alia contra fas & æquum perpetrare audebant in Sicilia. Saluius autē qui Morgantinam obsidebat, factis in totam illam regionē incursionibus, ad Leontinum vsque campum, totum exercitum ibi recollegit, in quo numerabant triginta millia, & quidem selectorū. Tū vero Italis heroibus sacra fecit, vnámq; ex purpureis vestibus dicauit, gratus, ac memor beneficij, quo illi victoriam dantes affecerant. Tādem vero cum regis nomen sibi asciuisset, pro Saluio Tryphon a defectoribus appellari cœpit. Habens autem in animo Triocala occupare, ibíque regiam suam statuere, euocat etiā Athenionem, & quidem eum vt rex imperatorē accersens. Hic vero cum omnes arbitrarentur fore, vt Athenio primū & altissimū dignitatis gradum obtinere vellet, atque hinc orto inter defectorū principes dissidio, facile huic bello finem impositum iri, fortuna tanquam de industria copias fugitiuorum augens, duces eorum in cōcordiam adduxit. Trypho enim magnis itineribus ad vrbem Triocala cum vniuerso suo exercitu peruenit. Eodem & Athenio magna celeritate contendit, ex suis tria dūtaxat adducens millia: & Tryphoni vt Imperator Regi dicto audiens. Reliquum autem exercitum ad depopulandos longe latéque agros, seruitiaque ad defectionem sollicitanda miserat. Verùm postea Trypho suspicatus fore vt Athenio prima quoque occasione, aduersus ipsum arma caperet, eum in carcerem coniecit. Cæterum præsidium illud alioqui munitissimum indies magis ac magis muniebat, & magnificis structuris adornabat. Aiunt autem Triocala fuisse nominatam quod τρία καλὰ (id est tria pulcra) ei inessent. Primum quod scaturigines plurimæ aquarum in ea extarent, quę dulcedine magnopere commendarentur. Deinde quod adiacentes agri vineta simul & olíueta haberent, essent verò & culturæ mirum in modum idonei. Postremò quod natura locus ita munitus foret, vt nihil supra posset, quippe qui magnam quandam & inexpugnabilem haberet rupem: quam vrbis ambitu, qui mille passus amplectitur, cùm cinxisset, fossaque in summam altitudinem producta circumdedisset, pro regia sua habuit, omnium quæ humanæ vitæ vsus postulat, abundantia refertum. Construxit insuper basilicam: forum item numerosæ hominum turbæ capax. Prætereà ex præditis insigni prudentia viris delegit quot satis erāt, eósque sibi consiliarios statuit, atque assessores in iuris disceptationibus habere instituit. Iam verò & toga pretexta tunicáque lati claui amictus ius reddebat, licto-

τοῖς Λιλυβαίταις, ἔχοντες ἡγεμόνα, ὃς ὠνομάζετο Γόμων. οὗτος σὺν τοῖς ἅμ᾽ αὐτῷ [κατὰ νύκτα καὶ ἀνελπίστως ἐπιθέμενος] τοὺς περὶ Ἀθηνίωνα ὁδοιπορήσαντας πολλοὺς καταβαλόντες, οὐκ ὀλίγους δὲ τραυματίσαντες, εἰς τὴν πόλιν ἐπανῆλθον. διόπερ οἱ ἀποστάται τὴν ἀπὸ τῆς ἀστρομαντείας προῤῥησιν ἐθαύμαζον. εἶχε δὲ τὴν σικελίαν * πᾶσα σύγχυσις καὶ κακῶν ἰλιάς. οὐ γὰρ οἱ δοῦλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐλευθέρων οἱ ἄποροι, πᾶσαν ἁρπαγὴν καὶ παρανομίαν ἐργαζόμενοι, καὶ τοὺς περιτυγχάνοντας δούλους τε καὶ ἐλευθέρους, ὅπως μηδεὶς ἀπαγγέλλοι τὴν περὶ αὐτοὺς ἀπόνοιαν, ἐφόνευον ἀνηλεῶς. διὸ καὶ πάντες οἱ κατὰ τὰς πόλεις ὑπελάμβανον, τὰ μὲν ἐντὸς τειχῶν μόλις εἶναι ἴδια, τὰ δ᾽ ἐκτὸς, ἀλλότρια καὶ δοῦλα τῆς παρανόμου χειροκρασίας. καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ πολλοῖς ἄτοπα κατὰ τὴν σικελίαν ἐτολμᾶτο. ὁ δὲ τὴν * μοργαντίνην πολιορκήσας Σαλούϊος, ἐπιδραμὼν τὴν χώραν μέχρι τοῦ Λεοντίνου πεδίου, ἤθροισεν αὐτοῦ τὸ σύμπαν στράτευμα, ἐπιλέκτους ἄνδρας οὐκ ἐλάττους [τῶν] τρισμυρίων. καὶ θύσας τοῖς ἰταλικοῖς ἥρωσι· τούτοις μὲν ἀνέθηκε μίαν τῶν ἁλουργῶν περιπορφύρων στολὴν, χαριστήρια τῆς νίκης· αὐτὸς δ᾽ ἀναγορεύσας ἑαυτὸν βασιλέα, * Τρύφων μὲν ὑπὸ τῶν ἀποστατῶν προσηγορεύετο. διανοούμενος δὲ τὰ τριόκαλα καταλαβέσθαι, καὶ κατασκευάσαι βασίλεια, πέμπει καὶ πρὸς Ἀθηνίωνα, μεταπεμπόμενος αὐτὸν ὡς στρατηγὸν βασιλεύς. πάντες μὲν οὖν ὑπελάμβανον, τὸν Ἀθηνίωνα τῶν πρωτείων ἀντιποιήσεσθαι, καὶ διὰ τὴν στάσιν τῶν ἀποστατῶν ῥᾳδίως καταλυθήσεσθαι τὸν * πόλεμον. ἡ δὲ τύχη καθάπερ ἐπίτηδες αὔξουσα τὰς τῶν δραπετῶν δυνάμεις, ὁμονοῆσαι τοὺς τούτων ἡγεμόνας ἐποίησεν. ἧκε μὲν γὰρ συντόμως [μετὰ τῆς δυνάμεως] ἐπὶ τὰ τριόκαλα ὁ Τρύφων· ἧκε δὲ καὶ Ἀθηνίων μετὰ τρισχιλίων, ὑπακούων ὡς στρατηγὸς βασιλεῖ τῷ Τρύφωνι· τὴν ἄλλην αὐτοῦ δύναμιν κατατρέχειν τὴν χώραν, καὶ ἀνασείειν πρὸς ἀπόστασιν τοὺς οἰκέτας ἀπεσταλκώς. μετὰ δὲ ταῦτα ὑπονοήσας ὁ Τρύφων, τὸν Ἀθηνίωνα ἐπιθήσεσθαι ἐν καιρῷ, παρέδωκεν εἰς φυλακήν. τὸ δὲ φρούριον ὀχυρώτατον ὂν κατεσκεύαζε πολυτελέσι κατασκευαῖς, καὶ ἐπὶ μᾶλλον ὠχύρου. τριόκαλα δὲ αὐτό φασιν ὀνομάζεσθαι, διὰ τὸ τρία καλὰ ἔχειν. πρῶτον μὲν ναματιαίων ὑδάτων πλῆθος, διαφόρων τῇ γλυκύτητι διαφερόντων, παρακειμένην χώραν ἀμπελόφυτόν τε καὶ ἐλαιόφυτον, καὶ γεωργεῖσθαι δυναμένην θαυμαστῶς. τρίτον, ὑπερβάλλουσαν ὀχυρότητα, ὡς ἂν οὔσης μεγάλης πέτρας ἀναλώτου· ἣν καὶ περιβόλῳ πόλεως σταδίων ὀκτὼ περιβαλὼν, καὶ ταφρεύσας βαθείᾳ τάφρῳ, βασιλείοις ἐχρῆτο, πάσῃ ἀφθονίᾳ τῶν κατὰ τὸν βίον ἁπάντων πεπληρωμένην. κατεσκεύασε δὲ καὶ βασιλικὴν οἰκίαν, καὶ ἀγορὰν δυναμένην δέξασθαι πλῆθος ἀνθρώπων. ἐξελέξατο δὲ καὶ τῶν φρονήσει διαφερόντων ἀνδρῶν τοὺς * ἱκανοὺς εἰς ἀποδεῖξαι συμβούλους, ἐχρῆτο συνέδροις αὐτοῖς· τήβενναν δὲ περιπόρφυρον περιεβάλλετο, καὶ πλατύσημον ἐνδὺς χιτῶνα, κατὰ τοὺς χρηματισμούς. καὶ ῥαβ-

* al. πάντα.

• μοργαντί-νου.

• al. Τρύφων κατὰ τῶν ἀποστατ. προσηγο-ρεύετο.

* πολέμιον.

* δυνατοὺς ἱ-κανοὺς M. M.

δούχους

Diodorus Siculus.

δ' οὓς εἶχε μετὰ πελέκεων τοὺς προηγουμένους· καὶ τἆλλα *πάντα, ὅσα ποιεῖ τε καὶ ἐπικοσμεῖ τὴν βασιλείαν. Προεχειρίσθη δὲ κατὰ τῶν ἀποστατῶν ἡ σύγκλητος τῶν Ῥωμαίων Λούκιον Λικίνιον Λούκουλλον, ἔχοντα στρατιώτας μυρίους μὲν τετρακισχιλίους, Ῥωμαίους καὶ Ἰταλούς· Βιθυνοὺς δὲ καὶ Θετταλοὺς καὶ Ἀκαρνᾶνας ὀκτακοσίους. ἐκ δὲ τῆς Λευκανίας ἑξακοσίους· ὧν ἡγεῖτο Κλέπτιος, ἀνὴρ στρατηγικὸς, καὶ ἐπ' ἀνδρείᾳ περιβόητος· ἔτι δὲ καὶ ἑτέρους ἑξακοσίους· ὡς γενέσθαι συμπάντας, ἑπτακισχιλίους καὶ μυρίους· οὓς ἔχων κατέλαβε τὴν Σικελίαν. ὁ δὲ Τρύφων ἀπολύσας Ἀθηνίωνα τῆς αἰτίας, *ἐβουλεύετο περὶ τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου. καὶ τῷ μὲν ἤρεσκεν, ἐν τοῖς Τριοκάλοις διαγωνίζεσθαι· Ἀθηνίων δὲ συνεβούλευε μὴ συγκλείσειν ἑαυτοὺς εἰς πολιορκίαν, ἀλλ' ἐν ὑπαίθρῳ διαγωνίζεσθαι. κρατησάσης δὲ *ταύτης τῆς βουλῆς, κατεστρατοπέδευσαν πλησίον *Σκιρθαίας, ὄντες οὐκ ἐλάττους τῶν τετρακισμυρίων. ἀπεῖχε δὲ αὐτῶν ἡ Ῥωμαίων παρεμβολὴ σταδίους ιβʹ. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐγίνοντο συνεχεῖς ἀκροβολισμοί. εἶτα παραταξαμένων ἑκατέρων, καὶ τῆς μάχης ὧδε κἀκεῖσε ῥεπούσης, καὶ πολλῶν ἑκατέρωθεν πιπτόντων, ὁ Ἀθηνίων ἔχων συναγωνιζομένους διακοσίους ἱππεῖς *ἐπιλέκτους, τὸν περὶ αὐτὸν τόπον νεκρῶν ἐπλήρωσε. τρωθεὶς δὲ εἰς ἀμφότερα τὰ γόνατα, καὶ τρίτην λαβὼν *πληγήν, ἄχρηστος ἐγένετο πρὸς τὴν μάχην· ἐξ οὗ οἱ δραπέται τὰς ψυχὰς ταπεινωθέντες, πρὸς φυγὴν ἐξέκλιναν. ὁ δὲ Ἀθηνίων ὡς νεκρὸς ὢν ἐλάθε. καὶ προσποιηθεὶς τετελευτηκέναι, τῆς νυκτὸς ἐπιλαβούσης διεσώθη. ἐπεκράτησαν δὲ λαμπρᾶς νίκης Ῥωμαῖοι, φυγόντων καὶ τῶν μετὰ Τρύφωνος, καὶ αὐτοῦ ἐκείνου. καὶ πολλῶν κατὰ τὴν φυγὴν κοπτομένων, τέλος οὐκ ἐλάττους τῶν δισμυρίων ἀνῃρέθησαν. οἱ δὲ λοιποί, τῆς νυκτὸς συνεργούσης, διέφυγον εἰς τὰ Τριόκαλα. καίτοι ῥᾳδίως αὐτοὺς ἐπιδιώξαντα τὸν στρατηγὸν καὶ πάντας ἀνελεῖν. ἐπὶ τοσοῦτον δὲ τεταπείνωτο τὸ δουλικόν, ὥστε καὶ ἐβουλεύσαντο ὅτι πάλιν εἰς τοὺς κυρίους ἐπανελθεῖν, καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐγχειρίσαι. πλὴν ἐπεκράτησεν ἡ γνώμη τῶν μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς ἀγωνίσασθαι, καὶ μὴ τοῖς ἐχθροῖς ἑαυτοὺς καταπροδοῦναι. μετὰ *δὲ ἐνάτην ἡμέραν ὁ στρατηγὸς ἧκε πολιορκήσων τὰ Τριόκαλα· καὶ τὰ μὲν ἀναιρῶν, τὰ δὲ ἀναιρούμενος, ἐλάττων ἔχων ἀπηλλάγη· καὶ οἱ ἀποστάται αὖθις ἐφρονηματίζοντο. ἤνυε δὲ τῶν δεόντων ὁ στρατηγὸς, εἴτε διὰ ῥᾳθυμίαν, εἴτε διὰ δωροδοκίαν, οὐδέν· ἐφ' οἷς καὶ δίκην ὕστερον κριθεὶς Ῥωμαίοις ἔδωκε. Γάιος δὲ Σερουίλιος καταπεμφθεὶς στρατηγὸς διάδοχος Λουκούλλου, οὐδ' αὐτός τι ἄξιον μνήμης ἔπραξε. διὸ καὶ ὁμοίως *Λουκούλλῳ ὕστερον φυγῇ κατεδικάσθη. τελευτήσαντος δὲ Τρύφωνος, διάδοχος τῆς ἀρχῆς ὁ Ἀθηνίων καθίσταται. καὶ τοῦτο μὲν *πόλεις ἐπολιόρκει, τοῦτο δὲ πᾶσαν τὴν χώραν ἀδεῶς κατέτρεχε· καὶ πολλῶν ἐκυρίευσε· τοῦ Σερουιλίου δὲ μηδὲν ἀντιπράττοντος. τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διελθόντος, ὕπατος ἐν Ῥώμῃ Γάιος Μάριος ᾑρέθη τὸ πέμπτον, καὶ Γάιος *Ἀκύλλιος. ὁ δὲ Ἀκύλλιος στρατηγὸς κατὰ τῶν ἀποστατῶν σταλείς,

* ποιεῖ ἐπι

* ἀπολύσαντ. M. M.

* Καὶ αὐτ. * σκιρθαίας & σκιθαίας.

* al. ἐπιλέκτ.

* ὄρχους M. M.

* δ' ἐνάτην.

* Λουκ.

* πόλεις M. M.

* Ἀκύλλιος M. M.

reique illi cum securibus præibant : quæ denique regiam dignitatem efficiunt, & quæ ornant, ea omnia consectabatur. Ceterum Imperatorem aduersus defectores Senatus Rom. delegit L. Licinium Lucullum, habentem Rom. quidem & Italorum militum quatuordecim millia, Bithynos autem Thessalos, Acarnanes 800. ex Lucania verò 600. quibus præerat Cleptius Imperator, rei militaris scientia & fortitudine celeberrimus. Alios præterea 600. adeò vt vniuersi numerum septendecim millium efficerent. Cum his copiis Siciliam occupat. Tryphon igitur culpam Athenioni condonans, ad deliberationem de bello in Rom. gerendo eum adhibuit. Et Tryphonis quidem consilium erat, vt Triocalis manentes, inde pugnam committerent : Athenio autem auctor erat, ne se ipsos obsidione intercludi paterentur, sed potius in aperto campo dimicarent. Cum igitur potior vila esset hæc sententia, iuxta Scirthæam castrametati sunt, quadraginta millia non pauciores. Aberant verò ab iis Romanorum castra passibus 1250. Primò igitur velitares pugnæ subinde committebantur : sed cum tandem vtrinque aciem instruxissent, diuque ancipiti Marte pugnatum esset, ac multi ab vtraque parte cecidissent, Athenio stipatus 200. selectis equitibus, strage omnia circumquaque implerit, verùm genu vtroque vulneratus, postea & tertio vulnere in alia corporis parte accepto, pugnæ vtilis esse desiit. Quamobrem fugitiui animum despondentes, fugæ se dederunt. Athenio autem cum mortuus crederetur latitauit, & simulata aliquantisper morte, cum primum nox aduenit, fuga sibi salutem peperit. Præclaram verò adepti sunt Rom. victoriam, Triphonis comitibus & illo ipso in fugam conuersis, multisque in fuga cæsis, tandem viginti millia cæsorum compererunt esse. At reliqui commoditate noctis vsi, ad Triocala confugerant, quamquam & hos interficere facile erat Imperatori, si persequutus eos fuisset. Adeo autem abiecerat animos seruus, vt etiam de redeundo ad dominos, séque eorum potestati committendo, deliberatio ab iis proposita fuerit. Eorum tamen vicit sententia, qui auctores erant vt ad extremum vsque spiritum dimicarent, nec ipsi sese ipsos prodentes in manus hostium se traderent. Sexto post die imperator ad obsidenda Triocala venit, qui cum hostes cæderet, vicissimque ab illis cæderetur, tandem inferior discessit. Qua ex re multum fiduciæ ac spiritus defectoribus rediit. Nec verò ipse Imperator vlla in parte (siue præ desidia, siue quod muneribus corruptus esset) officio suo satisfaciebat. Vnde etiam postea in iudicium à Rom. vocatus, multatúsque fuit. At C. Seruilius missus Imperatori Lucullo successor, ipse quoque nihil quidquam memorabile gessit: quare eodem quo Lucullus modo mulctatus exilio fuit. Dum hæc geruntur, moritur rex Trypho. Regno succedit Athenio hic vrbes obsidendo, totámque regionem incursionibus pro libidine infestãdo, prædaque potitus, non obsistente Seruilio potitus est. Porro exacto annuo spacio, Romę quintũ consul cum C. * Acylio creatus fuit C. Marius. Missus autem Acylius aduersus defectores Imperator,

* al. Aquilio.

DIODORVS Siculus.

ita se fortiter gessit, vt defectores illustri prœlio superauerit. Quin etiam cum ipsorum rege Athenione conferta manu heroicum prœlium commisit: tandémque eum interfecit, accepto solo vulnere in capite, ex quo sanatus aliquanto post fuit. Moxque defectorum reliquias bello persecutus decem millia hominum. Verum hi cum impetum eius non sustinuissent, sed ad loca munita confugissent, non tamen Acylius omnia tentare prius destitit, quàm eos expugnatos in potestatem redegit. Quum autem superessent adhuc mille, quorum dux erat Satyrus, primum quidem conatus est armis eos subigere, postea verò cum legatis missis se dedidissent, in præsens quidem pœnam remisit, sed Romam abductos cum bestiis commisit, vbi proditum est a quibusdam, eos maxima cum laude vitam finiuisse. Nam certamen cũ bestiis detrectasse, & ad publicas aras mutuis vulneribus occubuisse, cúmq; vltimum ex iis ipse Satyrus interfecisset, eum post reliquos omnes, cum magno ac plane heroico animi robore, sibi manus intulisse. Bellum igitur seruile in Sicilia, cum annos durasset propemodum quatuor, hunc fere tragicum exitum habuit.

Gladiatores.

Venit, inquit, e Pessinunte Phrygiæ sacerdos quidam magnæ Deorum matris nomine Battacis, qui se iussu Deæ asserens adesse, in Senatu coram magistratibus dixit: Sacra Deæ polluta esse, atque ideo Romæ publice expiari debere. ferebat ad id vestem, aliáque corporis ornamẽta noua & nunquam Romanis visa, coronámque auream magnitudine inusitata, & stolā floribus intextis & inauratam, regio sanè splendore. Itaque e rostris ad populum verba faciẽs, ad superstitiosum cultum eos incitauit, & hospitiis publicis & diuersoriis exceptus, à tribuno plebis A. Pompeio coronam ferre prohibitus est. Ab altero autem tribuno deductus in rostra, & de templi expiatione interrogatus, superstitiosum sanè responsum reddidit. Itaque a Pompeio seditiosè tractatus, & cum iniuria ad hospitium deductus non amplius prodiit, non se modò, verum etiam Deam iniuriose habitam esse dicens. Pompeius vero ex tempore febri vehementi corripi cœpit, vnde paulò post mutus factus est, anginæque doloribus supra modum vexatus, post diem tertium expirauit, multique eo quod sacerdotem, ipsámque Deam offendisset, diuina quadam prouidentia extinctum suspicabantur. Superstitionibus enim mirum in modum dediti Romani sunt. Quare Battacis sacræ stolæ indutus ornamento, amphoribus à viris multis & fœminis hospitiis exceptus, Romaque discedẽs cum pompa dimissus est.

Solent Romani milites ducem, quando aduersus hostes cum illis pugna contendens, supra sex mille hostium profligasset, Imperatorẽ hoc est regem renunciare.

Vide P. Valerianum suis lib. vi. de militia Romanorum.

Ex libro XXXVII. & VIII. & aliis sequentibus.

AIT Diodorus bellum quod dicitur Marsicum, sua ætate cæteris antecedentibus

Marsorum bellum.

διὰ τῆς ἰδίας ἀνδρείας ἐπιφανεῖ μάχῃ τοὺς ἀποστάτας ἐνίκησε. καὶ πρὸς αὐτὸν δὲ τὸν βασιλέα τῶν ἀποστατῶν Ἀθηνίωνα συμβαλὼν, ἡρωϊκὸν ἀγῶνα συνεστήσατο. καὶ τοῦτον μὲν ἀνεῖλεν, αὐτὸς δ' εἰς τὴν κεφαλὴν τρωθεὶς ἐθεραπεύθη· καὶ στρατεύει ἐπὶ τοὺς ὑπολειπομένους τῶν ἀποστατῶν, ὄντας μυρίους. οὐχ ὑπομεινάντων δὲ τὴν ἔφοδον, ἀλλ' εἰς τὰ ὀχυρώματα καταφυγόντων, ὅμως Ἀκύλλιος οὐκ ἀπέστη, πάντα πράττων, ἕως αὐτοὺς * ἐκπολιορκήσας ἐχειρώσατο. ἔτι δ' ὑπολειπομένων χιλίων, καὶ στρατηγὸν ἐχόντων τὸν Σάτυρον· τὸ μὲν πρῶτον ἐπεβάλετο διὰ τῶν ὅπλων αὐτοὺς χειρώσασθαι. μετὰ δὲ ταῦτα, διαπρεσβευσαμένων, καὶ παραδόντων ἑαυτοὺς· τῆς μὲν παραχρῆμα τιμωρίας ἀπέλυσεν· ἀπαγαγὼν δὲ εἰς τὴν Ῥώμην, θηριομάχας αὐτοὺς ἐποίησε. τοὺς δέ φασί τινες ἐπιφανεστάτην ποιήσασθαι τοῦ βίου καταστροφήν. τῆς γὰρ πρὸς τὰ θηρία μάχης ἀποστῆναι, ἀλλήλους δὲ ἐπὶ τῶν δημοσίων βωμῶν κατασφάξαι· καὶ τὸν τελευταῖον αὐτὸν τὸν Σάτυρον ἀνελόντα, τοῦτον δ' ἐπὶ πᾶσιν αὐτοχειρία ἡρωϊκῶς καταστρέψαι. ὁ μὲν οὖν κατὰ Σικελίαν τῶν οἰκετῶν πόλεμος, διαμείνας ἔτη σχεδόν που τέτταρα, τραγικὴν ἔσχε τὴν καταστροφήν.

* ἐκπολιορκήσας.

Deinde muri extruebantur, vt ſimul decies mille numeraret viros, Sol autem telis obtegebatur, ac mare nauibus, terra militibus, aër iaculis erat plenus. Præſentia quoque & futura eodem habebantur loco, ſic vt omnes tenerentur, omniaque tanquam Neptuno deſcendente commouerentur. Themiſtocles cùm in ſe ſuſcepiſſet omnia, ſuumque conſilium propugnaculi inſtar conſtituiſſet, & ſolus rectis oculis, tum præſentibus omnibus, tum futuris rebus obſtitiſſet, nec vt ij qui Solem aſpiciunt, ſe auertiſſet, quod omnibus propemodum acciderat, non modo Græcorum ſpem non fefellit, ſed & exſpectationem magnopere mutauit. Nam cùm pleriq; nihil non extremum ſe perpeſſuros crederent, & ad turpes rationes ac difficilia perfugia ſe conferrent, tantam fecit rerum mutationem, vt ſi quis eos diſceſſum barbarorum interrogaſſet, num nec illos bellum intuliſſe, nec ſe res eas geſſiſſe, eáque diſcrimina ſub ire vellent, mortem ſibi omnes potius, quam vt ista non peregiſſent, optaturi fuiſſent.

[*Parum abeſſe, ferè, propemodum, propius factum e'i nihil, non procul erat, non procul dixero, vt ita dicam, vt dictum videatur, vt id dictum dicam, parum abeſſe, parum abeſt quin dicam, tantum non.*]

Vſque eo non ſpem tantùm, etiam qui longiſſime ſperauerunt, ſed & votum fere omniũ ſuperauit. Dic enim per Deos (aut alius ſermoni ſuccedat) quid facere tum Themiſtoclem oportuerit, in eo rerum ſtatu? Vtrũ conuocatis Athenienſibus, de Ideis differere, ac quid eſſet ipſum iuſtũ, & ipſum honeſtum docere, quidq; ſemper eſſet, nec vllũ haberet ortũ? Ac cito eos & ortus, ac natura & omnia defeciſſent: An id vnde primum fortitudo ſit & ignauia dicta, quærere, & vtrum fluerent an non omnia? an male res ſuas fluere comperiſſent. Verùm quid omnino dicendum aut faciendum erat? Hæc enim tertia iam interrogatio, quaſi teſſera, profertur. Vnde verò Themiſtoclem examinabimus, vtrum reuera conſiliarius, præfectus ac dux fuerit, an aliud mereatur nomen. Atqui eſt alterutrum neceſſe, vt vel res ab eo geſtas quis reprehendat, vel quid, quod faciendum fuerat, omiſerit, prælata honeſtati voluptate ac facilitate, oſtendat. Et quanquam prudentiam res geſtas ſubſequentem, & in otio factas reprehenſiones, non eſſe magni momenti tradunt: tamen etiam hoc concedam, ac ſi quis vel factum melius, vel ſermones præſtantiores, vel conſilium iuſtius adhiberi potuiſſe oſtenderit, vel omnibus vtilius per quod ipſe inſtituitur, ipſe crimen in me ſuſcipiam.

[Vel sic dicas, non esse magni momenti dicunt. Multa enim quæ studio ac meditatione bene coniuncta apparuerunt, suo tempore malorum causa fuisse visa sunt. Vel etiam sic: Multa enim in consiliis iudicata recta esse, exequendo damna attulerunt: similiáque non plura alia, sed talia nunquam, eáque manifestè malefacta, neque consueta accusatis, non magnam præbeat licentiam loquendi. Vel sic: Accusatis non satis consuetè facere videantur, si hic pro se causam dicant. Etenim quomodo consentient cum gestis non rectè præcedentibus tanquam benè. in his enim inerat necessitas, vnde processit enthymema, in illis verò necessitas nulla, & epicherematis substantiam constituit.

Ipse qui sciebat futurum, si summum ius quærerent, & de principatu contenderent, vt pessum irent omnia, ne quid agerent scire possent: ipse inquam Atheniensibus persuaserit, vt sese submitterent, ac Lacedæmoniis in præsentia principatum concederent, eundem sibi ipsis à volentibus Græcis recuperaturum pollicitus. Nec verò fidem fefellit, ac nomen potius fere principatus, quàm ipsum iussit imperium concedere. Nam si rem spectemus ipsa sibi imperium, illis nomen detulerunt, ac præter communem salutem, & cum hostes fortitudine, tum socios mansuetudine superatos, dignitatem quoque præclarissimam sunt & augustissimam consecuti, quandoquidem ducum duces erant redditi. Hoc edictum non adulator, quantum iudico, nec qui oculos demitteret, aut auditoribus se submitteret, sed Deorum aliquis per Themistoclis os protulit. Cùm videret ipsos lacrymantes, audiret liberos ac mulieres quiritantes, aliquot necessariò relinqueret, ac videretur vrbs propemodum vi capta, meritò, (nam & futura erant omnibus incerta, paruáque spe atque infida subnixa, & præsens rerum status, amissionem vrbis, bonorum vitæque totius prioris continebat.)

Eosque tanquam pueros firmo animo & cogitationibus, non oculis tantum stantibus deducebat. Nonne ergo indignum est, ô terra, ac Dij, dictorum factorúmque duces (nec enim cohibere me possum) Socratem fugientem laudare, eumque Lachete honestius discessisse dicere, Themistoclem autem, qui fugandis hostibus, non fugiendis fortitudinem piam declarabat, cuiusque virtutis fructum tota percepit Græcia ignauiæ ac molliciei nomine tam facilè donare. Qui etiam ex Eubœa victor intercedebat, ea gessit interea, quæ nemo vnquam aliorum ad fugam festinantium. Et ais non esse magni admodum pretij salutem. Quin ergo Diis etiam seruatoribus, qui & singulatim nos conseruant, & earum rerum ferendarum Græcis tunc auctores fuerunt. Verùm omittam maledictionem: quid autem consequatur, difficilius est conijcere ex oratione, * quàm explicare.

[ἢ οὕτως ἐρεῖς, οὐδὲν φασι λαμπρὸν, οὐδ᾽ ὑπερήφανον. πολλὰ γὰρ ἃ κατὰ μελέτην ἔδοξεν ἄριστα βεβουλεῦσθαι, ἐπὶ τῷ καιρῷ ἐδείχθη τῶν ἀτυχημάτων αἴτια φανέντα· ἢ καὶ οὕτω, πολλὰ γὰρ ἐν ταῖς βουλαῖς τὴν κρίσιν τοῦ νικᾶν λαβόντα, ἐπὶ τῆς χρείας τὴν αἰτίαν ἀπηνέγκατο τῆς * ἀτυχίας· καὶ οὐκ ὀλίγα ἀλλὰ τοιαῦτα. ἀλλὰ μή ποτε τοιαῦτα, καὶ τὰ περιφανῶς οὐκ εὖ πεπραγμένα, οὐδὲ βεβουλευμένα τοῖς αἰτιωμένοις, οὐ πολλὴν παρέχοι τὴν παρρησίαν. ἢ οὕτω * τοῖς αἰτιωμένοις δόξειεν ἂν εἰς οὐκ εὔλογον ποιεῖν, ἀποβλέπων ἀπολογίαν· ἀλλὰ γάρ πως ἀπαντήσει ταῦτα τοῖς μὴ ὀρθῶς προελθοῦσιν, ὥσπερ τοῖς οὐ φαύλως. ἐν ἐκείνοις μὲν γὰρ ἐνῆν τὸ δέον, ἐξ οὗ προήγετο τὸ ἐνθύμημα· ἐν τούτοις δὲ τὸ μὴ δέον προχειριζόμενον, καὶ αὐτὴν ἐπέχει τὴν γένεσιν τοῦ ἐπιχειρήματος.]

Συνιδὼν ἐκεῖνος, ὁ πάντα ἄριστος, ὡς εἰ τὸ δίκαιον ἀκριβῶς ἐξετάζοι, καὶ στάσις ἐγγένοιτο ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας· ἅπαντα ἀπόλοιται κακῶς, καὶ οὐχ ἕξουσιν ὅτι χρήσονται· πείθει τοὺς Ἀθηναίους ὑφεῖσθαι, καὶ συγχωρῆσαι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ τότε τὴν ἡγεμονίαν ὑποσχόμενος, παρ᾽ ἑκόντων αὐτοῖς τῶν Ἑλλήνων * αὐτὴν ἀνακτήσασθαι· καὶ οὐκ ἐψεύσατο. σχεδὸν δέ τι καὶ τοὔνομα τῆς ἡγεμονίας, ἀλλ᾽ οὐκ αὐτὴν ἔπεισε παρεῖναι. ἐπεὶ τό γε ἀληθὲς εἰπεῖν, αὐτοῖς μὲν τὴν ἡγεμονίαν, ἐκείνοις δὲ τὴν ἐπωνυμίαν ἀνέθεσαν· καὶ περιεγένετο αὐτοῖς ἄνευ τῆς σωτηρίας τῆς κοινῆς, τὸ τῶν μὲν πολεμίων ἀνδρείᾳ, τῶν δὲ συμμάχων πρᾳότητι κρατῆσαι· καί τι σχῆμα τῷ παντὶ κάλλιον, καὶ σεμνότερον. ἡγεμόνων γὰρ ἡγεμόνες κατέστησαν. τοῦτο τὸ ψήφισμα, οὐ κόλαξ (ἐμοὶ δοκεῖν) ἄνθρωπος, οὐδὲ κάτω βλέπων, οὐδ᾽ ὑποπεπτωκὼς τοῖς ἀκούουσιν· ἀλλὰ θεῶν τις διὰ τῆς Θεμιστοκλέους * γλώσσης ἐφθέγξατο. ὁρῶν μὲν αὐτοὺς δακρύοντας, ἀκούων δὲ παίδων καὶ γυναικῶν ποτνιωμένων, ἔτι δὲ ὑπολειπομένων τινῶν ἀναγκαίως, παραπλησίου δὲ μάλιστά πως ὄντος, ὥσπερ ἂν εἰ ἑαλωκυίας τῆς πόλεως κατὰ κράτος εἰκότως. τὸ μὲν γὰρ μέλλον ἦν ἅπασιν ἐν ἀφανεῖ, λεπτὴν καὶ ἄπιστον ἔχον τὴν ἐλπίδα· τὰ δὲ παρόντα, στέρησις πόλεως, καὶ κτημάτων καὶ διαίτης ἁπάσης τῆς προτέρας. καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς ὥσπερ παῖδας, ἀξιομάχους ἐξῆγε τῇ ψυχῇ, καὶ τοῖς λογισμοῖς ἑστῶσιν, οὐ μόνον τοῖς ὀφθαλμοῖς. οὐκοῦν δεινὸν, ὦ γῆ καὶ θεοὶ, καὶ λόγων καὶ ἔργων ἡγεμόνες. ἐξάγομαι γὰρ εἰπεῖν Σωκράτη μὲν καὶ τῆς φυγῆς ἐπαινεῖν, καὶ φάσκειν ἐκεῖνον ἀναχωρεῖν κάλλιον Λάχητος. Θεμιστοκλέα δὲ ὡς διώκων, οὐ φεύγων τοὺς πολεμίους τὴν ἀνδρείαν ἐπεδείξατο, καὶ οὗ τῆς ἀρετῆς ἀπήλαυσεν ἅπασα ἡ Ἑλλὰς ἃ τῆς δειλίας καὶ τῆς ἀνανδρίας ἐστὶν ὀνόματα, τούτοις καλοῦντα μὴ φροντίζειν. ὃς καὶ ὅτ᾽ ἀπ᾽ Εὐβοίας ἀνεχώρει νενικηκὼς, τοιαῦτα ἐν μέσῳ διεπράττετο, οἷα ἂν οὐδείς πω τῶν ἐπειγομένων ὁπωσοῦν ἀπελθεῖν. εἶτα λέγεις, ὡς οὐ πολλοῦ τινος ἡ σωτηρία ἄξιον. τί οὖν κωλύει καὶ τοῖς σωτῆρσι θεοῖς, οἳ καὶ καθ᾽ ἕνα ἡμᾶς σῴζουσι, καὶ τότε ἐκεῖνα κατεργάσασθαι τοῖς Ἕλλησι παρέσχον. ἀλλ᾽ ἐγὼ μὲν ἐάσω τὸ βλάσφημον· ὑπονοεῖν δὲ ὅσῳ τό γε ἐκ τοῦ λόγου συμβαῖνον, ἤ που σφόδρα ἄν τι δόξειε λέγειν.

* al. ἐπιτυχίας
* al. τοῖς ἐπαινουμένοις
* πολλῶν
* Μεν. Μ.Μ.

σχόλιον. [ἀντὶ τοῦ οὐδαμῶς μὲν παραλαμβάνεται τὸ ἥπου ἐνταῦθα· ὁ δὲ Ἀριστείδης ἀντὶ τοῦ πολλῷ πλέον ἔλαβεν. εἰρωνικῶς δὲ τὸ πολλῷ πλέον εἶπεν· οἷον οὐκ ὅλως. καὶ πολλάκις ἥττω τῷ ἥπου ἀντὶ τοῦ πολλῷ πλέον χρῆται μᾶλλον δὲ σχεδὸν ἀεί.]

καὶ νῦν οὐχ ὅμοιον ἐν μέσῃ τῇ θαλάσσῃ περὶ τῶν ἐν τῷ πλοίῳ λέγειν, καὶ τὴν εὐψυχίαν τὴν αὐτοῦ δεικνύναι, καὶ καθήμενον ἔξω τῆς ζάλης ὑπὸ τῷ τοίχῳ. ἃ Πλάτων παντὸς μᾶλλον καλῶς εἰδώς, ἑκὼν ὑπερβαίνει, καὶ κατηγορεῖ Θεμιστοκλέους ἐμβιβάσαντος Ἀθηναίους εἰς τὰς τριήρεις.

σχόλιον. [παροιμία: τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν ἄλλα ἀντ' ἄλλων ποιούντων ἢ * ἐπιτρεπόντων. παρῆκται δὲ ἀπὸ τοῦ τὸν Πρίαμον καὶ τὴν Ἑλένην ἐκ τοῦ τείχους θεωροῦντας τοὺς Ἕλληνας, περὶ αὐτῶν διαλέγεσθαι.]

ἐγὼ δ', εἰ μὲν ἦν ἕτερον τρόπον νικῆσαι, ἢ καὶ σωθῆναι τὸ πρότερον, τάχα ἄν τι τούτοις ὤμην τοὺς λόγους εἶναι. ὅτε δ' ἦν αἵρεσις, ἢ ναυμαχοῦντας κρατεῖν, ἢ κατὰ γῆν ἀπολωλέναι· πῶς ἦν ἴσον; ἢ τίς ἡ θαυμαστὴ φιλοσοφία, τεθνάναι μάτην, ἐξὸν μετὰ τῆς μεγίστης εὐδοξίας σωθῆναι; ἀρχὴν δ' ἔγωγε οὐκ ἐπινοῶ, ποῦ διακέκριται, κατὰ γῆν μὲν νικῆσαι, καλὸν εἶναι· ἐν θαλάττῃ δ' αἰσχρόν; ἢ τὴν μὲν κρανίαν καὶ τὰς βύρσας πολλοῦ τινὸς ἀξίας εἶναι· τὰ δὲ νήια καὶ τοὺς κωπέας τοῦ μηδενός.

σχόλιον. [Λείπει τὸ δεῖ νομίζειν. κρανίαν, τὴν περικεφαλαίαν λέγει· βύρσας δέ, τὸ ὅπλον, παρὰ τὸ ἔχειν βύρσας περὶ αὐτό. νήια δέ, τὰ σχοινία· κωπέας δέ, τὰ ξύλα τὰ πρὸς κώπας ἐπιτήδεια.]

εἰ δ' ἅπασα μὲν ἡ γῆ κατείληπτο, ἐπέρρει δὲ ὥσπερ θαλάττης ἐπίκλυσις ἡ στρατιά, πάντα δὲ ἄρδην ἀνηρπάζετο· ἀναβλέπειν δὲ οὐκ ἦν, ἀλλ' ἐν τοῖς στενοῖς οὐ τῆς Πελοποννήσου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐλπίδων ἐκάθηντο· ἀπέκειτο δὲ μήτε γῆς μήτε θαλάττης εἶναι μηδαμοῦ· τί ταῦτα τοὺς Ἀχαιοὺς ἀπὸ τοῦ πύργου κρίνομεν.

(παροιμία: ὥσπερ ὁ Πρίαμος ἐκ τῶν τειχῶν καὶ Ἑλένη.)

μόνος δέ μοι δοκεῖ πάντων ἀνθρώπων ἢ κομιδῇ γε ἐν ὀλίγοις δεῖξαι Θεμιστοκλῆς ἀληθῆ τὸν λόγον ὄντα, ὃν πάλαι μὲν Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς εἶπεν, ὕστερον δὲ οἱ πολλοὶ παραλαβόντες ἐχρήσαντο· ὡς ἄρα οὐ λίθοι, οὐδὲ ξύλα, οὐδὲ τέχνη τεκτόνων αἱ πόλεις εἶεν, ἀλλ' ὅπου ποτ' ἂν ὦσιν ἄνδρες αὑτοὺς σώζειν εἰδότες, ἐνταῦθα τείχη καὶ πόλεις. εἰ μὲν * οὖν αὐτοῦ γνώμῃ μόνον περὶ τούτων ἐκέχρητο Θεμιστοκλῆς, ἐκείνου τίς ἂν εἶπεν αὐτὸν τὴν κατηγορίαν πεποιῆσθαι; ἐπεὶ δὲ καὶ θεὸς ταῦτα ἀνελὼν φαίνεται· ἐγὼ μὲν ὀκνῶ λέγειν, πᾶς δ' ἄν τις συνίη τὸ λοιπόν. ὁ δ' οὖν Θεμιστοκλῆς λαμπρῶς ἀποφεύγει τὴν αἰτίαν. τουτὶ γὰρ * ἄν μοι τῆς ἀπορίας διαλύσαντες, ἕως ἐχέτωσαν τιμὰς τὰς αὐτὰς τῷ Ἀπόλλωνι, στησάτωσαν παρὰ τὸν τρίποδα τὸν ἐν Δελφοῖς, ὃν οἱ Ἕλληνες ἔθεσαν ἐκ τῶν τοὺς βαρβάρους καταπολεμῆσαι, καὶ τὰ ἐκείνων λαβεῖν ἀπὸ τῶν βαρβάρων, ἀνέστησαν. ὁ μὲν τοίνυν θεὸς θείαν προσεῖπε τὴν Σαλαμῖνα, ὡς ἐν αὐτῇ μελλόντων ἔργων ἔσεσθαι κρειττόνων, ἢ κατὰ (πάντα) τἀνθρώπινα. Πλάτων δὲ τὸν ταῦτα κατεργασάμενον, καὶ τὸν κομίσαντα αὐτοὺς εἰς τὴν Σαλαμῖνα, λυμήνασθαί φησι τοῖς πράγμασι καὶ τῶν πρὸς ἡδονὴν ὑπηρετούντων οὐδὲν γενέσθαι βελτίω. καὶ γάρ τοι μετὰ τὴν ναυμαχίαν, συλλεγέντων εἰς τὸν ἰσθμὸν ἁπάντων, καὶ φερόντων τὴν ψῆφον ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τοῦ Ποσειδῶνος περὶ τῆς ἀριστείας:

* τοίνυν.

* ἐμοί.

* ἥπου pro οὐδαμῶς capitur, hic autem Aristides pro πολλῷ πλέον accepit. Ironice vero dixit πολλῷ πλέον, velut non prorsus. Et sic saepe ἥπου pro πολλῷ πλέον utitur, quin fere semper.

Iam aliud est in mari medio de re nautica disserere, suamque ostendere fortitudinem, aliud extra tempestatem † ad parietem sedentem. Quae cum Plato probè sciat, sponte negligit, & Themistoclem accusat, qui Athenienses in triremes compulerit.

[† Prouerbium. Dicitur in eos qui aliud pro alio faciunt aut permittunt. ortum, a Priamo & Helena, qui e muris Graecos de se disserentes videbant.]

Ego verò, siquidem vincere quis posset, vt non se seruaret prius, aliquid a te dici putarem; cum autem vel nauali praelio vincendum, vel terrestri pereundum fuerit, quae haec fuisset philosophia, cum liceat magnificentissimè seruari, temerè mori? Ac prorsus equidem non intelligo, cur terrestris victoria pulchra sit, turpis marina, vel cassis atque corium magni sint pretij, rudentes ac remi nullius.

[Deest δεῖ νομίζειν. κρανίαν, pro galea dicit, βύρσαν verò pro armis, quod corio tegerentur: νήια funes. κωπέας verò, ligna necessaria ad remos.]

Sin tota erat occupata terra, exercitus instar maris inundabat, omnia diripiebantur, nec vel respicere licebat. Verùm in angustia non Peloponesi modò, sed etiam spei sedebant, nec vsque vel terrarum vel maris futuri credebantur, cur ita de Achiuis ex turre iudicamus.

[Prouerbium, vt Priamus & Helena ex muris.]

Solus porrò vel inter paucos admodum videtur hoc dictum Themistocles comprobasse, quod cùm Alcaeus poeta protulisset olim, multi postea vsurparunt: *Non lapides, non ligna, nec fabrorum artem ciuitates esse: sed vbi viri sunt, qui seipsos seruare norint, ibidem & vrbes esse & moenia.* Ita si suo dumtaxat consilio his in rebus vsus esset Themistocles, cur quis diceret ab illo fuisse accusatum? Cum autem Deus quoque idem iusserit, quid consequatur, vt equidem vereor dicere: ita quiuis facile intelligit. Themistocles certe prorsus absoluitur.

Hunc enim si soluerint nodum, donec tribuant honores Apollini, iuxta Delphicum tripodem, quem de Barbaris dedicarunt Graeci, STANTO.

Ac Deus quidem diuinam vocauit Salaminem, quippe ad quam maiora quàm pro viribus humanis erant facta peragenda. Plato autem horum auctorem, quique Salaminem illos deduxit, Graecis nocuisse dicit, nec iis, qui voluptati plebis subseruirent, meliorem prorsus extitisse. Quare cum post nauale praelium essent omnes in Isthmum collecti, & ex arca Neptuni de principatu sententiam ferrent,

quamuis in ea liceat aliquã ingrati animi turpitudinem Græcorũ accusare, possumus tamen de cetero gratum animũ laudare, ac pro Themistocle suscipere. Cùm enim seipsum quisq; primo posuisset loco, secundum omnes pronunciarũt Themistoclem. Ergo de principatu sententia ex eo quod est omnibus in natura situm, ne quis magis quam se diligat, præueniebat: ideoque nec momentum habebat vllum, nec erat venia indigna: Verum quæ de secundis ferebãt partibus, ea veritatis erat illustre testimonium, nec eos aliter censere posse ostendebat. Quapropter si prædictum fuisset initio, ne quis sibi palmam tribueret, omnes erant Themistoclem pronunciaturi, quem quidem omnibus aliis præferebant singuli, nec aliter primus, ac tum secundus fuisset. Similiter & nunc, postquam eum secundo posuerunt loco, perinde fecerunt, ac si primo posuissent. Verùmtamen ne sic quidem inferiores tulit potius, quam vtroque vicit. Nam prima quidem erat à veritate, & à seipso consecutus: quandoquidem idem, quod alij, solus iuste fecerat: secunda verò iam ei concessa fuerant. sic vt omni ratione primus esset. Et quoniam posteriores quoque clades eius recensere possem, ac quomodo totum negotium fuerit confectum, qualemque in his ille se præbuerit, declarare: vellem equidem eam nobis ab oratione afferri necessitatem, vt etiam de his esset dicendum. nam ea nec leuiora, ni fallor, vel minora forent iis, quæ iam relata sunt. Verùm quoniam & argumentum superant, & nimium crescit oratio, omittam ea, & hoc tantum hac etiam de re addam, cum postquam contra Græciam fuit militandum, mori maluisse, qua quidem re cum crimen omne dissoluit, tum ostendit manifeste, quanti priores gestas res & reipublicæ administrationem faceret, nec vnquam se scientem quicquam virtute & officio prius habiturum, non diuitias, non liberos, non spem, non ipsam salutem. Atque existimo equidem & sacerdotes, & quisquis alius Athenis preces faciebat, merito tum quidẽ publice quotannis hoc iussisse inter alia oraturos, vt aliquis apud ipsos Themistocli similis nasceretur, & inter ceterum prouentum hoc etiam bonum terra produceret. Nec enim minorem videntur mihi fructum fuisse percepturi, quàm si omnia cum centesimo, vel etiam maiore fœnore regio protulisset. Ac puderet me propemodum, cum tot ac talia dixerim, testes insuper adhibere, nisi vnius esset aliquod momentum testimonij, quod proferendum censeo. Videamus ergo quid Æschines Socratis sodalis, Platonis autem condiscipulus dixerit: *Quoniam igitur Themistoclis ausus es vitam carpere, vide qualem adortus sis virum. Itaque cogita vnde sol oritur, atque vbi occidat. Non est, inquit, hoc difficile, Socrates, cognoscere.* Postque plurimas laudes hanc quoque adiungit.

[*Tantum hic illi prudentia præstabat.*] *Quare cum aliquando esset ex vrbe expulsus, gratias ei ceu conseruatori suo retulit, & cum alia multa dona, tum Magnesiæ totius imperium dedit:*

Themistocles [illegible] cadit.

Æschines Socraticus.

Themistocles exsulans.

ἔξεστι μέν τι καὶ ἀγνῶμον ἐνταῦθα κατηγορῆσαι τῶν Ἑλλήνων, ἔξεστι δὲ τὸ λοιπὸν τῆς εὐγνωμοσύνης ἐπαινέσαι, καὶ λαβεῖν ὑπὲρ Θεμιστοκλέους. ἕκαστος γὰρ ἑαυτὸν πρῶτον φέρων, δεύτερον συνεξένευσαν ἅπαντες διδόντες Θεμιστοκλέα. ἡ μὲν οὖν τοῦ πρωτείου ψῆφος, οἶμαι, τῷ πᾶσι φύσει συμβεβηκότος ἀνθρώποις ἦν· τοῦτο δ' ἐστί, μηδένα ἑαυτοῦ μᾶλλον φιλεῖν, ὥστε οὔτε ἰσχυρὸν εἶχεν οὐδέν, οὔτε συγγνώμης ἀπήλλακτο. ἡ δ' ὑπὲρ τῶν δευτέρων, σαφὲς ἤδη σύμβολον ἦν τῆς ἀληθείας, καὶ ὅτι οὐκ εἶχον ἑτέρως διαθέσθαι. ὥστε εἰ προειρημένον ἦν ἐξ ἀρχῆς μηδένα ἑαυτὸν φέρειν, ἀλλ' ἕτερον, Θεμιστοκλέα πάντες εἰπεῖν ἔμελλον, ὅν γε καὶ πάντες ἑαυτοῖς προσήκειν αὐτῷ καὶ ὁμοίως ὡς πρῶτος ἐψηφίζοντο, ὥσπερ τοὺς δευτέρους. οὕτω καὶ νῦν δεύτερον εἶναι ψηφισάμενοι, προσεσήμηναν ὥσπερ ἂν εἰ πρῶτον ἐψηφίσαντο. οὐ μὴν οὐδ' οὕτως ἔλαθεν ἔχων ἀπελθεῖν, ἀλλ' ἀμφοτέροις ἐνίκησε. τὰ μὲν γὰρ πρῶτα, καὶ παρὰ τῆς ἀληθείας, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβών, εἴπερ τό γε αὐτὸ τοῖς ἄλλοις ἐποίησε μόνος τῶν ἄλλων δικαίως· τὰ δὲ δεύτερα ἤδη συνεχωρήθη, ὥστε ἐξ ἁπάντων πρῶτος ἦν. ἔχων δὲ λέγειν [πολλὰ] καὶ περὶ τὴν ὕστερον αὐτοῦ συμφοράν, καὶ ὅπως ἂν ἅπαν τὸ πρᾶγμα συνεσκευάσθη, καὶ ὁποῖόν τινα καὶ τούτοις παρέσχεν ἑαυτόν· ἐβουλόμην ἂν ἐν τούτῳ χρείας εἶναι τὸν λόγον, ὥστε καὶ περὶ τούτων ἐπείγειν εἶναι διελθεῖν. οἶμαι γὰρ * οὐδὲ φαυλότερα οὐδ' ἐλάττω τῶν εἰρημένων ἤδη εἰπεῖν ἂν περὶ αὐτά. ἐπεὶ δὲ ἅμα τ' ἔξω τῆς ὑποθέσεώς ἐστι, καὶ μῆκος ἐπεισέρχεται τοῖς λόγοις, παραλείψω ταῦτα, τοσοῦτον προσθεὶς ἅμα μὲν καὶ περὶ τούτου τοῦ μέρους, ὅτι ἐπειδὴ ἔδει στρατεύειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, προείλετο τελευτᾶν, ἔργῳ μὲν * λύσας πᾶσαν αἰτίαν, δείξας δὲ ὁπόσου τιμᾶται τὰς προτέρας πράξεις, καὶ τὰ πολιτεύματα· καὶ ὅτι οὐδέποτ' ἑκὼν εἶναι τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ προσήκοντος οὐδὲν πρότερον ποιήσεται, οὐ πλοῦτον, οὐ παῖδας, οὐκ ἐλπίδας, οὐ τὴν σωτηρίαν αὐτήν. ἐγὼ μὲν οἶμαι καὶ ἱερέας, καὶ ἱερείας, καὶ ὅστις ἄλλος Ἀθήνησιν εὔχεται, δημοσίᾳ τοῦτ' ἂν εἰκότως καθ' ἕκαστον ἔτος πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις προσεύχεσθαι. καὶ γοῦν ἐκείνους τοὺς χρόνους, καὶ ἕως ἐξῆν, γενέσθαι τινὰ αὐτοῖς ἄνδρα ὅμοιον Θεμιστοκλεῖ, καὶ μετὰ τῆς ἄλλης φορᾶς, καὶ τοῦτ' ἐνεγκεῖν τὴν γῆν τἀγαθόν. οὔκουν ἐλάττω γ' ἂν ὠνῆσθαί μοι δοκοῦσιν, ἢ εἰ πάντα εἰς ἑκατόν, καὶ ἔτι πλείω τῆς χώρας αὐτῆς ἐξενεγκούσης. ἀλλὰ μὲν τοίνυν ᾐσχυνόμην ἂν ἐπὶ τοσούτοις, καὶ τοιούτοις, τοῖς εἰρημένοις μάρτυσι προσχρώμενος. ἔστι δ' ἔτι πρὸς μιᾶς μαρτυρίας, ἣν δεῖ προσαρκέσαι. σκεψώμεθα δὴ τίνα ἄττα λέγει περὶ Θεμιστοκλέους ἡμῖν Αἰσχίνης ὁ Σωκράτους μὲν ἑταῖρος, Πλάτωνος δὲ συμφοιτητής. ἐπειδὴ τοίνυν τῷ Θεμιστοκλέους βίῳ ἐπιλαμβάνεσθαι ἐτόλμησας, σκέψαι οἵῳ ἀνδρὶ ἐπιτιμᾶν * ἠξίωσας· ἐνθυμήθητι γὰρ ὁπόθεν ὁ ἥλιος ἀνίσχει, καὶ ὅπου δύεται. ἀλλ' οὐδέν, ἔφη, χαλεπόν, ὦ Σώκρατες, τὰ τοιαῦτα εἰδέναι. καὶ μετὰ πολλὰ ἄλλα ἐγκώμια, ἐπάγει καὶ ταῦτα. [τοσοῦτον αὐτῷ ἐκεῖνος τῷ φρονεῖν περιεγένετο.] τῷ γάρ τοι φυγάδι ποτὲ αὐτῷ τῆς πόλεως γενομένῳ, ὡς σωτῆρι μεγίστῳ ὑπ' αὐτοῦ χάριν ἀποδοῦναι καὶ ἄλλα τε δῶρα πολλὰ ἐδωρήσατο, καὶ Μαγνησίας ὅλης ἀρχὴν ἔδωκε.

* al. οὐδέν.

* ἅπασαν αἰτίαν.

* al. δέ.

* [illegible]

ὥστε καὶ φυγὰς ὢν τοῦτο τὰ πράγματα μείζω ἦν, ἢ πολλῶν Ἀθηναίων, καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν εἶναι δοκούντων, οἶκοι μενόντων. τίς ἂν οὖν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ δικαίως ἂν αἰτίαν ἔχοι μεγίστην, δυνάσθαι ἄλλος, ἢ Θεμιστοκλῆς, ὃς τὸν τὴν ἀφ' ἡλίου ἀνίσχοντος, μέχρις ἡλίου δυομένου βασιλεύοντα, στρατηγήσας τῶν Ἑλλήνων, κατεστρέψατο. ἐνθυμοῦ οὖν, ἐφ' ᾧ ἐγώ, ὦ Ἀλκιβιάδη, ὅτι ἐκείνῳ, τοιούτῳ ὄντι, οὐχ ἱκανὴ ἡ ἐπιστήμη, * τοσαύτη οὖσα, ἐγένετο, ὥστε φυλάξασθαι μὴ ἐκπεσεῖν, μηδὲ ἀτίμως ὑπὸ τῆς πόλεως γενέσθαι· ἀλλ' ἐνεδέησε. καὶ μὴν ἐξ ἴσου μὲν ἔγωγε οὐδέ ποτ' ἂν θείην Αἰσχίνην Πλάτωνι, μή ποτε οὕτω φιλονεικήσαιμι· ἀλλ' ἀφείσθω τοῖς * τόποις τῶν σοφιστῶν ἡ κρίσις αὕτη. φημὶ δὲ ὅσῳ μείζων καὶ τελειότερος Πλάτων εἰς λόγους, τοσούτῳ μᾶλλον ὑπὲρ γε Θεμιστοκλέους ἐκεῖνα προσήκει δέχεσθαι. τὸν μὲν γὰρ ἀκούσαντα εἰκὸς λέγειν, ἢ ὅτι ἐγγυτάτω ἐκείνων. ὁ δὲ τῆς φύσεως οἶμαι κέχρηται τῇ περιουσίᾳ. ὥσπερ καὶ ἄλλα δή που μυρία διεξέρχεται ἐπὶ τῷ Σωκράτους ὀνόματι, περὶ ὧν ὁμολογεῖται μηδὲν ἐκεῖνον πραγματεύσασθαι. δίκαια μὲν οἶμαι ποιῶν κατ' αὐτό γε τοῦτο, καὶ ἀνδρὸς ἀρίστου τὸν διδάσκαλον ἀξιῶν κοσμεῖν, πλὴν ὅτι καὶ τὸ μηδ' ἄλλους τῶν οὐκ ἀξίων καθαιρεῖν ἐθέλειν, προσεῖναι προσήκει.

Ἐκ τῆς κοινῆς ἀπολογίας.

Τὸ Προοίμιον.

Ἃ μὲν τοίνυν περὶ τῶν ἀνδρῶν εἰπεῖν εἰκὸς ἦν, μήτε τῶν ἀναγκαίων εἰρῆσθαι μηδὲν παραλιπόντας, μήτε πάντα ἐφεξῆς οἰομένους δεῖν λέγειν, ὡς ἂν μή που δοκοίημεν ἀπειροκάλως ἔχειν, ταῦτά ἐστιν. ἰσχυρίζεται δ' οἷς προσέπταισαν πρὸς τὸ δημόσιον, ὥσπερ εἴ τινες χεῖρον ἔγνωσαν περὶ αὐτῶν αὐτοὺς χείρους ἡγεῖσθαι προσῆκον, ἢ τῷ καὶ ἄλλους τινὰς εἰς αὐτοὺς ἐξαμαρτεῖν, οὐδ' ἡμᾶς τοῦ προπηλακίζειν ἀπέχεσθαι δέον. ἀλλὰ μὴν ὅπου γε καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσιν αὐτοῖς εἰκὸς εἶναι συγγνώμην, ἦ που τοῖς γε ἄγουσιν αὐτοὺς πρὸς τὰ * βέλτιστα, καὶ οἷς ὅθ' ἡμάρτανον οὐκ ἐπείθοντο· δεινὸν εἰ μὴ φήσομεν. Πλάτων τοίνυν ὡς μὲν ἐκείνοις χρώμενοι κατώρθουν, * οὐδὲν ἐᾷ σκοπεῖν· ἃ δὲ εἰς αὐτοὺς ἐκείνους ἐξημάρτον, τοσοῦτον ἀπεῖχον τὰ δοκοῦντά γε ἐκείνοις ποιεῖν, [ὡς] ταῦτα * κατηγορεῖ. καὶ ἃ μὲν τῆς παιδείας αὐτῶν ἀπέλαυσαν, ὑπερβαίνει· ἃ δὲ οὐχ ὧν ἐπαιδεύθησαν ἦν, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ἐμμεμενηκότα, ταῦτ' ἐπ' ἐκείνους ἄγει, τοὺς ὅπως μηδὲν ἁμαρτήσονται πᾶν ὅσον ἦν, * ἐν αὐτοῖς πράττοντας. ὥσπερ ἂν εἴ τις τοὺς γραμματιστάς, τοὺς παραδείξαντας τοῖς παισὶ τὰ γράμματα, καὶ δείξαντας γράφειν, ἐκ τῶν δυνατῶν αἰτίους εἶναι φάσκοι τῶν περὶ * ταῦτα ἁμαρτημάτων, εἴ τι μὴ καλῶς ὕστερον, μηδ' ὡς χρὴ ἔγραφον * ἀφ' ἑαυτῶν. εἰ δὲ μὴ πάντας ἐπαίδευσαν, μηδ' ὡς οἷόν τε ἀκριβέστατα, μηδ' ὡς μάλιστα ἠβουλήθησαν· τί τό γε ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων τῆς ἐκείνων προστασίας αἴτιος πέφηνε; οὐ γὰρ τῆς ἐκείνων ὁμιλίας τοῦτο ἀπέλαυσαν· ἀλλ' οὐκ ἀπέλαυσαν ἐκ νεότητι [τι] τούτου γε. οὔκουν ἐξ ὧν προσεῖχον αὐτοῖς, ἐκ τούτων ἥμαρτον· ἀλλ' ἐξ ὧν οὐ προσεῖχον, ἐπλημμέλησαν. * οὕτως ἄγε ἐπείθοντο σαφῶς, ἄρ' οὐ πείθοντες, ἔπειθον καλῶς. τὴν δὲ πολιτικὴν εἰ μὴ πάντας ἐπαίδευσαν Ἀθηναίους Θεμιστοκλῆς, καὶ Περικλῆς, καὶ Μιλτιάδης, καὶ Κίμων, μηδ' ἅπαντας ἐφεξῆς βελτίους ἐποίησαν κατὰ φυλάς· καὶ κατ' ἄνδρα ὥσπερ θεωρικὸν τὴν ἐπιστήμην διανέμοντες. εἶθ' οὕτω φυεῖς τι φήσομεν κατ' αὐτὴν δεινοὺς, ὡς οὐδ' αὐτοὶ βελτίους ἦσαν οὐδένες εἰς ταῦτα.

sic vt exul esset meliore, quam Athenis ciues plerique, qui probi videbantur conditione. Quis igitur illo tempore potentissimus fuisse arbitratur alius, quam Themistocles, qui regem ab ortu ad occasum Solis imperantem, Græcorum dux deuicerit. Hoc igitur, inquiebam, cogita, Alcibiade, illi, qui talis esset, scientiam talem non suffecisse, ne eiiceretur, & à suis ignominia notaretur. Atque vt Æschinem cum Platone nolim comparare, nec ea de re contendere, verum hoc iudicium sophistis ineptis malim relinquere, ita quo maior erat doctior Plato, hoc magis illa pro Themistocle credi ato debere. Nam hic quidem quæ audiuit, vel his certe proxima videtur tradere: ille autem ingenio vtitur suo, quemadmodum & alia multa sub nomine Socratis tractat, de quibus nihil eum fatetur disputasse. Ac recte quidem & iuste facit, dum præceptorem studet ornare, nisi quod nec alios, qui non merebantur, insuper dedecorare velle debebat.

EX COMMVNI

Defensione.

Atque hæc quidem vere sunt, quæ de Viris erant dicenda, sic vt nec ea quæ dici oportebat, omitteremus, nec omnia sigillatim putaremus esse referenda, ne cui inepte videremur. Se his offensionibus populi muniunt, quasi ipsi, quoniam nonnulli minus recte de illis statuerint, deteriores habendi sint, aut cum alij quidam in eos peccauerint, nec nos à conuitiis abstinere debeamus. Quinimo cum etiam ipsis qui peccauerant, merito venia tribuatur, mirum erit, si illis qui eos ad optima quæque duxerant, & quibus, cum peccarent, nō obtemperauerāt, negabitur. Iam Plato nihil eorum, quæ ex illorum consilio recte gesserunt, considerari permittit: quæ autem in illos ipsos peccauerant, in iis tantum ab illorum voluntate recesserunt, vt ea culpentur, & fructus quidem eos, quos ex illorum institutione perceperant, transilit, quæ autem non tam ex institutione prodierant, quā ex humana natura superfuerāt, hæc illis tribuit, qui, nequid ii peccarent, omnem lapidem mouerant: velut si quis litteratores, qui pueros literas docent, & quantum possunt, scribere, in causa fuisse diceret, si quid minus recte postea per se scriberent. Quod si non cunctos docuerunt, nec accuratissime, neque vt volebant maxime, cur id quod effugit, ad ipsorum quis magistros referat? Nec enim hunc fructum ex illorum consuetudine perceperant potius, quam non iam id illis poterant acceptum ferre. Quocirca non quia illos attendebant, peccabant, sed quia non attendebant, vsque eo illa, quæ persuadebantur, recte illis fouebant.

Cuiusdem vero scientiam nisi Athenienses omnes docuerint, Themistocles, Pericles, Miltiades, & Cimon, atque cunctos ex ordine tributim ac virtum meliores reddiderant, scientia quasi Theatrali pecunia distributa, ne ipsos quidem ea in re excelluisse dicemus.

ARISTIDES

Nec illud Protagoræ tui tibi sufficit, si vulgus vel ex parte aliqua ad virtutem perduxerunt, verum nisi omnia quam rectissime populus, & quasi vir vnus administrauit, id iam Præfectis imputas. Nam ergo mirum erit, si nec illi, cum multa bona docuissent Athenienses, ac noxas multas impediuissent, se nuper eos cohibere potuerunt, neque morbos immortales curarunt, sed a populi natura siue potius communi hominum sunt vice, nec iniquitatem prorsus è ciuitate potuerunt extirpare, quemadmodum cum agricolæ quotannis agri detrimenta excindant, nec per totum semen penetrant. Hæc modo si & illos, cum ciuitatem purgare vellent, necessarium iniustitiæ atque ingrati animi semen effugit, & remansit, nec ipsis obtemperarunt omnia, quin etiam per se populus nonnulla instrueret, cur hæc improbitatem viris afferant, aut ipsis imputentur aliena? Quasi quis exorta seditione, & his meliori parti præpositus, tum aliorum in hos peccata his ipsis tribueret. Quomodo autem sit æquum, qui nec ea fecerunt, & insuper prohibere voluerint. Quia si nec eos quorum est fama læsa, iisdem putabit antis vti debere: idque non ad maledicendum vicissim, sed vt se per alios absoluant, quomodo eum probabit, qui prior, nulla coactus necessitate maledixit, vt illos peiores videri curaret, dextrum quid putare iussit. Enimuero nesciebas te his prouerbiis teneri, *ignem verberare, lapidem coquere, saxa seminare.* Quod enim illi ex admonitionibus tuis ac sermonibus lucrati sunt: quam rem vel diuinam vel humanam post eum diem, quo tibi aures præbuerat Dionysius, vel Dio, rectius administrarunt! Tanto nostros nos, o Plato, quam tu tuos, meliores effecimus. Quod si horum indolem dices meliorem fuisse, hac quoque in re nostram declaras prudentiam, qui spem in his aliquam posuerimus, cum tu toto erraueris cælo, quando cum illis vtiliter te disputaturum credidisti. Deinde sicut ea in quibus alios vicerunt, indoli tribuis, sic etiam si quid tibi satis temere videntur egisse, hoc eidem indoli imputa, neque cum quæ nobis imperantibus gesserunt, ea nostro consilio detrahis, quæ per se in nos peccarunt, ea nostræ iniquitati adscribe. Vt enim illarum rerum nos quoque auctores fuimus, ita horum nequaquam.

Prouerbia.

Et Pollis iterum Platonem reducebat, ac Dionysium vel absentem reuerebatur, & eius mandata in animo conseruabat, te quem videbat & alloquebatur, nihili faciebat; sic vt admirabilis tua persuadendi vis imperio Dionysij cederet, & illi Pollis quanuis talia præceperat, operam suam nauabat, tibi nullam, etsi Spartanus erat, & in ea nutritus Rep. cui tu secundas vel primas potius tribuis, itaque frustra videbaris vrbem Spartanam tot illis laudibus exornasse.

καὶ οὐκ ἀγαπᾷς τῷ σῷ Πρωταγόρᾳ, εἰ καὶ * καθ' ὅσον οἷόν τε προυβιβάσατε τοὺς πολλοὺς εἰς τὸ βέλτιον· ἀλλ' εἰ μὴ πάντα ὁ δῆμος ἀνεγκλήτως, καὶ ὥσπερ εἷς ἀνὴρ μετεχειρίσατο, τοῦτ' ἤδη τῶν προστατῶν ἐστι σοι. τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἐκεῖνοι πολλὰ καὶ χρηστὰ συμβουλεύσαντες Ἀθηναίοις, καὶ πολλὰ τῶν δυσχερῶν κωλύσαντες, μὴ διὰ τέλους αὐτοὺς ἐδυνήθησαν κατασχεῖν, μηδὲ ἀθανάτα ἰάσασθαι νοσήματα τῆς δήμου φύσεως, εἴτε τῆς κοινῆς ἀνθρώπων δεῖ λέγειν, ἃ μηδὲ ἠδυνήθησαν καθάπαξ ἐκ τῆς πόλεως ἐξελεῖν ἀδικίαν, ὥσπερ γεωργοὶ τὰ λυμαινόμενα τῇ χώρᾳ καθ' ἕκαστον ἐκκόπτοντες, εἶτ' οὐκ ἐφικνούμενοι διὰ παντὸς τοῦ λυμαινομένου τῆς χώρας] ὥσπερ καὶ τούτους εἰ τὴν πόλιν καθαίροντας ἐξέφυγε καὶ ἔμεινε σπέρμα τι κακίας ἀδικίας καὶ ἀγνωμοσύνης, καὶ οὐ * πάντη ὑπήκουσαν αὐτοῖς, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ καθ' αὑτὸν ὁ δῆμος ἐβουλεύσατο, πῶς * τοῦτο τοῖς ἀνδράσιν ἔχει φαυλότητα; ἢ πῶς δεῖ τὰ * ἐκείνων ἑτέροις λογίζεσθαι; ὥσπερ ἂν εἰ καὶ στάσεως οὔσης ἐν τῇ πόλει, καὶ τούτων τῷ βελτίονι προεστηκότων τῆς ἑτέρας στάσεως, εἰ τὰ τῶν ἑτέρων * ἁμαρτήματα, καὶ τὰ εἰς τούτους πλημμεληθέντα, αὐτοῖς τούτοις τις * προστιθείη. καὶ τίνα ἔχει φύσιν, μήτε δρῶντας ταῦτα, καὶ προσέτι κωλύειν ἀξιοῦν. ἀλλὰ μὴν εἴ γε μηδὲ κακῶς ἀκούσασι * καλῶς ἔχειν εἰπεῖν ἐφείη τις, ταῖς [αὐταῖς] χρήσασθαι λαβαῖς, καὶ ταύταις μὴ ὅτι τῷ κακῶς αὐτοὺς εἰπεῖν, ἀλλ' ὅτι διὰ τῶν ἐκείνου τὰ αὑτῶν ἀπολύσασθαι· πῶς εἰρηκέναι γ' αὐτὸν πρότερον κακῶς, ἃ μηδεὶς ἠνάγκαζε, καὶ δι' ὧν χείρους ἐβούλετο ἐκείνους ἀποφῆναι, δεξιόν τι νομίζειν καλέσει; ἐλελήθεις ἄρα σαυτὸν ἁπάσαις ταῖς παροιμίαις ἐνεχόμενος, εἰς πῦρ ξαίνων, καὶ λίθον ἕψων, καὶ σπείρων τὰς πέτρας. τί γὰρ τῶν συνουσιῶν καὶ λόγων * ἀπήλαυσαν ἐκεῖνοι; τί τῶν θείων ἢ τῶν ἀνθρωπίνων ἄμεινον μετεχειρίσατο Διονύσιος ἢ Δίων, μετ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ σοι τὰ ὦτα ὑπέσχεν; τοσοῦτον ἡμεῖς ἀμείνους τοὺς ἡμετέρους, ὦ Πλάτων, ἀπεδείξαμεν, ἢ σὺ τοὺς σούς. εἰ δ' ἐρεῖς, ὅτι βελτίους οὗτοι τὴν φύσιν, καὶ ταύτῃ φρονιμωτέρους ἡμᾶς ἀποδεικνύεις, εἴ τινας ἐν τούτοις ἔχομεν ἐλπίδας, οὐχ ὥσπερ σὺ τοῦ παντὸς διημαρτηκὼς, ἐκείνοις διαλεχθεὶς περιέσεσθαι τῇ δόξῃ ἐπίστευες. ἔπειτα ὥσπερ ἐν οἷς βελτίους ἑτέρων γεγόνασι, τὴν φύσιν αἰτιᾷ, οὕτως * εἴ τι καὶ προπετέστερον εἰργάσθαι σοι δοκοῦσι, τῆς φύσεως, * αὐτὸν θὲς τῆς αὐτῆς, καὶ μὴ λάμβανε ἐφ' ἡμᾶς· μηδ' ἃ μὲν ἡμῶν ἡγουμένων κατέπραξαν, ἀποστέρει τοὺς συμβουλεύσαντας, καὶ τοὺς συγκατειργασμένους ἡμᾶς τῷ δοκεῖν τὰ βέλτιστα παραινέσαι· ἃ δὲ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν ἐξημάρτον εἰς ἡμᾶς, ταῦτα ὡς ἡμεῖς ἀδικοῦμεν, λέγε. ἐκείνων μὲν γὰρ καὶ ἡμεῖς αἴτιοι τὸ μέρος, τούτων δὲ οὐδὲ μικρόν.

* al. καθ' ὅσον.

* προάγειν.

* αἰτία.

* al. καὶ τί.

* ἑτέρων ἐκείνων.

* ἁμαρτηθέντα.

* προστιθείη.

* al. κακῶς.

* ἀπέλαυσαν.

* ἔπει.

* αὐτὸν θὲς.

* al. ἀπόντα.

* al. σοῦ.

καὶ ὁ Πόλλις αὖ πάλιν παραλαβὼν Πλάτωνα, Διονύσιον μὲν καὶ * ἀπόντα ᾐσχύνετο, καὶ ὧν ἐπέσκηψεν ἐμέμνητο· * σὲ δὲ ὁρῶν, καὶ συνὼν, παρ' οὐδὲν ἐποιεῖτο. ἀλλ' [ἡ] θαυμαστή σου δύναμις καὶ πειθὼ καὶ οἱ λόγοι ἡττᾶτο τῶν ἐντολῶν τοῦ Διονυσίου· καὶ Πόλλις ἐκείνῳ μὲν συνεβάλλετο, καὶ ταῦτα τοιαῦτα ἐπιτάξαντι, σοὶ δὲ οὐδέν. προσθῶμεν δὲ, ὅτι καὶ Σπαρτιάτης ὢν, καὶ τεθραμμένος ἐν νόμοις καὶ πολιτείᾳ, δ' ὅσπερ τῶν πασῶν ἔχουσῃ παρὰ σοὶ κρίνῃ· μᾶλλον δὲ τὰ πρῶτα τῶν οὐσῶν· καί σοι μάτην (ὡς ἔοικε) τὰ πολλὰ ἐκεῖνα εἰς τὴν τῶν Λακεδαιμονίων πόλιν εἴρηται.

ὁ γοῦν

ARISTID.

ὁ γοῦν τῶν Λακεδαιμονίων ποτὲ ναύαρχος τοσοῦτον διήμαρτε τῆς σῆς ἀξίας, ὅσον οὐδ᾽ ἂν εἷς Περσῶν ἢ Σκυθῶν, οἷς οὐκ ἦν συνιέναι τῆς σῆς φωνῆς τὸ παράπαν. καίτοι γε εἰ μὲν ἠξίους αὐτὸν (τὸν ναύαρχον τῶν Πελοποννησίων Πόλλιν) ἄμεινόν τι γνῶναι Διονυσίου περὶ σέ, καὶ βουλεύσασθαί τι βέλτιον· ὁ δὲ οὐ προσεῖχέ σοι τότε νῦν, ἀλλὰ μὴ τοῦ τυράννου ἦν, * καὶ τὰ αἴσχιστα ἐπιτεταγμένου· πῶς οὐχ ἡττῶ πάμπολυ τοῦ τυράννου; καὶ πῶς δικαίως ἂν ἔφερες, εἴ τινα τῆς πειθοῦς ἐπιχειρῶν ἀπετύγχανες; εἰ δὲ σὺ μὲν στέργειν ἠξίους τοῖς παροῦσιν, ὁ δὲ οὐκ ᾐδεῖτό σου τὴν σιωπήν, οὐδ᾽ ἀπ᾽ αὐτῶν λόγων ἡγεῖτο ἱκανωτέρους εἶναι τοὺς προσήκοντας αὐτῷ λογισμοὺς περὶ σοῦ διαγνῶναι· πῶς τῶν εἰκότων ἐτύγχανες, ἢ πῶς τὰ πρέποντα ἀπέλαβες τῆς φύσεως τῆς σεαυτοῦ; νὴ Δί᾽ ἀλλ᾽ οὐδὲν σὺ χείρων, εἰ παρέπαιε Πόλλις καὶ Διονύσιος. οὐδέ γε ἡμεῖς, ὦ μακάριε, εἴ τις * περὶ ἡμᾶς Ἀθηναίων φαῦλος ἐγένετο. καὶ πωλοῦντος Πόλλιδος Ἑλλήνων μὲν οὐδεὶς ὠνεῖτό σου τὴν ἱερὰν κεφαλήν, οὕτω πάντες κατείχοντο ὑπὸ τῶν σῶν λόγων. Λίβυς δέ τις ἄνθρωπος Ἀννίκερις ὄνομα, ὃν οὐδ᾽ ἠπίστατο ἀνθρώπων οὐδείς, εἰ μὴ ταῖς σαῖς συμφοραῖς ἀπεχρήσατο. νῦν δ᾽ οὐ Πλάτωνα ἐπρίατο, ἀλλὰ δόξαν ἑαυτῷ καὶ τὸ γιγνώσκεσθαι. * μή τοι νομίσῃς ἡμᾶς ἀγνοεῖν τοὺς σοὺς λόγους, ἢ οὐ συγχωρεῖν ἀληθὲς εἶναι, ὡς οὐ θέμις ἀνδρὶ βελτίονι ὑπὸ χείρονος οὔθ᾽ ὑβρίζεσθαι οὔτε βλάπτεσθαι. ἴσμεν μὲν ταῦτα, καὶ μαρτυροῦμεν ὡς ἀληθῆ λέγεις. ὅμως δέ γε ὁ θαυμαστὸς ἐκεῖνος ἐραστής σου οὐδὲν ὅ,τι ὕβρεως καὶ ἀσελγείας ἀπέλιπε. καὶ σὺ μὲν * οὐδὲν ὑβρίσθης ἴσως· ὁ δὲ οἷς ᾤετο ὑβρίζειν, πλείω ταῦτα ἔπραττεν, ἢ δι᾽ ὧν ᾤετο τιμήσειν· ἀλλ᾽, ὦ πάντων θαυμάσιε Πλάτων, * μὴ δὴ ἀμφοῖν ὠθεῖν· καὶ ταῦτα οὐ διὰ τῶν φίλων ἑνὸς καὶ τῶν ἐχθρῶν, ἀλλὰ διὰ σαυτοῦ τε καὶ τούτων, οὓς μᾶλλον φίλους ἦν εἰκὸς ἡγεῖσθαι. εἰ δὲ μή, σκόπει, μὴ ὅτι ἐγκαλέσεις, ἀλλ᾽ ὅτι ἀπολογήσῃ πρότερον. τοσαῦτά ἐστι καὶ τὰ σά. εἰ δ᾽ αὐτὴν ἐφ᾽ ἑαυτῆς δεῖ τὴν προαίρεσιν ἐξετάζειν· ἀναίτιον μὲν τί σοι ἴσως πως, ἀναίτιοι δὲ ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ τοὔμπαλιν καὶ προσέτι (καὶ) τὸ κρατῆσαι τῶν πραγμάτων, καὶ τὸ μείζω ταῦτα εἶναι τῶν τε ὑπὸ σοῦ σπουδαζομένων, ὧν τε αὐτοὶ προσεκρούσαμεν. σὺ μὲν τοίνυν (τὸν Ἀγαμέμνονα ὀνειδίσαντι τὸ γένος ὡς νόθον) ἐλέγχειν ἡμᾶς ἀξιοῖς, καὶ σαυτὸν ἐλέγχεις· ἡμεῖς δὲ * ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν λέγοντες, καὶ τὰ σὰ θεραπεύομεν. μᾶλλον δέ τι τῆς ὑπὲρ σῆς ἀπολογίας καὶ ἡμεῖς μετέχομεν, σοὶ δ᾽ οὐχ ὅσον ἡμῖν ὑπάρχει. ὥστε εἰ μὲν ἡμῶν τις φείσεται, ἄδηλον εἰ καὶ σοῦ· εἰ δέ σου τις καταγνοίη, τάχα ἂν ἡμῖν γε συγγνοίη· εἰ δ᾽ αὖ (γε) μηδ᾽ ἡμῶν φείσαιτο, χαλεπή γε σοὶ ἡ ἐλπίς· οὕτω τὸ νικᾶν ἡμᾶς ὑπὲρ σοῦ γίνεται. πρὸς ταῦτα σκόπει μὴ τὸ ἐμόν, ἀλλὰ καὶ τὸ σόν, Τεῦκρός ἐστι πρός τινα, καὶ μὴ βούλη πάντα ἀκριβῶς ἐξετάζειν, μηδὲ τριῶν ὄντων εἰς ἅ τις * ἂν βλέψειε, τῆς γνώμης, τῶν ἔργων, τῆς τύχης· ἀφεὶς τὰ δύο, τὸ τρίτον λαμβάνου· καὶ ταῦτα καὶ τούτου τὸ πλεῖστον μέρος μεθ᾽ ἡμῶν ὄντος. εἰ γὰρ ἡμᾶς ἔδει ταῦτα προσιδέσθαι ἐξ ἀρχῆς δι᾽ ἐπίδοσιν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπιδοῦναι, οὐκ ἂν ὠκνήσαμεν, οὐδ᾽ ἠλαττώθημεν τοῦ Κόδρου τοσοῦτον· καὶ σύ γ᾽ ἂν οἶμαι ταῦτα συνεβούλευσας.

* al. ταῦτα ἃ ἤχιστα. * al. περὶ. * al. μὴ τοί. * al. οὐδέν. * al. μὴ δι᾽ ἀμφοῖν. * ὑπέρ. * ἀν.

Quocirca Laconicæ quondam classis præfectus, tantum in dignitatem tuam peccauit, quantum nec Persarum quisquam, nec Scytharum, qui vocem tuam prorsus intelligere non poterant. Atqui siquidem volebas eum [nauarchum Peloponnesiorum Pollin] melius aliquid in te, quam Dionysium, consulere, nec ille te attendebat, verum absentis, & qui turpissima preceperat, totus erat, multum a tyranno vincebaris, nec iure cuiquam potes obiicere, si quid minus alicui persuadere potuit: sin tu quidem fortunam præsentem æquo ferebas animo, ille vero silentium tuum non reuerebatur, nec sermone quouis potentius ad conuemens consilium de te capiendum iudicabat, quomodo ius tuum consequebaris, aut ingenij tui, quem meritus eras, fructum capiebas? At non ideo tu peior, si Pollis ac Dionysius delirarunt: neque nos, bone vir, si quis erga nos, Atheniensis improbus extitit. Et, vendente Pollide, Græcorum quidem nullus te sacrum caput redemit (vsque eo cuncti tua tenebantur eloquentia) verum Afer quidam, Anniceris nomine, quem nemo, nisi tua calamitate fuisset abusus. Nunc vero non Platonem, sed famam & celebritatem sibi comparauit. Ne forte putes nos rationes tuas ignorare, aut falsas credere, cum negas virum meliorem à peiore posse iniuria affici vel lædi. Quæ cum sciamus, & verè dici testemur, ille tamen magnus amator tuus, nihil petulantiæ nec contumeliæ reliquum fecit, & quamuis tu nullam patereris iniuriam, ille nihilominus ea potius quibus iniuriam, quam in quibus honorem tibi deferre se putaret, faciebat. Quocirca noli, admirande Plato, vtrumque transfigere, idque alterum amicum, hostem alterum; verum teipsum & hos pete, quos potius debebas pro amicis habere. Alioqui nō tam quid accuses, quam quid prius excuses vidēdum tibi fuerit, siquidem tua quoque tanta sunt. Sin ipsum per se considerādum est consilium, nec tuum culpari iure potest, nec etiam eadem de causa nostrum, quo accedit vt voti compotes facti simus, & hæc tum tuis studiis, tum nostris offensis sint maiora. Quare cum tu nos (vt alter Agamemnon exprobrans genus tanquam spurium) redarguere studes, teipsum quoque refellis: nos, dum nobis suppetias ferimus, tuā quoque rem agimus. Quinimo tua defensio nobis quoque conuenit, verum tibi non tot, quot nobis sunt adiumenta. Itaque vt nobis quis parcat, incertum sit an & tibi; sin te condemnet, nobis fortasse veniam dabit. Quod si nec nobis parcat, nihil erit tibi sperandum: vsque eo victoria nostra cedit in tuum commodum.

Quapropter etiam tua require, non mea.

Inquit ad * quendam Teucer, nec omnia conare studiose scrutari, neque cum tria sint consideranda, animus, facta, fortunæ, duobus omissis, arripe tertium, cuius item pars maxima nobiscum facit. Etenim si his initio relictis, pro Græcia nos deuouere debuissemus, non eramus recusaturi, neque Codro tantum cessuri: atque ad id tu, credo, adhortatus esses.

* Quendam: … Aiace Sophoclis.

ARISTIDES.

Age vero vtrum hoc maluisses, vt nihil à nobis gestum vnquam fuisset, nec in nos ciuium quisquam peccasset (itaque tam in nos, quam in illos, erant alij peccaturi) an vt hæc quoque, si fuerat opus, quo fierent illa, contigissent. Hæc, arbitror, malles. Ergo cum vtrumque te, quam neutrum, malle dicis, cum omnia quæ requirebantur, in administrationem nostram incidisse confiteris, tum plura vrbi, de quibus glorietur, quam ob quæ reprehendatur, suppetere. Quin ergo laudas potius quam vituperas. Denique cur ab iis rationes repetimus solis, qui soli rerum auctores non fuerunt. Nam nec primos reprehendimus aurigas, si quis eosdem equos alius deteriores reddiderit. Verum & aurigę equorúmque domitores, magistri fiunt pluris, cum alij eandem potestatem nacti, non eodem modo se gerunt, idque eodem tempore. Age vero, quæ viris his acciderint, etiam percurramus. Neque enim omnes eodem modo populus condemnauit, neque id illi communi decreto sunt passi, neque etiam prorsus omnes. Verùm Themistocles quidem & Cimon Ostracismo sunt expulsi. Id autem non erat odij, nec quia alienus erat ab illis plebis animus, sed legem hac de re conscriptam habebant, quæ vt olim se habuit, (id enim omittam, nisi quis eam valde voluerit laudare) illorum tamen delictum non carebat excusatione, cum haberet aliquem decorem, quandoquidem ex lege proficiscebatur. Lex autem sic erat, vt eos *qui cæteris antecellerent in annos decem ablegarent*. Nec aliud deerat crimen, neque quasi conuicta res esset ira. Indignum sit ergo, si eos, quos nec ipsi poterant qui eiecerunt reprehendere, nos istorũ causa reprehendamus? vt qui certi nihil sciamus, sed rumorem quemdam, cúmque obscurum accusemus. Sed vt huc redeam, quod ad gloriam comprimendam hoc exsilij genus introduxerunt, ea res, quantum ab adulatione fuerint hi remoti, indicat clarissimè. Quocirca ne nimis elati fierent, hac sola de causa illos ablegarunt. Itaque non contra ipsos hoc dixisti, sed insciens pro ipsis. Egregiè tu quidem potes, quæ dicuntur obseruare, & alios refellere. Nam cum calamitates eas, in quas tempore Pisistridarum incurrerant, considerassent, videntur neminem voluisse cæteris præferri, sed omnes æqua vigere potestate. Rectè ne igitur Cimonem atque Themistoclem eiecerunt? Equidem non dico, non tamen prorsus impudenter, sed vt & ipsi defensionem haberent, & illi non inhonestam paterentur iniuriam. Pericli vero donec in pace vigebat ciuitas, nullum nec magnum nec paruum crimen est impositum, verum Deorum instar colebatur, & quamuis prius etiam Athenieñses nõ paucos contra fœdifragos in prœlium eduxerat, non tamen inculpatus modo, sed & facile primus fuerat. Postquã vero simul & agro carere cogebatur, & pestis cuncta vastans incũbebat, nec erat malorũ vlla requies, tum demũ calamitatibus succũbẽtes in illũ sũt exacerbati.

Quatuor virorum casus in Atheniensium Rep.

Ostracismi lex.

Pericles.

ἐπεί, φέρε πρὸς φιλίου, πότερ' ἂν μᾶλλον ἐβουλήθης, μήτε τὰ πραχθέντα δι' ἡμῶν πεπρᾶχθαι τῇ πόλει, μήτε εἰς ἡμᾶς μηδένα τῶν πολιτῶν ἐξαμαρτεῖν; οὐκοῦν ἕτεροι καὶ εἰς ἡμᾶς καὶ εἰς ἐκείνους ἔμελλον, ἢ ἐκείνων γε ἕνεκα ὥστε πραχθῆναι, καὶ ταῦτα εἰ δέοι συμβῆναι. ἐγὼ μὲν οἶμαι ταῦτα. οὐκοῦν ὅτ' ἀμφότερα φαίης ἐθέλειν μᾶλλον, ἢ μηδ' ἕτερα, ὁμολογεῖς καὶ τοῖς πεπολιτευμένοις ἡμῖν ἅπαντα ἃ προσῆκει προσεῖναι, καὶ μειζόνως τὰ πρὸς εὐδοξίαν τῇ πόλει τῆς αἰτίας εἶναι. πῶς ἂν οὖν δικαίως ἦθα μᾶλλον ἐπαινεῖν, ἢ ψέγεις; ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, πῶς δίκαιον, μόνους ἀπαιτεῖν εὐθύνας, τοὺς οὐ μόνους τῶν πραγμάτων αἰτίους, οὐκοῦν τούς γε ἡνιόχους αἰτιώμεθα, οὓς ἐξ ἀρχῆς ἂν ἵππους, τοὺς αὐτοὺς ἵππους παραλαβών, κακίους ἀποδείξῃ· ἀλλὰ καὶ ἡνίοχοι καὶ πωλοδάμναι καὶ διδάσκαλοι μειζόνως εὐδοκιμοῦσιν, ὅταν τῶν αὐτῶν ἕτεροι κύριοι καταστάντες, μὴ τῶν ἴσων ἄξιοι γίγνωνται, καὶ ταῦτα δι' αὐτῶν γε καὶ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους. φέρε δὴ καὶ περὶ τῶν συμβεβηκότων αὐτῶν τοῖς ἀνδράσι σκεψώμεθα, καὶ διέλθωμεν. οὐ γὰρ ἅπαντας ὁ δῆμος οὑτωσὶ κατεψηφίσατο, * οὐδ' ἀπὸ κοινοῦ δόγματος ταῦτα ἔπαθον· ἀρχὴν δὲ οὐδὲ ταῦτα πάντες. πόθεν· ἀλλὰ Θεμιστοκλῆς μὲν καὶ Κίμων ἐξωστρακίσθησαν· τοῦτο δ' ἦν οὐ μῖσος, οὔτ' ἀλλοτρίωσις τοῦ δήμου πρὸς αὐτούς· ἀλλ' ἦν * νόμος αὐτοῖς περὶ ταῦτα, ἔχων μὲν ὅπως δή ποτε. ἐῶ γάρ, εἰ μὴ σφόδρα ἄν τις ἐπαινέσαι τὸν νόμον. τὸ δ' οὖν ἁμάρτημα οὐκ ἀπαραίτητον αὐτῶν, ἀλλ' ἔχον τινὰ ἐν τούτοις εὐπρέπειαν· νόμῳ γάρ, ὥσπερ εἶπον, ἐγίγνετο. ἦν δ' ἑξῆς ὁ νόμος, * ἐκόλουον τοὺς ὑπερέχοντας μεθιστάντες ἔτη δέκα· ἄλλο δ' οὐδὲν ἔγκλημα προσῆν, οὐδ' ὡς ἐπὶ ἐλέγχῳ πραγμάτων ὀργή. καίτοι πῶς οὐ δεινόν, εἰ οἷς οὐδ' αὐτοὶ μεθιστάντες εἶχον αἰτιάσασθαι, τούτοις αἰτιασόμεθα ἡμεῖς διὰ τοὺς μεταστήσαντας; ὥσπερ οἱ βέβαιον μὲν οὐδ' ὁτιοῦν ἐπιστάμενοι, ἀκοὴν δέ τινα κατηγοροῦντες, καὶ ταῦτ' οὐδ' αὐτὴν σαφῆ τὴν ἀκοήν. ἀλλ' ἐκεῖσε ἐπάνειμι, * ὅτι ὑπὲρ τοῦ τὰ φρονήματα ἐπισχεῖν, τοῦτο τὸ εἶδος τῆς φυγῆς ἐνόμισαν. οὐκοῦν τούτῳ μέγιστον δῆλόν ἐστιν, ὅσον κολακείας οἱ ἄνδρες ἀπεῖχον, οὕς γε ὅπως ὑφεῖντο (ἄλλου) τοῦ φρονήματος διὰ τοῦτο μεθίστασαν· οὐδενὸς * ἄλλου τῶν πάντων ἕνεκα. ὥστε τοῦτό γε οὐ κατ' αὐτῶν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν, ἔλαθες εἰρηκώς. ὡς δεινὸς σὺ τηρεῖν τὰ λεγόμενα, καὶ τοὺς ἄλλους * ἐλέγχειν. δοκοῦσι γάρ μοι τὰς συμφορὰς ἐνθυμηθέντες τὰς ἐπὶ τῶν Πεισιστρατιδῶν γενομένας ἑαυτοῖς, μηδένα βούλεσθαι μείζον' ἐᾶν τῶν πολλῶν φρονεῖν· ἀλλ' ἐξ ἴσου εἰς δύναμιν εἶναι. δίκαια ἄρα ἐποίουν ἐλαύνοντες Κίμωνα καὶ Θεμιστοκλέα; οὐ λέγω ταῦτα· ἀλλ' οὐδ' ἀναίσχυντά γε παντελῶς· ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς ἔχοντα παραίτησιν, κἀκείνοις οὐκ ἀσχήμονα τὴν * συμφοράν. Περικλῆς δέ, ἕως μὲν εἰρήνην ἡ πόλις ἦγεν, οὐδεμίαν οὔτε μείζω οὔτε ἐλάττω παρ' αὐτοῖς αἰτίαν εἶχεν· ἀλλ' ἐξ ἴσου τοῖς θεοῖς ἐθαυμάζετο. καίτοι πρότερον στρατιὰς πολλὰς ἐξαγαγὼν Ἀθηναίων ἐπὶ τοὺς οὐκ ἐθέλοντας τοῖς δικαίοις ἐμμένειν, οὐκ ἄμεμπτος μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῷ τινι πρῶτος ἦν. ἐπεὶ δ' ἅμα τῆς τε χώρας * ἠναγκάζετο στέρεσθαι, καὶ ὁ λοιμὸς ἅπαντα ἐπιὼν ἐπέκειτο, καὶ κακῶν ἀνάπαυσις οὐκ ἦν. οὕτω δὴ τῶν συμφορῶν ἡττηθέντες, * ἐτραχύνθησαν πρὸς αὐτόν.

* in edit. Fl

* al. ...

* Schol. ...

* al. ...

* al. ἀλλ' ...

* al. ἐλέγχειν.

* al. ...

* al ...

* al ...

καί μοι

καί μοι τοῦ παραδείγματος ἐνταῦθα ἀναμνήσθητι, τοῦ τῶν ἡνιόχων. τάχα γὰρ ἂν ἀλγείης τοῖς * ἅρμασι τοῖς σαυτοῦ, καὶ οὐ τοῖς ἵπποις. ἀλλ' οὐδ' εἶχεν (οὐδ' ὁ Νέστωρ) ὅτι χρήσαιτο, μὴ ὅτι ἐκείνῳ τῷ τὴν πληγὴν λαβόντι· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἄλλοις ἵπποις τεταραγμένοις ὑπὸ τοῦ πάθους· ἀλλ' οὐδ' ἀπολῦσαι τὸν ῥυτῆρα ἐν τῷ θορύβῳ ῥᾳδίως ἠδύνατο· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ χαλκοῦ ζεύγους εἱστήκει, μόνον ὅσα μὴ αὐτὸ τὸ ἀπαξιοῦν.

οἴκοι πονήρως ἐπεπράγεσαν. [illegible]

ἀπεσείσαντο μὲν τὸν ἡνίοχον· ἀποσεισάμενοι δὲ, οὕτως εὖ καὶ καλῶς ἤχθησαν ὑπ' αὐτοῦ τὸν ἄνω χρόνον, ὥστε ἔγνωσάν τε ὃ ἔδρασαν, καὶ μετέγνωσαν, καὶ ὑποκύψαντες ἐξ ἀρχῆς παρῆσαν ἄρχειν καὶ ἄγειν ὅποι βούλοιτο ἑαυτούς. ἀλλὰ μὴν ὅτι καὶ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον εὐδοκίμει, πολλὰ ἑξῆς ἔτη καὶ μετὰ τὴν καταδίκην μέγιστος πάλιν ἦν τῶν πολιτῶν. πῶς οὐκ ἀμφοτέρων ἕνεκα ζηλωτός ἐστι, καὶ τῆς ἀρχῆς, καὶ τοῦ τέλους; οὐ γὰρ τὸ προσκροῦσαι τοῖς ἔμπροσθεν, ἐπεσκότησεν· ἀλλὰ τὸ τιμᾶσθαι μετὰ τοῦτο, πᾶσαν * παρηγορήσατο τὴν συμφοράν. οὐ γὰρ τὸ μέσον, κυριώτερόν ἐστιν ἑκατέρων τῶν καιρῶν· ἀλλὰ κρατεῖ τὸ συναμφότερον τοῦ μέσου. εἴτε γὰρ τοῖς προτέροις δεῖ διδόναι τὴν ψῆφον, ἐτιμᾶτο * ἐξ ἀρχῆς· εἴτε τοῖς ὑστέροις, οὐκ ἐν οἷς κατεγνώσαν ἔστησαν. ἀλλὰ προσεῖχον πάλιν ὡς αὐτῶν βελτίονι. καὶ μὴν οὐχ ὅσον δύο ἀνθ' ἑνός ἐστιν, ἀλλ' * ὅτι καὶ τὸ πλῆθος ἑκάστου χρόνου οὐκ ἴσον, οὐδὲ ἐγγύς. καὶ μὴν οὐδὲ τοὺς * λαχόντας οἴεσθαι χρὴ πάντας καταγνῶναι τὴν γραφὴν αὐτοῦ· ἀλλ' εἶναί τινας, οἳ καὶ τῷ Περικλεῖ καλῶς ποιοῦντες * ἔθεντο. οὐκοῦν πάντως (γε) βελτίους τε καὶ βελτίστους ἦν πεποιηκώς. καίτοι τί φήσομεν, ὦ τῶν Ἑλλήνων ἄριστε, πότερον δίκαιον ὡς εἰς σὲ τότ' ἐκείνους ταῦτα τολμᾶν; ἢ σὲ τῆς ἐκείνων μανίας ὑπεύθυνον εἶναι; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδέτερον ἂν φαίην. καὶ μὴν ἔχοι γ' ἄν τις τοῖς σοῖς λόγοις ἀμυνόμενος διπλᾶ στρέφειν κατὰ σοῦ, καὶ κατὰ Σωκράτους. ὡς καὶ εἰ τὰ μάλιστα ἀδίκως * ὑμῖν ταῦτα συνέβαινε, τρόπον γέ τινα τὰ προσήκοντα ἐπάσχετε· εἴπερ γε τοιούτους ἀπεδείκνυτε, οὓς ἐπαιδεύετε. οὐκοῦν εἰ μὲν τὰ τῶν ὁμιλητῶν ἁμαρτήματα, τῶν προεστηκότων ἐστὶ κατηγορήματα· σαυτοῦ καὶ τοῦ ἑταίρου μᾶλλον κατηγόρηκας, ἢ Περικλέους τι, καὶ ἂν οἴεσθαι, νὴ Δί', εἰ βούλει, τὸ μᾶλλον ἀφίημί σοι· ὅτι γ' οὐχ ἧττον ἀρκεῖ. * εἰ δ' ὑμεῖς ἀναίτιοι, κἀκεῖνος ἐκ τοῦ αὐτοῦ εἰκὸς ἐστιν εἶναι. εἴπερ γε τοῦ ἴσου μέμνησαι, καὶ μὴ ὑπερβαίνεις τὴν γεωμετρίαν ἑκών. εἶθ' ὃν αὐτὸς ἀφῆκας τῆς αἰτίας, τοῦτον διαβάλλεις ἐκ τῆς αὐτῆς ταύτης αἰτίας. καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον, ἄλλῳ μὲν αὖ λέγοντι μὴ πιστεύειν, αὐτὸν δὲ κατηγορεῖν· καὶ δι' ἃ τὸν λέγοντα ἡγοῦ χείρω, διὰ ταῦτα Περικλέα ἀξιοῦν φαῦλον νομίζεσθαι; καὶ τοὺς καταψηφισαμένους αἰτιώμενος ἡμᾶς πείθειν συγκαταγινώσκειν, ὥσπερ χρηστοῦ τινος πράγματος μεθέξειν μέλλοντας· ἀλλ' οὐχ ὃ μηδ' ἐκείνοις καλῶς ἔχει πεποιῆσθαι. κἀκεῖνοι μὲν αὐτοὶ τὴν ἑαυτῶν καταδίκην οὐχ ὑπελογίσαντο, ἀλλ' ἐτίμων πάλιν ὡς χρηστὸν καὶ δίκαιον· ἡμεῖς δὲ οὐ μηδὲν ἄλλο κατηγορεῖν ἔχομεν, τοῦτον ἀτιμάσομεν διὰ τὴν καταδίκην, καὶ τῶν αὐτῶν αἰδεσθέντων, ὃ μὲν ἥμαρτον, ἰσχυρὸν ποιησόμεθα· ἃ δὲ εὖ φρονήσαντες ἔπραττον, ἐν οὐδενὸς μοίρᾳ θήσομεν· καὶ ταῦτα ὁμολογοῦντες, ὡς ἥμαρτον

* παρέδωκε τὴν συνηγορίαν, ἀρχὴν εἶπεν.

* αλ. ἠμφιέσατο.

* αλ. ἐν ἀρχῇ.

* αλ. ὅτι.

* τῶν πολιτῶν ἀπὸ τοῦ κλήρου ἀγορευόντων.

* ἐψηφίσαντο.

* αλ. ὑμῖν.

* αλ. εἰ.

Atque heic mihi aurigarum exemplum recordare, nec enim pœnis potius quam curribus tuis capieris. Sed non potuit Nestoris equus parere vulneratus, non illo tantum sed & reliquis equis hoc casu turbatis. Quid? quod nec frænum in hoc tumultu facile poterat demere, verum tanquam in æneo vehiculo stabat manens, nisi quod commouere se poterat. Domi male habebant[pro infeliciter.]

Aurigam excusserunt. Quemadmodum excusserant, ab eo tam probe fuerant olim gubernati, vt & factum suum cognouerint, & sententiam mutarint, cumque denuo se regere, & quocunque vellent ducere iusserint. Quin si & prioribus annis multis gratiosus fuit, & post condemnationem rursum maximus euasit, nimirum ex vtroque, tam principio quam fine, admirandus exhibetur. Nec enim offensa res priores obscurauit, verum honor post delatus omnem delevit calamitatem. Non enim medium tempus vtrique præstat, verum simul vtrumque medio. Nam siue priora sectetis, in honore primum fuit, siue posteriora, in condemnatione non perseuerabant, sed rursus vt potiorem attendebant. Neque vero duo dumtaxat vni opponuntur, verum ne singulorum quidem temporum spatium est vllo modo æquale. Quinimo nec omnes eum iudices condemnasse censendi sunt, sed aliqui etiam Pericli recte suffragati sunt. Hos igitur meliores atque optimos reddiderat. Quid ad hæc, Græcorum optime, dicemus? vtrum recte illos hæc in te commisisse, an te illorum esse insaniæ reum? Equidem neutrum dixerim. Verumtamen posset aliquis tuis verbis respondens, bifariam contra te & Socratem hoc torquere, quasi recte quodammodo vobis, quamuis iniustissime hæc acciderint, quandoquidem tales discipulos protulistis. Quare si assectarum peccata præsidum culpam continet, teipsum & sodalem potius, aut saltem non minus, quam Periclem & quos volebas, accusasti. Sin vos estis insontes, eodem quoque illi modo debent esse, siquidem æqualitatis meministi, nec Geometriam sponte transgrederis.

Ergo quem ipse à crimine absoluisses, eum criminis eiusdem accusas? Quid autem absurdius quam alteri dicenti non credere, ipsum accusare? propter quæ dicentem peiorem fores habiturus, propter ea Periclem velle improbum videri? Et cum eos, qui illum condemnarunt, improbes, nos ad similem condemnationem hortari, quasi rei alicuius præclaræ, & non eius, quæ nec illos decuerit, participes futuri simus. Illi vero suam condemnationem ipsi non excusarunt, sed rursum tanquam probum & iustum in oculis tulerunt: nos eum, cui nullam possumus aliud crimen imponere, propter condemnationem contemnemus? Et eorundem hominum peccatis nitemur, recte facta non attendemus? Cum præsertim illorum peccata fateamur,

ARISTIDES.

